This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

617
C 27 a
R

Z 38

86
6
83

Este libro es del lic.do lopez

617.

C. 27.9
58

el lic.do
lopez

CHIRVR-
GIA GVIDONIS DE CAV-

liaco, Addita recepta aquæ balnei de porecta
per egregium medicinæ doctorem domi
num Thuram de Castello Bonoñ.
ciuem edita, nuperrime im-
pressa, & diligen-
ter emendata
& aucta.

SIDAD CENTRAL
BIBLIOTECA
C. DE ICINA

M. D. XXXVII.

Venundantur Lugd. à Vincentio de Portonariis.
CVM PRIVILEGIO.

PROOEMIVM

CHIRVRGIA MAGIstri Guidonis de Cauliaco edita anno domini 1363. in præclaro studio Montispessulani fœliciter incipit.

POSTQVAM priꝰ gratias egero deo largiente vitam perpetuā animarum & sanitatem corporū & medicanti morbos per gratiam quam tulit omni carni ex virtutibus sanitatem conseruantibus, & protegentibus à lāguore danti intelligi artem medicinæ & ingeniū sanitatis diuinis & animosis intelligentibus, dabo operam ad commentandum & assumandum. ¶In primis igitur aggrediens quandam commentationē seu collectionem artis medicinæ chirurgiæ, ago gratias deo viuo & vero, & quibus tribuit esse, sine quo nullum rite fundatur exordium. Ad eum deuotissime recurrendo totis viribus cordis mei supplicando, vt in hoc opere & in cunctis alijs mittat mihi auxilium de sancto, & de Sion tueatur me, fœlix principium tribuendo, & fœlicius medium gubernando, & iubeat complere quod fiat vtile ad finem optimum deducendo. ¶Ratio huius commentationis seu collectionis, non fuit librorum defectus sed potius vnitas & profectus. Non enim quilibet omnes libros habere potest, & si haberet tediū esset legere & diuinitus omnia in mente tenere, varia lectio delectat, certa prodest, & in constructionibus semper occurrunt melioramenta ¶Scientiæ enim per additamenta fiunt, non enim est possibile eundem incipere & finire. ¶Pueri enim sumus in collo Gigantis, quia videre possumus quicquid Gigas & aliquantulum plus. ¶Est ergo in constructionibus & assumationibus vnitas & profectus. ¶Verum quia vt ait Plato eximius, ea quæ scribuntur breuius quàm expediat sunt diminuta

BIBLIO... DE LA FACULTAD DE MEDICINA

& obscura, ea vero quæ longius videntes fastidium, vix est liber qui repræhensionem effugiat. ¶ Et propter hoc mihi ad solatium senectutis, & ad solū mentis exercitium vobis dominis meis medicis Montispessulani Bonoñ. Parisius atq; Auinioñ. præcipue papalibus, quibus me in seruitio Romanorū pontificū associaui. ¶ Cum quibus audiendo legendo, & operādo fui nutritus mediocritatem obseruando moderata compendiositate perstringam sapientium dicta principia quæ in diuersorum librorum voluminibus de Chyrurgia tractauerint propter quod inuentariū seu collectorium chyrurgie vocabitur liber iste. ¶ Nec de modo proprio aliqd nisi forte paucissima addidi quæ iuxta modicitatem mei ingenij vtilia reputaui. Si qd tamen imperfectum, dubium, superfluum & obscurū ibidem fuerit correctioni vestre submitto, & supplico vt paupercule sciencie mee venia concedatur.

¶ Capitulum singulare in quo præmittuntur quædam valde necessaria cuicūq; volenti proficere in arte Chyrurgie.

CHARISSIMI domini quia huiusmodi cōmentatio admodum inuētarij ciuilis hæreditatis ordinatur, & in inuentario ciuili præscribuntur cōmuniora & digniora hæreditatis totius: ita & in isto præmittitur capitulum singulare, in quo ponūtur quædam cōmunia valde necessaria cuicunq; volenti proficere in arte Chyrurgie. Et hoc est quod nobis indicat Philosophus primo physicorum. Innata est nobis via à cōmunioribus ad specialia procedere. ¶ Dicatur ergo primo qd est chyrurgia, & licet multi multipliciter diffinierunt, omnes tamen fundamentum à patre nostro Gale. in introductorio medicine sumpserunt, dum dicit, ¶ Chyrurgia est pars terapentice per incisionem & vstionem & articulationem ossium sanans homines. Cui diffinitioni addit in commento primi regimenti acutorum, & per alias manuū

operationes,& ita est complete descripta, secundum quod ipsa cõsideratur stricte,prout est tertium instrumentum medicine. ❡Vt autem considerat̃ magis large prout est scientia curandi egritudines in quibus cadit seu intenditur operatio manualis sine exclusione aliorum duorum instrumentorum medicine potionis videlicet & diete talis descriptio ex dictis omnium assignatur isto modo,❡Chyrurgia est scientia docens modum & qualitatem operandi principaliter consolidando incidendo,& alias operationes manuum exercendo, sanans hominem secũdum quòd est possibile. ❡Scientia ponitur ibi loco generis. Nec valet quod obijcitur quod in multis locis nominatur ars,quia hic large & non proprijssime sumitur hoc nomen sciẽtia, habitus enim animæ tantam colligantiam habent ꝙ vnus pro reliquo multotiẽs noïatur.Veritas tñ habet ꝙ chyrurgia est duplex: docens quæ appropriat̃ noïe scientie quã põt habere aliquis si nũq̃ fuerit operat⁹. Et vtens quæ noïe artis appropriat̃,&istã nullus scire potest nisi viderit eam quã Aristo. inter artes mechanicas numerauit.Et hoc est quod Gale.dicebat in primo de alimentis,ex libro aũt nunc gubernatorem aliquem posse fieri,nunc alterius artis opificẽ, sola enim doctrina quæ exercitando habetur artifices operãtur. ❡Cætera ponuntur pro differentia,sed quia logicum est prætermittatur, in cauda tamẽ ponitur secundum quod est possibile sanans homines:quia vt dicebat in Montepessulano magister meus Raymũdus non oïa in omnib⁹,sed cætera in cæteris nõ est in medico semper releuetur vt eger.❡Quærere à medico demonstrationem est quærere à traulo sermocinationem: vterq; caret Instrumentis.vt doctor dicebat subtilis sufficit facere quod ars præcipit. ❡Vbi aduertendum quod in omnibus ægritudinibus ars præcipit curam propriam exceptis tribus casibus in quibus sufficit cura larga præseruatiua & palliatiua.

❡Primus casus est quãdo morbus est simpliciter incurabilis,vt lepra.❡Secũdus quando morbus est cu-

rabilis de se, est tamen in patiente inobediente, aut pe=
nam sustinere non valēte, vt cancer in mēbro particu
lari. ¶ Tertius est qn̄ cura illius morbi generaret ma=
iorem egritudinē, vt malum mortuum inueteratū aut
emorroydes antiquas sanare nisi vna relicta fuerit pe
riculum est. ydropisim aut maniam fieri, inqt Hypp.
& hoc innuebat G. nono terapen. ¶ Curatio vnū ha=
bet modum operari indolorose & absq; fallacia salua
re corpus & non perimere boni medici est nō sinistri.
12. terap̄. & hoc est facere quod est possibile & nō pro
pter pecuniā promittere impossibilia à malis curis, &
à falsis promissionibus caueas, ne nomen mali medici
subeas: neq; super corpus tuū accipias. ¶ Dicitur au=
tem chirurgia à chiros qđ est manus & gyos, quod
est operatio quasi scientia de opere manuali. Apparet
enim ex prædictis quod corpus humanū sanabile &
egrotabile per sciētiam chirurgie est subiectum in chi
rurgia, & quod remouere ægritudinem & seruare sa=
nitatem ſm quod est possibile cū sciētia chirurgie est
finis & intentio istius scientie. Partes chirurgie ſm Io
annitium in genere sunt due & opari videlicet in mē
bris mollibus: & operari in duris. ¶ In specie vero sūt
quinq; videlicet scientia docens operari in vulnerib9,
& docens operari in restaurationibus: & in alijs in q=
bus cadit operatio manualis. ¶ Operationes chirurgi
corum in prædictis partibus sunt tres, scilicet soluere
continuum flebothomando scalpendo. Iungere sepa=
ratum, consolidando vulnera & reducendo algebras,
extirpare superfluum cū curantur apostemata, & glā=
dule resecantur. ¶ Instrumenta chirurgicorum cū qui
bus ista complentur sunt multiplicia, quia quædam
sunt communia & quædam propria. ¶ Communia
quædam sunt medicinalia, quædam ferralia. Instru=
menta medicinalia sunt regimina, potiones, sagina=
tiones, vnguenta, emplastra, pulueres. ¶ Instrumenta
ferralia sunt quæ sunt ad incidendum, vt forpices, ra=
soria, & lancete. Quædam ad cauterizandum vt sunt
oliuaria & cultellaria, Quædam ad extrahendum, vt

tenacule & pincecarole. Quædam ad probandum vt probe & intromissi. Quædam ad suendum, vt acus & cannule. propria sunt vt trepana in capite falx in ano &c. ¶Ex quibus apparet quod chirurgicus artificialiter operans debet secum portare quinque vnguenta, scilicet basilicon ad maturandum, vnguentũ apostolorum ad mundificandum, vnguentum album ad consolidandum, vnguentum aureum ad incarnandũ, dyalteam ad dulcorandum. ¶In pennarolo debet portare quinque vel sex instrumenta scilicet forpices, pincecarolas, probam, rasorium, lancetam, & acus. ¶Et talis chirurgicus sic munitus potest prædictas operationes in corpore humano vtiliter exercere, duntaxat quod recte fuerit curatiuarum intentionum informatus. Informatur enim curatiuis intẽtionibus secundũ Gale. per totam terapenticã ab indicationibus assumptis à rebus præter naturam primo, & consequenter à rebus naturalibus & non naturalibus, & ab eisdẽ annexis. Incipere quidem oportet secũdum eundem G. in secundo terapen. à primis, transire vero hinc ad eas quæ consequenter, deinde ad illas quæ illis adherent. Et sic faciendo non cessaret antequàm perueniat ad finem rei quæsite, quæ est curatio vniuscuiusque egritudinis. ¶Primum vero ducens ad hanc viam est ægritudinis notio, scilicet qualis sit per sui naturam. Consequenter discurrendo per aliam indicationem secundum singulum accipere non visam à pluribus. consequenter inuentis indicationibus oportet secundum eundem intentiones inquirere quæ sunt possibiles: & quæ non perfici. Vltimo inuenire oportet cum quibus & qualiter compleantur.

¶Vbi aduertendum versus finem secundi: & quod si intentiones sunt pauce & cõcordes vt in vlcere seu vulnere simplici leue qd est. Si vero sunt multe & cõtrarie, vt in vlcere cõcauo sordido apõso iuxta mẽbrũ nobile, scrutari enim oportet tũc talibus cõplicationibus. primo enim aqua maxime periclitatͣ homo. sm vero qđ ex ipsis rationẽ habet cause. tertiũ est q̃ im-

possibile est sanari ante aliam. nam vbi ab aliqua dispositione magnum periculum imminet intentio est ad illud quod magis properat, vbi vero hoc idem faciens seu cōseruans quæ ad curã, vbi vero nō est possibile curari, hoc ante illud q̃ ab ordine vt in exēplo præfato Galeñ. tertio quarto septimo terapen. declarat euidenter. Et propter hoc dicebat in tertio ꝙ non est qd vt causam scrutari velut rationē eorũ sine quibus nō obtineris velut qđ ꝓperat. Aliquãdo vero tale est ꝙ ꝓperat: vt cogat incuratã relinquere particulam, vt in pũctis neruis & emorroginãtibus venis: in musculis percussis, & in articulationibus q̃ cũ vlcere fiunt. ¶ Modus & forma operandi cum prædictis instrumētis scđm Arnoldum elicitur ex quatuor considerationibus. primo debet considerare chirurgicus artificialiter operans quæ sit illa operatio quã debet exercere in corpore humano. secũdo quare applicat. tertio vtrũ sit necessaria & possibilis. quarto rectum modũ applicandi. ¶ Primũ habet per diuisionem & subdiuisionē operationũ chyrurgiæ, vt supra dictum est. ¶ Secũdum cognoscitur per generalē intentionē chirurgicorum q̃ præcipit operationes eorum in humano corpore fieri debere secundũ vtilitatem cũ fiducia securitatis. ¶ Tertiũ concipitur per cōsiderationē effectuũ operis & particulariũ à parte corporis occurrentium. ¶ Quartũ innotescit, vt omnia q̃ conueniũt corpori, secundum quod talis operatio sibi applicat, & scđm quod ipsi subijcitur vel ad ea cōparatur, cōuenienter exerceant, & hoc ante applicationem & in actu applicationis & post ipsius actum. ¶ Verbi gratia, volumus extrahere aquam hydropicorum, pri⁹ debemus cōsiderare quæ sit talis operatio, & scimus ꝑ diuisionem operatiōis chirurgiæ, quod est soluere cōtinuum cum rasorio. ¶ Secundo debemus cōsiderare quare fit, & scimus per generalem intentionē chirurgicorũ, vt curetur hydropisis, vel vt saltim passio alleuiet. ¶ Tertio debemus considerare vtrũ talis operatio sit necessaria & possibilis, & scimus ꝙ est necessa-

ria, quia aliter non potest curari hydropisis confirmata, & ideo si patiens debilis est non erit possibilis, si patiens sit fortis extrahetur paulatine. ¶ Quarto debemus considerare rectũ modum extrahendi, & est qđ situetur patiens supinus, & pellis ventris subtus vmbilicum à latere dextro si passio venerit à sinistro vel econtra, si fuerit in dextro trahatur ad superius, & perforetur cum rasorio vsq; ad locum vacuum, & applicata canula aqua iuxta tolerantiam infirmi extrahatur & post extracta canula cutis dimittatur, & descẽdendo claudet vulnus mirach & aqua non exibit. Et quando volueris iterũ extrahere ducatur cutis & ponatur canula vt prius, & exibit quantum volueris & poterit tolerare: & ita patet operatio. ¶ Opatores huius artis quorum notitia & doctrina fuit apud me, & quorũ dicta inuenientur in hoc opere ad hoc vt sciat quis melius dixit, alio bonum est eos in quodã cathalogo ordinare. ¶ Primus oĩm fuit Hippo. qui vt legit in introductorio medicinæ superauit oẽs, & primo duxit ad lucẽ perfectam apud Græcos medicinam. Ipsa enim vt dicit Macrobius & Isidorus quarto etymo. quod etiam recitatur in prologo totius cõtinẽtis ante Hippo. siluerat per quingẽtos annos à tẽpore Apollinis & Asclepij, q fuerunt primi eius inuentores. ipse enim vixit. 95. ann. & scripsit multos libros chirurgiæ vt patet in quarto terapen. & in multis locis per Galenũ. Sed credo q; propter bonã ordinationẽ librorum Gal. libri Hippo. & aliorum multorum fuerunt omissi. ¶ Galeñ. sequutus est eum, & quæ Hippo. seminauit tãquam bonus agricola excoluit & augmentauit vnde multos libros scripsit, in quibus multa de chirurgia miscuit, & specialiter librum de tumorib⁹ præter naturam assumauit. & primos sex libros terapen. de vulneribus & vlceribus, & duos vltimos de apostematibus, & de multis ægritudinibus alijs in quib⁹ cadit operatio manualis, composuit. vij. libros cathagenorum licet non habeamus nisi summam ordinauit. Fuit enim maximus in scientia demonstratiua tã-

pore Antonij imperatoris post Christum quasi per 150. annos vixit. 80. annis, vt in vita & moribus philosophorũ recitat̃ inter Hip. & Gal. fuit tẽpus mirabile vt dicit Aui. in quarto de facturis. 700. & 25. annorum vt glossatur ibidem, & scd'm veritatẽ fuerũt. 586. anni. ¶Post Gal. inuenim' Paulum qui vt testatur Rasis in toto cõtinente & Haliab. in lib. de dispositione regali multa in chirurgia fecit, libros tñ sex chirurgie sue inueni. ¶Subsequenter inuenit̃ Ras. Albu. & azaram, qui siue fuerint iidem vel diuersi optime se habuerunt, maxime in libris Almansoris & diuisionum & chirurgia Albu. dicta, vt dicit Haliabas in illis, sua spãlia posuit. In toto vero continente q Helbam arabice dicit̃ eadẽ replicauit. & oĩm prædecessorum suorũ maiorum dicta cõgregauit, quia tamẽ nõ elegit & longus & indeterminatus appretiatus minus fuit. Haliabas magnus magister fuit, & præter seminationem in libris dispositionis regalis nouam partẽ secundi sermonis de chirurgia ordinauit. ¶Aui. illustris princeps secutus est eũ & valde ordinate vt de alijs in quarto lib. de chirurgia tractauit & vsq; ad eũ oẽs inueniuntur fuisse phisici & chirurgici. Sed post vel ꝓpter lasciuiã vel occupationem curarũ nimiam separata fuit chirurgia & dimissa in manibus mechanicorũ, quorũ primus fuit Rogerius, Rotlandus atq; quatuor magistri qui libros speciales in chirurgia ediderunt, & multa emperimata in eis miscuerũt. ¶Deinde inuenit̃ Iamerius qui quandã chirurgiam brutalẽ edidit, in quã multa fatua nominauit in multis tamen Rogerium secutus fuit. ¶Subsequenter autem inuenitur Brunus q satis discrete dicta Gal. & Aui. & operationũ Albucra. assummauit. translationem tamen librorum Gal. totam non habuit, & anathomiam penitus dimisit.

¶Post ipsum immediate venit Theodoricus qui rapiendo omnia que dicit Brunus cum quibusdam fabulis Hugonis de Luca magistri sui librum edidit.

¶Guilelmus de Saliceto valens homo fuit & in phisica & in chirurgia duas summas composuit, & iudi-

cio meo quantũ ad illa q̃ tractauit satis bene dixit.
¶Lanfrancus etiam librũ scripsit, in quo non multa posuit nisi que à Guilelmo recepit, in alio tñ ordine mutauit. In hoc tempore magister Arnaldus de villa noua in vtraq; facultate floruit, & multa pulchra opera fecit. ¶Henricus de hermondanila Parisius tractatum per notabilia incepit, in quo nitebatur de Theodorico & Lanfranco facere matrimonium, ipsum tamen tractatum morte præuẽtus non compleuit. ¶In hoc tempore in Calabria magister Nicolaus de regio in lingua Græca & latina perfectissimus libros G. translatauit, & eos nobis in curia transmisit, qui altioris & perfectioris stili videntur quàm translati de Arabica lingua. ¶Vltimo insurrexit vna fatua Rosa anglicana quæ mihi mandata fuit & visa credidi in ea inuenire odorem suauitatis, & inueni fabulas Hispani Gilberti & Theodorici. ¶ Tempore autem meo fuerunt chirurgici operantes Tholosæ magister Nicolaus Cathalanus, In montepessulano magister Bonetus filius Lãfrãci Bonoñ. magister peregrinus atque mercadantus. ¶ Parisius magister Petrus de Argenteria. ¶In Lugduno vbi practicaui longo tempore, Petrus de Bonanto. ¶In Auinione magister Petrus de Arelate, & socius meus magister Ioannes de Paxina. Et ego Guido de Caulia-co chirurgicus magister in medicina de confinibus Alumniæ diocœsis Munacenen. medicus & capellanus commensalis domini nostri papæ, vidi operationes multas & multa scripta predictorum, precipue G. quia quot reperiebantur libri in vtraque translatione habui, & eos cum diligentia qua potui studui, & per multa tempora operatus fui in multis partib9 & nunc eram in Auinione, anno domini. M. ccclxiij. Pontificatus domini Vrbani quinti anno primo. In quo ex dictis prænominatorum & meis experientijs cum auxilio sociorum meorum, hoc opus compilaui iussu Dei. ¶Sectæ quæ currebãt tempore meo inter operatores huius artis duas

generales quæ adhuc vigent logicorum, videlicet & empericorum reprobatas à Galeñ. in de sectis. Et per totam terapenticam fuerunt. Et prima fuit Rogerij Rotlandi, & quatuor magistrorum, qui indifferenter omnib⁹ vulneribus & apostematibus saniem cũ suis pultibus procurabant, fundantes se super illo quinti afforismorum laxa bona, cruda vero mala. ¶ Secũda fuit Bruni & Theodorici, qui indifferenter omnia vulnera cum solovino exiccabant fundantes se super illo quarto terapentice siccum vero sano est propinquius humidum vero non sano.

¶ Tertia secta fuit Guilielmi de Saliceto & Lanfranci, qui volentes mediare inter istos procurant omnia vulnera cum vnguentis & emplastris dulcibus, fundantes se in decimoquarto terapẽtice, qđ curatio vnũ habet modũ, quod absq; fallacia & dolore tractetur. ¶ Quarta secta fere omnium theotonicorum militum & sequentium bella, qui cum coniurationibus & positionibus: & oleo & lana atq; caulis folio procurant omnia vulnera fundantes se super illo quod deus posuit virtutem suam in verbis, herbis, & lapidibus.

¶ Quinta secta est mulierum & multorum idiotarum qui ad solos sanctos de omnibus ægritudinibus infirmos remittunt, fundantes se super illo dominus mihi dedit sicut placuit, dominus à me auferet quando sibi placebit sit nomen domini benedictum Amen.

¶ Et quia iste secte in processu libri redarguent omittuntur de præsenti. De vno tamen miror, quia ita se sequuntur sicut grues: vnus non dixit nisi quod alter, nescio si propter timorem, aut amorem, nunc dedignãtur audire nisi consueta & auctoritate probata. Male legerunt Aristo. in secundo Methaphisice ostendentẽ quod ista duo sunt quæ magis impediunt viam & cognitionem veritatis. Dimittantur tales amicitie & timores, quia amicus est Socrates, vel Plato, sed magis est amica veritas. Sequantur doctrinam dogmaticam Gale. approbatam in libro sectarum, & per totam terapenticam quæ experimento & ratione integratur,

in qua inuestigantur res,& refutantur voces. Et modum inuestigandi ipse docuit de constitutione artis dogmatice.capitulo septimo quem sub quodam epilogo in tertio de virtutibus naturalibus capitulo decimo sic ponit. Oportet enim debentem cognoscere qd alijs melius mox quidem, scilicet à principio & natura,&propria doctrina multum ab alijs differre. Cum autem factus fuerit puer veritatis quandam insaniam veneream habere,& neq; die neq; nocte deficere studentem,& adiscere quæcunq; à gloriosissimis dicta sunt veteribus.Cum autem ad statumvenerit iudicare eum,ac examinare tempore quam multo & intueri,quanto quidē cōcordent his quæ manifeste apparēt quanto vero differunt,& ita hoc quidem eligere, hoc vero euertere.Et tali quidem vtiq; vehementer vtiles speraui nostros futuros esse sermones. Alijsvero vtiq; fiet ista conscriptio superflua:ac si asino fabularetur. Non tamen dico quin sit optimum in proposito adducere testimonia, quia Gale. in multis locis præter rationem vtitur experimento quæ sunt omnibus hominibus vno indicatoria terapentice primo adducit tertium per testimonia.vnde in primo meamir augetur fides eorum quæ scribuntur ex narrantium cōcordia. Et propter hoc dicit quod ipse scribet vniuersa pharmaca quæ ab expertis medicis tradita sunt. & ita vt dixi faciam ego in processu deo glorioso adiuuante.

¶Redeamus ad propositum,& ponantur cōditiones quæ requiruntur cuicunq; chyrurgico volenti artificialiter dictum modum & formam operandi exercere in corpore humano quas Hippo. omnium bonorum dux cum quadam subtili inductione concludit in primo afforismorum vita breuis,ars vero longa, tempus acutum,experimētum fallax, iudicium vero difficile: oportet autem non solum seipsum præbere quæ oportet facientem,sed & egrotantem & assistentes, & ea quæ extrinsecus ordinare. ¶Sunt ergo quadruplices conditiones quæ accipiuntur hic secundum Arnaldum latinatorē eloquentissimum. Quædam sunt quæ

requiruntur in chirurgico,quædam in infirmo, quædam in assistentibus,alie vero in extrinsecus euenientibus. ¶Conditiones quæ requiruntur in chirurgico sunt quatuor. Prima est quod sit literatus. secunda ꝙ sit expertus. Tertia quod sit ingeniosus. Quarta quod sit morigeratus. ¶Requiritur ergo primo quod sit chirurgicus literatus, non tantum in principijs chirurgie sed etiam physice, tam in theorica quàm in practica. In theorica oportet quod ipse cognoscat res naturales & non naturales: & contra naturam. ¶Primo enim oportet quod ipse cognoscat res naturales præcipue anathomiam. nam sine ipsa factum est nihil in chirurgia, vt inferius apparebit. ¶Cognoscat etiam cõclusionem, nam secundũ diuersitatem nature oportet diuersificare medicinam. Contra thesillum in tota terapenti. Illud idem probatur de virtute. Res etiam non naturales, vt sunt aer cibus & potus &c. oportet quod cognoscat. nam iste sunt cause totius ægritudinis & sanitatis. ¶Oportet etiam quod cognoscat res contra naturam morbum scilicet. nam ab ipso sumitur intentio curatiua. Causam nullo modo ignoret. nam sine cognitione ipsius curatio non esset eius muneris: sed fortune. ¶Accidentia non prætermittat. nã aliquotiens ipsa suam causam superant, & totam naturam præuaricant, & peruertuntvt in primo ad glaucomem. ¶In practica oportet quod sciat dietare pharmacare. nam sine istis non perficitur chirurgia, quæ est tertium instrumentum medicine. Vnde Galeñ. in introductorio sicut pharmacia indiget dieta & chirurgia, sic & ipsa chirurgia indiget dieta & pharmacia. ¶Sic ergo patet quod oportet ipsum chirurgicum artificialiter operantem scire principia medicine. Et cũ hoc est decens ipsum scire aliquantulum aliarum artium. Et hoc est quod dicebat Gale. in primo terapentice contra thesillum, si enim neqꝫ geometria neque astronomia. neqꝫ dialectica, nec aliqua alia doctrina bonorum egerent medici, prompte coriarij carpentatores fabri etiam cæteri dimittentes artes suas curre-

rent ad medicinam & efficerentur medici.

¶Secundo dixi quod oportet quod sit expertus: & viderit alios operari iuxta illud sapiētis Auenzoaris. Oportet vnumquēque medicum prius scire, deinde vsum & experientiam habere. & Rasis in quarto Almansoris. & Haliab. in testamento Hippo. & Hali primo theorice illud idem testantur. ¶Tertio quod sit ingeniosus ac boni ingenij siue iudicij, id est rememorationis. & hoc dicebat haly rodean tertio tegni. oportet medicum esse bone rememorationis, boni iudicij, bone solertie, ac bone visionis, & sani intellectus cum bonitate forme, vt supple quod habeat digitos graciles: manus firmas, non tremulas, oculos claros &c.

¶Quarto dixi oportet quod sit morigerat⁹, sit audax in securis, timidus in periculis, malas curas fugiat, sit infirmis gratiosus, socijs beniuolus, cautus in pronosticatione, sit castus, sobrius, pius & misericors, nō cupidus non extorsiuus. Sed secūdum laborem suum & facultatem infirmi, & qualitatem finis, & dignitatem ipsius, salaria recipiat moderate.

¶Conditiones quæ requiruntur in infirmo sunt tres. Primo quod sit obediens medico, velut seruus domino. Primo terap. quod bene cōfidat de ipso primo pronosticorum. Quod patientiā habeat in seipso, quia patientia vincit maliciam, vt in alia dicitur scriptura.

¶Conditiones assistentium sunt quatuor, primo qđ sint pacifici, gratiosi, fideles atq; discreti.

¶Conditiones extrinsecus venientium sunt plures, q̄ omnia debēt ordinari ad vtilitatē infirmi, vt dicit Ga. in fine cōmenti afforismi prææallegati.

VLTERIVS finem imponendo isti capitulo singulari ponendus est modus & ordo istius operis.

¶Propter quod est sciendum iuxta dictū Auer. in primo colliget ꝙ artes practice inquantum sunt artes cōtinent tria. Primum scire loca subiectorum suorū. Secundum est ducere finē quæsiti in locū subiecti. Tertium est scire instrumēta cū quibus valeamus ducere illum finem in locis subiecti. ¶Et ideo cum ista ars sit

practicalis & operatiua de necessitate tractatus qui fiunt de ipsa in genere debent esse res, sed propter hoc vt magis specificetur erunt in isto opere septẽ tractatus. ¶ Primus erit de anathomia & locis subiecti. ¶ Sed quinque sequentes erunt de modo inducẽdi finẽ quæsitum in locis subiecti. ¶ Et septimus erit de instrumentis cum quibus ducemus finem in locis subiecti. ¶ Habebit ergo iste liber septem tractatus. ¶ Primus erit de anathomia. ¶ Secũdus de apostematibus. ¶ Tertius de vulneribus. ¶ Quartus de vlceribus. ¶ Quintus de fracturis & dislocationibus. ¶ Sextus de omnibus alijs ægritudinibus quæ non sunt proprie apostemata nec vlcera, nec ossium passiones, pro quibus habet recursus ad chyrurgicos. ¶ Septimus antidotarium. ¶ Et in quolibet tractatu erunt duæ doctrinæ, & in qualibet doctrina erunt octo capitula vel circa, & in quolibet capitulo erunt tria quæ in tertio terapen. habet inquirere medicus dogmatice sanatiuus, scilicet notitiam rei & caussas à quibus indicationes curatiuæ sumuntur, signa & indicia à quibus quæ non sunt possibiles & quæ possibiles perfici habentur, ac etiã curationem quæ cum quibus & qualiter operãt ostẽdunt, & talis erit in toto libro ordo auxiliante deo.

¶ Rubricæ totius libri.

AD FACILEM inuentionem materierũ de quibus tractatur in isto libro est vtile præmittere rubricas tractatuum, capitulorum totius libri ne abraso nomine literæ pagina muta videatur remanere, quod forte nõ est necessarium in scientijs speculatiuis, vt Auerroys determinabat subtiliter.

¶ Rubricæ primi libri.

IN NOMINE domini misericordis incipit tractatus primus istius operis, & est de anathomia cõtinens duas doctrinas.

¶ Doctrina prima est de anathomia membrorum cõ

munium

munium vniuersalium & simplicium.
¶Secunda erit membrorum propriorum & particularium ac compositorum.
PRIMA doctrina habet quinque capitula.
¶Cap. primum est sermo vniuersalis de anathomia, & natura membrorum.
Cap. secundum de Anathomia cutis & pinguedinis carnis atque musculorum.
Capitulum tertium, de anathomia neruorum, ligamentorum & chordarum.
Ca. quartum, de anathomia venarum & arteriarum.
Capitulum quintum, de anathomia ossium & cartilaginum vnguium & pilorum.
SECVNDA doctrina de anathomia membrorum compositorum & propriorum cõtinet capitula octo.
¶Capitulum primum, de anathomia ollæ capitis & partium eius.
Capitulum secũdum de anathomia faciei & partium eius.
Cap. tertium, de anathomia colli & partium dorsi.
Capitulum quartũ, de anathomia homoplatis & brachiorum seu manuum magnarum.
Capitulum quintum de anathomia pectoris & partium eius.
Capitu. sextũ de anathomia veneris & partium eius.
Capitulum septimum, de anathomia ancharũ & partium eius.
Capitulum octauum, de anathomia tibiarum seu pedum magnorum.

¶Rubricæ secundi libri.

¶TRACTATVS secundus, & est de apostematib9 & exituris & pustulis, cui9 sunt duæ doctrinæ.
¶Doctrina prima est de apostematibus, pustulis, & exituris prout sunt in membris simplicibus.
Doctrina secunda in speciali prout insunt membris compositis.
PRIMA doctrina quinque habet capitula.

TABVLA:

¶Capitulum primum est sermo vniuersalis de apostematibus, pustulis & exituris.
Capitulum secũdum, de flegmone vero & apostematibus sanguineis.
Capitulum adminiculatiuum prædicto, de carbunculo & estiomeno & alijs pustulis malis sanguineis.
Capitulum tertiũ, de herisipila & apostematibus cholericis.
Capitulum adminiculatiuum prædicto, de formicis herpetibus malis cholericis.
Capitulum quartum, de vndimia et apostematibus flegmaticis.
Capitulũ adminiculatiuum, de apostemate ventoso.
Capitu. adminiculatiuum de apostemate aquoso.
Capitulum adminiculatiuum, de nodis, glandulis et scrophulis, et omnibus excrescentijs flegmaticis.
Capitulum quintum, de sephiros siue sclirosi seu scyrosi et apostematibus melancholicis.
Capitulum adminiculatiuum superiori, de schirro, id est de apostemate melãcholico, à melancholia in materiali per cõgelationem et indurationem flegmonis generato.
Capitulum adminiculatiuum de apostemate cancroso, quia de vlcerato dicetur in quarto et de lepra in sexto.
SECVNDA doctrina de apostematibus, exituris et pustulis prout insunt membris compositis, cõtinet capitula octo.
Capitulum primum, de his quæ insunt capiti, vt sunt apostemata & aqua in capitibus puerorum.
Capitulum secundũ, de apostematibus faciei & partium eius, vt in oculis de obtalmia & dolore pustulis & exituris, & sanie retro corneã, quia de alijs passionibus dicetur infra in tertio & quarto & sexto de apostematibus aurium, de naribus & polipo in de vlceribus dicetur.
Capitulum tertium, de apostematibus colli & dorsi vt de squinantia de botio, & de apostematibus alijs:

quia de gibbositate in sexto dicetur.
Capitulum quartum, de apostematibus homoplatis & brachiorum, & de apostemate facto post fleboto miam, de emborismate, de chiragra, de apostemate fi stuloso digitorum & panaritio.
Capitulum quintum, de apostematibus pectoris, & de bubonibus, in quo fit transgressio de mortalitate, de apostemate fugilico & indurato in emunctorijs, de apostematibus mamillarum, & coagulatione la ctis, & alijs apostematibus quæ in parte veniunt pe ctoris.
Capitulum sextum, de apostematibus ventris, du ritie stomachi, duritie epatis, duritie splenis, & de hidropisi.
Capitulum septimum, de apostematibus ancharum & partium eius, scilicet de hernia & apostematibus ossei, seu bursæ testiculorum, quæ communi nomi ne herniæ seu ramices appellantur, vt de hernia hu morali, & hernia aquosa & ventosa, & hernia carno sa, & varicosa, quia de intestinali & zirbosa dicetur in sexto de apostematibus virgæ. De apostematibus ani, de emorroydibus dicet in de vlceribus in quarto.
Capitulum octauum, de apostematibus coxarum, & tybiarum siue pedum magnorum, vt de elefan tia, varicibus & vena meden. de podagra dicetur in sexto.

RVBRICAE
tertij libri.

¶TRACTATVS tertius & est de vulneribus cuius sunt duæ doctrinæ.
¶Prima doctrina est de vulneribus prout insunt mē bris simplicibus.
¶Doctrina secūda in speciali prout insunt membris compositis.

PRIMA doctrina quinque habet capitula.
Capitulum primũ, est sermo vniuersalis de vulneribus & solutionibus continuitatis, vbi tractabitur ingenium extractionis sagittarũ & aliorum infixorum & de modo & qualitate vniendi labia vulnerum & suendi vulnera, & faciendi tentas & lichinos, & plumaceolos & de modis ligaturarum communium, quia proprie ligature in proprijs capitulis inueniuntur de regimine & dieta vulneratorum de correctione accidentium superuenientium vulneratis, vt de dolore & discrasia, de apostemate, de pruritu, de spasmo, de paralisi, de sincopi, de alienatione, & id genus.
Capitulum secundum, de vulnere facto in carne in quo tractatur de vulnere magno superficiali & non profundo, de vulnere profundo & occulto de vulnere concauo cum deperditione cutis: de vulneribus reparandis cum deperditione cutis, de cicatricibus, de vulnere in quo est caro superflua: & de vulnere contuso gratia ipsius de ipsa contusione, de vulnere ab aere alterato doloroso & apostemoso, & de vulnere morsiuo & venenoso.
Capitulũ tertium, de vulnere & fluxu sanguinis venarum & arteriarum.
Capitulum quartum, de vulneribus neruorum chordarum & ligamentorum, in quo tractatur de punctura neruorum & incisione neruorum, de neruo denudato, de attritione & conquassatione neruorum.
Capitulum quintum, de vulneribus ossium & cartilaginum.
SECVNDA doctrina de speciali cura vulnerum prout insunt membris organicis compositis, & octo habet capitula.
Capitulum primum, de vulneribus capitis in quo tractatur de vulnere facto in capite per incisionem absque cranei fractura, & de vulnere facto per incisionem cum fractura cranei non penetrante. De vulnere facto cum incisione cum fractura cranei sine deperditione substantie ossis vsque ad interiorem superficiem

penetrante, de vulnere eodem cum deperditione substantie ossis. De vulnere capitis cum cõtusione absq; fractura cranei. De contusione & parua fractura cranei. De contusione & magna fractura. De correctione accidentium consequentiũ vulnus capitis. De medicinis capitalibus: & de instrumentis cum quibus fit operatio in vulnere capitis.
¶Capitulum secundum, de vulneribus faciei & partium eius, in quo tractatur de vulneribus oculorum. Et si aliquid ingressum oculum vulneret & ledat. Et de tarsen & de sanguine qui infra oculum euenit propter percussionem. De vulneribus palpebrarum. De vulneribus nasi. De vulneribus aurium & labiorum.
¶Capitulum tertiũ, de vulneribus colli dorsi & partium eius.
¶Capitulum quartum, de vulneribus homoplatis & brachiorum.
¶Capitulum quintum, de vulneribus thoracis & partium eius.
¶Capitulum sextum, de vulneribus ventris & partium eius.
¶Capitulum septimum, de vulneribus ancharum & partium eius.
¶Capitulum octauum, de vulneribus coxarum tibiarum atq; pedum.

¶Rubricæ quarti libri.

TRACTATVS quartus, & est de vulneribus. Cuius sunt duæ doctrinæ.
¶Doctrina prima, de vulneribus prout insunt membris simplicibus.
¶Doctrina secunda, devulneribus prout insunt membris compositis in speciali.
PRIMA doctrina quinq; habet capitula.
¶Capitulum primum, erit sermo vniuersalis de vulneribus, in quo etiam tractatur de correctione acci-

dentium & dispositionum componentium ipsum vt de discrasia vlcerum, & de vlcere doloroso, & de vlcere apostemoso, & de vlcere contuso, & de vlcerib⁹ cũ carne superflua, de vlcere cum duritie & tenebrositate labiorum, & de vlcere cum varicibus, de vlcere cũ osse corrupto, de vlcere difficulter curabili cum proprietate nobis occulta.

¶ Capitulum secundum, de vlceribus proprijs saniosis, & primo de vlcere virulento & corrosiuo.

¶ Capitulum tertium, de vlcere sordido & putrido.

¶ Capitulum quartum, de vlcere profundo & cauernoso.

¶ Capitulum quintum, de fistula in communi, quia de fistulis particularibus dictum est in locis suis.

¶ Capitulum sextum, de cancro vlcerato, quia de nõ vlcerato in de apostematibus est dictum.

SECVNDA doctrina, de vlceribus prout insunt membris compositis habet octo capitula.

¶ Capitulum primum, de vlcere capitis prout est talparia & testudinaria.

¶ Capitulum secundum, de vlceribus faciei, in quo tractatur de noli me tangere, de vlceribus & cancrositatibus vesicis ruptis & eleuatione vueæ oculorũ, & de exitu etiam vueæ propter rupturã corneæ. de fistula lachrymali, de vlceribus oris, de vlcerib⁹ narium & polipo quæ in naso nascuntur &c.

¶ Capitulum tertium, de vlceribus quæ in collo, & per consequens de his quæ in dorso nascuntur.

¶ Capitulum quartum, de vlceribus quæ in homoplatis & brachijs, & per consequens de alijs quæ in dorso.

¶ Capitulum quintum, de vlceribus quæ in pectore.

¶ Capitulum sextum, de vlceribus ventris.

¶ Capitulum septimum, de vlceribus ancharum & partium eius, de ragadijs & furibus quæ veniunt in ano & virga, & in matrice fiunt, de fistulis quæ in

ano fiunt.
¶Capitulum octauum, de vlceribus coxarum tybiarum atq; pedum, in quo tractatur de cancrenis, & de malo mortuo tybia & pedum.

¶Rubricæ quinti libri.

TRACTATVS quintus, est de algebra & extensione & restauratione fractorum ossium, & ossium dislocatorum. Cuius sunt duæ doctrinæ.
¶Doctrina prima, de restauratione fracturarum.
¶Doctrina secunda, de restauratione dislocationum.
PRIME doctrine sunt octo capitula.
¶Capitulum primum, est sermo vniuersalis de restauratione fracturarum.
¶Capitulum secundum, de speciali reductione fracture cranei ossis nasi mandibule & ossium capitis & faciei.
¶Capitulum tertium, de fractura colli & spondilium dorsi.
¶Capitulum quartũ, de fractura furcule & ossis spatule & totius homoplatis.
¶Capitulum quintum, de fractura ossis adiutorij & brachiorum & totius manus, vt de brachio de rasetta & digitis manus.
¶Capitulum sextum, de fractura costarum & partiũ pectoris.
¶Capi. septimum, de fractura ossis anche & coxe. Et primo de coxa. deinde de alijs.
¶Capitulum octauum, de fractura genu & tybiarum totiusq; pedis, & de fractura articulorum pedis.
SECVNDA doctrina, de restauratiõe dislocationum. Cuius sunt octo capitula.
¶Capitulum primum, est sermo vniuersalis de dislocatione.
¶Capitulũ secundũ de dislocatione mandibule.
¶Capitulum tertium, de dislocatione colli & spondilium dorsi.

Capitulum quartum de dislocatiōe humeri & partiū homoplatis.
Capitulum.v.de dislocatione cubiti.
Cap.vj.de dislocatione manus & digitorum.
Cap.septimum de dislocatione coxæ & sciæ.
Cap.octauum de dislocatione genu & rotulæ pedis & partium eius: & de rotula, & de pede & de digitis.

¶Rubricæ sexti libri.

TRACTATVS sextus de omnibus ægritudinibus quæ non sunt proprie apostemata vel vlcera, nec vlcerum passiones pro quibus habetur recursus ad Chirurgicum. Et habet duas doctrinas.
¶Doctrina prima est de ægritudinibus prædictis q̄ sunt communes toti corpori.
¶Doctrina secūda est de his quæ appropriantur vni membro.
PRIMA doctrina habet octo capitula.
¶Capitulum primum de gutta & duritie iuncturarum siue veniat post guttam: siue post malam consolidationem & restaurationem.
Cap.secundum de lepra & iudicijs eius.
Cap.tertium de morphea, serpigine, scabie, pruritu, syronibus, pediculis & alijs infectionibus cutis.
Cap. quartum de extenuatione & ingrossatione corporum & membrorum particularium.
Capitulum quintum de casu & offensione, distensione, & subuersione: quia de contusione in de vulneribus est dictum.
Capitulum sextum, de combustione aquæ & rei ardentis.
Cap.septimum de porris & verucis & cornibus.
Cap.octauum de membris superfluis amputandis: & de corporibus mortuis conseruandis.
SECVNDA doctrina de ægritudinibus quæ nō sunt proprie apostemata nec vlcera, nec ossium passiones: pro quibus habetur recursus ad chirurgicum:

quæ ſunt proprie vni membro, & habet octo capitula.

Capitulum primũ de ægritudinibus capitis, in quo primo agitur de tynea. conſequenter de alopitia, & de canitie pilorum mutatione, & de tinctura, & de lauando caput, & auferentia capillos & prohibentia naſci eoſdem.

Cap. ſecundum de diſpoſitionibus faciei & partium eius in ſe continens quinq; partes.

Pars prima eſt de decoratione faciei, vt ad decolorandum, vel faciendum colorem bonum ad maculas lentigines & pannum remouẽdum, ad ſanguinẽ mortuum & liuorem in facie & alijs locis ad variolas cũ cicatricibus ipſarum. de gutta roſea & puſtulis quæ fiunt in faciem.

Secunda pars eſt de ægritudinibus oculorum, exceptis de obtalmia & dolore puſtulis & exituris, & ſanie retro corneam, de quibus in de apoſtematibus eſt dictum, & de vulneribus oculorum & palpebrarum. & de hoc quod ingreſſum eſt in oculo, & de tarſen in libro vulnerum, & de vlceribus et cancroſitatibus, et veſicis ruptis et eleuatiõe vueæ, et de fiſtula in lachrymali quæ in libro vlcerum, quæ ſi ponerentur cũ iſtis eſſet tractatus completus oculorũ. Et primo præmittitur in iſta parte ſermo vniuerſalis de ægritudinibus toti⁹ oculi, q̃ ſunt quatuor videlicet lachrymæ eminentiæ ſeu ingroſſatio totius oculi, & de eius oppoſita ſcilicet de macilentia & diminutione & ſtraboſitate.

Conſequenter dicetur de ægritudinibus partiũ oculi, incipiendo ab ægritudinibus palpebrarum quæ viginti quatuor numerantur de ſcabie & caſu relaxatione palpebrarum, de abbreuiatione & reuerſatiõe palpebrarum. de pilis additis infra oculum inuerſis, de caſu pilorum albedine & pediculis. de duritie, lupia, ordeolo, grandine, ſulac, quia de alijs eſt dictum in locis ſuis.

De ægritudinibus coniunctiue, quæ xiij. numeran-

tur, & primo de vngula, de sebel, quia de aliis dictũ est in locis suis, de ægritudinibus corneæ quæ decẽ numerantur.
Et primo agetur de maculis. postea de catharacta, quia de aliis dictum est in locis suis: & de gutta serena. de ægritudinibus aliarum particularum intrinsecarum oculi, ex quibus prouenit debilitas & nocumentum in visu.
¶ Pars tertia de ægritudinibus aurium, & primo sermo generalis de surditate, de apostemate, de vlcere, de tinnitu aurium, de surditie aurium, de aqua ingressa in aurem, de lapillo vel nucleo vel bestiola, & quocunq; in aurem ingrediente, de pãniculo, de verruca seu carne aurem opilante.
¶ Pars quarta, de ægritudinibus narium in generali, & de opilatione cacesiali. & de fetore anhelitus. quia de polipo & de fluxu sanguinis in de vlceribus est tractatum.
¶ Pars quinta, de ægritudinibus oris & partium eius.
Et primo de ægritudinibus linguæ, vt est inflatio & magnificatio eiusdem, de ranula & subcarnatione, de spasmo & filo trahente linguam, de paralisi & balbutie, quia de alcola & de vlceribus & apostematibus satis est dictum superius in locis suis de passionibus dentium.
¶ Et primo ponitur sermo vniuersalis de dolore dentium, de dente commoto & debilitato, & putredine vermium. de corrosione & perforatione. de limositate & feda coloratione dentium. de passionibus gingiuarum. de gargareonis, vt de inflatione & casu vuulæ. de inflatione & magnificatione amigdalarum. de eius medela qui aliquod impediens deglutiuit, quia de carnibus additis apostematibus, bothoribus, scissuris atq; vlcerationibus & cancrositatibus dictum est in locis suis.
Capitulum tertium, de ægritudinibus colli: vt gibbositate dorsi, quia de squinantia & botio in de apostematibus dictum est.

Capitulum quartum, de ægritudinibus homoplatis, & brachiorum seu manuum. & de inuiscatione digitorum, quia de superfluo digito abscindẽdo supra dictum est, de vnguibus & dispositionibus ipsarum, vt est attritio, cõtusio, sanguis mortuus & sanies sub vngue gibbositas, & curuitas, & fixuræ, & coloratio feda.

Capitulum quintum, de ægritudinibus pectoris & mamillarum, & de multiplicatione lactis, de magnitudine mamillarũ. de paruitate capituli, quia de apostematibus & congelatione lactis in de apostematib' dictum est.

Capitulum sextum, de ægritudinibus parietis, ventris, vt est eminentia vmbilici seu herniæ ventralis, quia de hidropisi superius in de apostematibus est dictum.

Capitulum septimum, de ægritudinibus ancharum et partium procedentium ab eis, vt de ruptura seu hernia intestinali & zirbali, quia de hernia humorali aquosa & ventosa atque carnosa in de apostematib' est dictum. de lapide in vesica, & gratia communitatis in renibus. & de arte mingendi, de passionibus virgæ. vt de priapismo & clausiõe, præputij circũcisiõe, castratiõe hermofrodi. de passionibus matricis velut est clausio & eius ampliatio extractio fetus & secũdinæ. de mola. ægritudinibus ani. vt etiam clausio eius exitus longaonis, & etiam matricis casus seu exitus. quia de emorroydibus & ficubus & fixuris, & vlceribus superius in suis locis est dictum.

¶ Capitulum octauum, de proprijs ægritudinibus coxarum & tybiarum et pedum, vt de malo mortuo et de flegmate salso, & cancrenis. de doloribus & anulis quæ in calcaneo fiunt, quia de elephantia & varicibus in de apostematib' est dictum. de clauis et porris in prima doctrina istius sexti est dictum.

¶ De ægritudinibus vnguium in capitulo manuum dictæ sunt.

TABVLA

¶Rubricæ septimi libri.

TRACTATVS septimus qui antidotarium dicitur duas continens doctrinas.
¶Doctrina prima est de vniuersalibus antidotis seu auxilijs.
¶Doctrina secunda erit de particularibus.
PRIMA doctrina octo habet capitula.
¶Capitulum primum de flebothomia vētosis & sanguisugis.
¶Capitulum secundum, de medicinis digerentibus & purgantibus humores, & de vomitu clisterijs & suppositorijs.
¶Capitulum tertium, de cauterijs & formis earum.
¶Capitulum quartum, de operationibus & artificio operandi antidota localia quæ in arte competunt chirurgie, in quo dicetur de ablutione olei cere & terebētine atq; butyri, de lauatione calcis, de lauatione & præparatione thucie, & omnium metallorum de combustione cuperose & consimiliū, de preparatione medicinarum compositarum. Quomodo fiunt olea, quomodo fiunt vnguenta, quomodo emplastra, quomodo embroce & epithimata, & in genere quomodo componuntur alia multa.
¶Capitulum quintum, de antidotis localibus apostematum in quo tractabitur de medicinis repercussiuis, attractiuis, ac etiam resolutiuis & mollificatiuis, et de maturatiuis, & de mundificatiuis, ac etiam abstersiuis, & lauatiuis consequenter de dolorem sedantib⁹.
¶Capitulum sextum, de antidotis localibus vulnerum, & vlcerum, in quo tractabitur de medicinis restringētibus sanguinem, & de medicinis incarnatiuis & de consolidatiuis, & de medicinis causticis & corrosiuis.
¶Capitulum septimū, de medicinis fracturarum & dislocationum, in quo tractabitur de medicinis glutinatiuis sparadrapis & ceroneis confortantibus membra, & de medicinis humectantibus & mollificanti-

bus membra per malam restaurationem indurata.
Capitulum octauum de gradibus medicinarum chirurgicalium.
SECVNDA doctrina de antidotis particularibus & appropriatis membris, & habet octo capitula.
¶ Capitulum primum, de auxilijs proprijs capitis & partium eius.
¶ Capitulum secundum de auxilijs morborum faciei & partium eius, vt est decoratio & passiones oculorũ narium, aurium, dentium, & gingiuarum.
¶ Capitulum tertium, de auxilijs morborum colli.
¶ Capitulum quartum, de auxilijs humerorũ & manuum & dorsi.
¶ Capitulum quintum, de auxilijs pectoris.
¶ Capitulum sextum, de auxilijs ventris vt est ydropisis & dolor renum.
¶ Capitulum septimum, de auxilijs ancharum & partium procedentium ab eis velut est virga testiculi didimi matrix & anus.
¶ Capitulum octauum, de auxilijs coxarum & partium inferiorum.

IN NOMINE DEI MISEricordis, Incipit Tractatus primus istius operis, & est de anathomia continens duas doctrinas.

¶ Doctrina prima, est de anathomia membrorũ communium vniuersalium & simplicium.

¶ Doctrina secunda, erit membrorũ propriorũ particularium & compositorum.

DOCTRINA PRIMA habebit quinq; capi.

¶ De anathomia & natura mẽbrorũ vniuersaliter. c. j.

QVONIAM ꝰm Gale. medicorum lucernã in libro nono de vtilitatib⁹ particularũ cap. penulti. quatuor sunt cõmoditates sciẽtie anathomie Vna vtiq; & maxime ad dei potentie demonstrationem. Secunda ad particularum patientium dignotionẽ. Tertia ad futurarum dispositionum corporis pronosticationem. Sed quarta ad ægritudinum curationem, pro tanto necessarium est & vtile cuicũq; medico ꝑscire ipãm anathomiã. Et hoc est qđ ipse Gal. dicebat in principio libri sectarũ seu interiorũ medicorũ. Non solũ iuuenes sed etiã antiq studeãt cognoscere particulas & passiones ipsarũ qa curã oportet diuersificare ꝰm differẽtias ipsarũ. Et licet ea quæ incidunt sensibus aperte cognoscantur, quæcũq; vero in profundo occultata sunt viro indigent exercitato in anathomia & actibus & vtilitatibus ipsarũ, & ab illo loco sumit principiũ totius curationis. ¶ In primo inqt libro membrorũ dolentiũ est inuentũ ꝙ medicus debet esse sagax in notitia mẽbrorũ veniẽtiũ in quolibet loco. Et si hoc est vtile phisicis, multo magis immo necessarijssimũ est chirurgicis iuxta doctrinam ipsiusmet in sexto terapen. qui in Arabica translatione de ingenio sani nuncupatur.

¶Chirurgici ignorantes anathomiam peccãt multo-ties in incisionibus neruorũ & colligationum. Sed tu naturam vniuscuiusq; particularum scies. Adhuc aũt positiones & plasmationes, quam habent in toto corpore & ẽm vnumquodq; membrorum quando cõtingit in eo fieri plagã aperte cognosces si neruus est incisus vel non seu colligatio. Quod Henri. de hermonda uilla in primo libro chirurgiæ suæ per rationẽ sic deducit. Omnis artifex tenetur scire subiectum in quo operatur, aliquando operando errat. Sed chirurgicus est artifex sanitatis corporis humani. ergo tenetur scire naturam & compositionẽ ipsius, & per consequẽs anathomiam. ¶Confirmatur per simile, quia eodem modo operatur cæcus in ligno, & chirurgicus in corpore, quando anathomiam ignorat: sed cæcus scindẽs lignum sæpissime, imo quasi semper errat accipiendo de ipso plus q̃ debeat vel minus, ergo similiter chirurgicus quando anathomiam ignorat. Ad instar enim sunt tales malorum coquorum de quibus dixit G. in secundo terapen. qui non ẽm articulos incidũt, sed terunt, quassant, & diuellunt. Sequitur ergo q necessariũ est medicis præcipue chirurgicis scire anathomiã. ¶Et quamuis esset eis necessarium scire cum anathomia actus & vtilitates membrorum quæ sunt tres radices & elementa totius medicationis vt primo interiorum conuenienter deducitur parcendo longitudini & confidendo quod de ipsis complete tractauerũt Gale. in. 17. tractatibus de vtilitate particularum quia tractatus alios quindecim quos ipse fecit, & de curatione & anathomia, vt Haliab. in fin. tegni. testificatus est adhuc translatos non habemus. Et Haliab. prima parte libr. de dispositione regali. sermõe. 2. & 3. & Auice. in suo Cano. lib. primo. non tamen ponitur hic nisi grossa & materialis anathomia q̃ dirigere possit chirurgicum operantem in incisionibus & reductionibus membrorum. ¶Est autem anathomia recta diuisio & determinatio membrorum corporis cuiuscunq; præcipue corporis humani, quia de illo est intentio tota

istius artis, & dicitur ab ana qđ est rectū & thomos quod est diuisio, quasi recta diuisio. Anathomia ingritur dupliciter, vno modo per librorū doctrinā q modus licet sit vtilis, non est tamē sufficiens ad enarrandum ea quæ solū sensibus cognoscūtur. primo de vtili cap. 8. Et hoc est quod Auer. dicebat primo colliget. ¶ Et nos non abbreuiauimus loqui de anathomia nisi propter hoc qꝫ imaginatiua est breuior in istis parua comparatione earum rerum quæ existunt in ipsa. Alio modo per corporum mortuorum experientiam. Experimur autem in corporibus nouiter mortuis per decollationem vel suspensionē, anathomiā adminus membrorum officialium interiorum carnis musculorum & cutis & multarum venarum atqꝫ neruorum, præcipue quātum ad originem ſm quod tractat Mūdinus Bonoñ. qui sup hoc scripsit & ipsam fecit multoties, & magister meus Bertucius per hunc modū situato corpore mortuo in bāno faciebat de ipso quatuor lectiones. In prima tractabantur membra nutritiua, quia citius putribilia. In secunda membra spiritualia. In tertia membra animata. In quarta extremitates tractabantur. Et ſm concordationem sectarum in quolibet membro videnda erant nouem. s. compositio, substantia, complexio, quantitas, numerus, figura, colligantia, actus atqꝫ vtilitates: & quæ sunt ægritudines quæ in ipso possunt cōtingere quibus per anathomiam in dignoscendo pronosticando, ac etiam curando medicus possit auxiliari. ¶ Experimur etiam in corporibus desiccatis ad solem aut consumptis in terrā, aut eliquatis in aqua currente, aut bulliente anathomiam saltem ossium, cartilaginum, iuncturarum, neruorum grossorum, thenantum, & colligationum. Et per istos modos in corporibus hominum, asinorū & porcorum atqꝫ aliorum multorum animalium ad notitiam peruenitur anathomiæ et per aliasa picturas sicut fecit Henricus prædictus, qui cum. xiiļd. picturis visus est anathomiam demonstrare. t

¶ Quod autem sit corpus humanum quia de illo sit

sermo in tota medicina. Patet quod est vnum totum ratione decoratum ex multis & diuersis membris seu particulis compositum. Membrũ autem seu particula ſm G. in primo de vtilitate particu. est quoddã corpus quod omnino non est separatum nec alteri cõiũctum, et dicitur ibidem ꝙ quædam sunt maiores, quædam sunt minores, & hæc quidẽ in aliam speciem diuisibiles. Et hoc est quod Auicenna per alia verba dixit in suo cano. libro. j. ꝙ membra sunt corpora q̃ ex prima generantur humorum commixtione. Et sequit̃ ꝙ membrorum quædam sunt simplicia quædam cõposita loquendo de simplici & composito, vt medic⁹ considerat large. Simplicia vero sunt cõsimilia q̃ non sunt in aliam speciem diuisibilia, imo quancunq; partem sensibilẽ recipis erit cõmunicans toti nomine & ratione, & sunt. x. videlicet cartilago, os, nerui, venæ, arteriæ, panniculi, ligamẽta, chordæ, cutis, atq; caro: et cũ eis numerabunt̃ pinguedo, & pili, & vngues, quæ licet non sint membra sed superfluitates habent tamẽ vtilitatem quandam & generationem vt membra, sicut in secũdo tegni innuebat̃. Et istorum quædã sunt sanguinea, quibus est vera regeneratio & cõsolidatio quia à sanguine generantur, vt sunt caro & pinguedo quædam aũt sunt spermatica, quia à spermate habẽt ortum, quibus non est regeneratio nec cõsolidatio vera vt sunt ossa & omnia alia mẽbra à prædictis. ¶ Et propterea membrorum simpliciũ quædam sunt calida & humida, quædam frigida & humida, quædam frigida & sicca. Calida aũt & sicca nõ dicũtur aliqua mẽbra, quia vltra naturam cutis ad quam cõparant̃ omnia non inuenitur aliquod membrũ simplex calidius & siccius ipsa. Cutis enim est media non solũ humanarum particularum, sed etiam totius substantiæ generatorum & corruptorum ſm Gal. secũdo de cõplexionibus, cap. vltimo. ¶ Calida & humida mẽbra dicuntur sanguis saltim materialiter. Spiritus & caro & humiditates naturales incedunt ista via, vt dicit Auer. secundo sui colliget. ¶ Frigida & humida sunt

flegma,adeps seu pinguedo,atq; medulla.¶Sed frigi-da & sicca sunt secūdum suos gradus,reliqua omnia vt os,cartilago,pili,chordæ,ligamenta,nerui,venæ atq; panniculi:& hoc est pelagus in quo non licet medicum nauigare.Conueniens est autem medico recipe-re complexiones ipsorum membrorum à philosopho naturali.¶Composita membra sunt quæ à prædictis simplicibus seu consimilibus componuntur , & ideo etherogenea sunt & diuidi possunt in alias species,qa in membris consimilibus,& quælibet pars ipsorū nō seruat rationem totius:vocantur autem organica & instrumentalia,quia sunt animæ instrumenta,vt ma-nus facies,cor,& epar.Propter quod Gal.in secundo de vtilitate particularum capitulo finali.Natura ido-neos ad animæ mores & virtutes corporis vniuersas construit particulas.Et istorum quædam sunt princi-palia,quædam non principalia. Principalia sunt cor, & epar,cerebrum & testiculi . Non principalia sunt omnia alia,& istorum quædam sunt minora vt ocu-lus,nasus,man⁹.quædam maiora,vt caput,facies col-lum homoplata,& cætera octo quibus quantū est de præsenti totū corp⁹ diuidit gratia chirurgicalis doctri-næ.Et licet prædicta mēbra organica sint ex pluribus composita gratia actionis & passionis ipsorū cū debi-ta qualitate & q̄ititate & vniuersa plasmatione , vna tn̄ simplex & cōsimilis inter ipsas est principium to-tius actus,reliq̄ vero sunt gratia vtilitatis.Quædā q-dem vt melius actus fiat.Aliæ vero sine q̄bus nō erat possibile eū fieri.Aliæ autem pro custodia omniū ha-rum creatæ sunt,prout hæc deducuntur in manibus: in primo & secūdo de vtilitate particularum,& p̄ cō-sequēs in sequētibus libris in omnibus alijs membris ita q̄ tu intelligas vt dicit in quarto ſm Arist.nullum corpus esse ociosum , nec frustra,sed esse factum secū-dum necessitatem cum conuenienti complexione & compositione diuersas quasdam à creatore largitas virtutes.Quæ quidem sortiuntur in compositis mem-bris ex simplicibus sicut in simplicibus ex elementis.

¶Cor enim quod est primum membrũ organicũ ex ligamentis & panniculis, & ex carne dura lacertosa, ex quibus compositum est dicitur esse siccum ex multitudine spirituum existentiũ in eo, quia est sicut clibanum igneum totius corporis, dicitur esse calidum. Arguunt enim medici cor esse calidum, & siccum, phisici tamen, quia est principium vite eum forte dicunt esse temperatũ aut ad calidum & humidum esse decliue. ¶Sed id quod videtur de epate ex sui essentia est qđ sit calidum & humidum, quia maior pars suarum partium est carnosa sanguinea, & cum hoc ad ipsum mittuntur multe arterie. ¶Et cerebrum est frigidum & humidum, licet habeat substantiam medullosam dicitur tamen à medulla, quia est ab humoribus, cerebrũ à spermate, & dicitur calidum secundum naturam, in secundo de partibus animalium. ¶Sed splen & renes ipsi etiam sunt de mẽbris calidis & humidis, quis renes sint sub splene in gradu, ꝓpter grossitiem sanguinis qui stat in splene, sicut splen est in hoc gradu satis inferior epate. ¶Et caro pulmone ponitur minus humida pinguedine, quia non effunditur cum calesit secundum Gale. vbi supra. Calida etiam dicitur esse, quia nutritur subtiliori sanguine sibi à corde transmisso, vt ipse idem Gale. dicebat quarto de vtilitate, & ita per consequens est syllogizandum de complexionibus aliorum membrorum compositorum, quod est talis complexionis qualis resultat ex aduenientibus et componentibus ipsa.

¶De anathomia cutis & pinguedinis carnis atq; musculorum. Capitu. xj.

INCIPIENDVM est à cute, quia illa primo occurrit in faciendo anathomiam. Est autem cutis cooperimentum corporis & ex filis neruorum venarum & arteriarum contextum ad defensionem et largitionẽ sensus creatũ. Cuius due sunt spẽs, quędã cooperit mẽbra extrinseca, & illa ꝓprie dicitur cutis.

Et istius vndecimo de vtilitate cap.5.notant quinqꝫ differentie. Alia cooperit intrinseca mēbra,& illa proprie pāniculus dicit,vt celle cerebri & periocraneum cooperiens craneum & reliqua corporis ossa, pleura siphac pręcordium cordis & oim aliorū viscerum pāniculi. ¶ Pinguedo sequitur post,& est vt oleum calefaciens & humectans mēbra. Cuius sunt due spēs, quędam extrinseca iuxta cutem quæ ꝓprie adeps nuncupatur,quædā intrinseca iuxta ventrem & renes quæ axungia proprie dicit. ¶ Consequēter occurrit caro, cuius sunt tres spēs,scilicet caro simplex & pura quæ pauca est,& solum reperitur in capite virge & inter dentes. Alia est caro glandulosa seu nodosa,sicut caro testiculorum et mamillarū atqꝫ emunctoriorum . Sed tertia caro est musculosa,seu lacertosa & talis est multa & reperit per totum corpus vbicunqꝫ est motus liquidus & electiuus. Musculus aūt est organum motus liquidi & electi in de vtilitate particularū,& in de motibus liquidis et manifestis per totum. ¶ Et licet musculi qꝫtum ad sensum sint membra simplicia,sunt tamen secundumveritatē cōposita ex neruis & ligamentis ac eorum villis carne implente & pāniculo cooperiente,& itavult Aui.in primo lib.cano.sui. Musculus & lacertus idem sunt,sed dicit musculus ad formam muris,& lacertus ad formā lacerti. Sunt enim ista animalia ab vtraqꝫ parte gracilia & longa saltim versus caudam,in medio enim grossa ita & musculi siue lacerti. Non obstante Henrico qui videtur inter ipsos differentiam assignare.

¶ Vnde notādum iuxta intentionem Gale.per totum de vtilitate particu.quod postqꝫ musculus cōpositus est,vt dictum est ab ipso descendūt chorde & ligamēta rotunda,& dum veniunt prope iuncturas dilatant & ligant in circuitu iuncturā vna cum panno cooperiente ossa & mouent eam,& qn exiuerūt iuncturam iterum rotundant & reducunt in chordā,& cū carne faciunt aliū musculū & ab illo iterū exit chorda & ligamentū & dilatant & ligantin circuitu iuncturā se

quentem & mouẽt eam,& ita nõ cessat vsq; ad extre mas particulas,et ẜm hoc semper musculus antecedit iuncturã sequentẽ &mouet eã,et membrũ qđ mouet: & hoc declarat̃ in brachijs.Nerui q à nucha colli dele gantur ad brachia accipiũt formã musculi in collo & pectore.Deinde veniẽdo ad iuncturã spatule proijcit chorda & dilatat̃ & cõprehendit totã iuncturã & im plẽtat̃ in osse adiutorij & mouet ipsum.& qñ exit de iunctura humeri ad duos vel tres digitos rotundat̃ & reducitur in chorda,& cũ carne & ligamẽto qđ exit à capite ossis spatule facit musculos supra mediũ adiu torij,de qbus exit chorda quæ ad tres digitos de cubi to ampliatur & cõprehendit totum cubitũ,& mouet brachium paruum.Et post alios tres digitos rotunda tur & reducitur in chordã,quæ ingredit̃ cum ligamẽ to quod exit à cubito & carne facit musculos supra mediũ brachij dicti de quo exit chorda quæ ad tres digitos de iunctura manus parue ampliat̃ & apprehẽ dit totam iuncturã manus dicte & post rotundat̃ & ingreditur musculus in medio manus de quo chorde mouentes digitos exeunt.¶Ex qbus apparet q; vul nera quæ sunt ad tres digitos prope iuncturas sunt pe riculosa,quia chorde neruose ibi sunt denudate à car ne & apparentes,quorũ punctura spasmi est generati ua,& per cõsequens mortis inductiua ẜm Gal.in ter tio tegni & quarto terapen.¶Lacerti siue musculi au toritate Haliab. parte prima sermone tertio de rega li dispositione differunt quinq; rebus,q̃titate, figura, positione,cõpositione,atq; chordarũ origine.¶Vnde G.in sexto.de vti.quatuor sunt positiones musculorũ recta,trãsuersa,& duæ obliquæ,sunt enim oẽs muscu li,531.ẜm Aui.lib.j.de anathomia musculorum.

¶De anathomia neruorum ligamentorũ & chordarum. Capitulum.iij.

QVIA MVSCVLI ex neruis ligamentis & carne cõponuntur post anathomiam carnis musculose de ipsis est dicendum.

¶Neruus est membrum simplex ad tribuen-

dum cæteris partibus sensum & motum creatum. Et propter hoc Gal. in quarto de vtili. capi. finali. dicebat tres sunt intentiones nature distributionis neruorum, vna quidem gratia sensus in sensitiuis organis. Alia vero motus in motiuis. Alia vero in omnibus aliꝭs ad dignotionē tristātium. Et bene dicit sensitiuis quia ad cartilagines neqꝫ ad ossa neqꝫ ad multas carnes glandulosas non implantantur nerui. Ad dentes vero implantari videnť vt dicebat in sexto libri allegati. Nerui enim oēs à cerebro per se vel per nucham ipsius vicariam oriuntur, vel manifestanť, & in hoc conuenit cōis schola philosophorū, & medicorū, vnde nerui q oriūtur à parte anteriori cerebri tales sunt vt pars illa molliores & ad dandū sensum promptiores. Quidam vero à posteriori parte à nucha quæ descēdit ab eo & tales sunt duriores & admodum manifestiores.

❡Vtrum autem sensus & motus ferantur per vnum neruum aut per diuersos. Gal. videtur tenere in primo de interioribus & quarto de morbo, quod aliquotiēs per vnum, aliquotiens per diuersos. Et hoc idem tenet schola nostra Montispessulani difficilis est materia. Et difficilius est inuestigare vtrum prædicta deferanť substātialiter aut radicaliter, quare melius est eam obdormire.

❡Quicquid sit septem sunt paria neruorum quæ immediate oriuntur à cerebro. &. xxx. quæ per medium nuchæ & vnum siue comite, qui oritur per finem ossa riꝭ, vt ponit Haliab. sermone secundo partis primæ libri regalis dispositionis.

❡Ligamenta sunt de neruorum natura ab ossibus tamen oriuntur, quorum sunt duo modi, quædam ligant ossa ab intra, quædam ab extra ligant totam iuncturam, ita dicebat Gal. 12. de vtil. c. primo. Ossium articulatio in circuitu comprehenditur ligamentis fortibus & remissiuis.

❡Chordæ seu tenētes quod idē est sunt etiam de natura neruorū & magis, nā sicut ligamēta sunt media inter neruos & ossa, ita & ista īter ligamēta & neruos

à musculis oriunẽ & à neruis suscipiunt sensus & motus quibus moueãtur membra. Et vt dictum est licet sint rotunda dum exeunt musculos amplIantur dum veniunt ad articulos, situantur enim in circuitu membri, ita ꝙ intrinseci trahunt membrũ, extrinseci vero ipsum extendunt. Est tamen quod quando vnus trahit qđ alter relaxatur, & ideo: per incisionem extrinsecam perditur flexio, per intrinsecam extensio: ita posuit Gal. in primo & .12. de vtilitate particularum.

¶De anathomia venarum & arteriarum. Capitulum .iiij.

LICET venæ & arteriæ secundum intentionẽ Gal. in .16. de vtilitate particularum differãt quãtum ad principia, quia venæ oriuntur ab epate, arteriæ à corde, & in aliquibus locis separatur vena ab arteria, vt in manifesto brachiorum & in rete mirabili, arteria tamen nulla reperiẽ sine vena, qua si in residuo corporis communionem habent & distributionem similem, & propter hoc de ipsis sufficit chirurgico insimul facere sermonem, & ita fecit Gale. in loco præallegato. ¶Quid autem est vena; quia locus sanguinis est nutrimentalis. ¶Quid autem arteria, qa locus sanguinis spiritualis notum est apud omnes. ¶Ista autẽ vasa postquam orta sunt à suis principijs bifurcantur, & vna pars tendit superius, & alia inferius, & quælibet pars ramificatur, & ramificando deducitur ad extrema corporis ad nutriendum & viuificãdum membra vniuersa. ¶Particulares venæ quæ sui magnitudine emorosagiæ periculum inferũt, dicẽtur in anathomia magnorum membrorum.

¶De anathomia ossium, cartilaginum, vnguium & pilorum. Cap. v.

VLTIMO anathomizantur ossa, quia illa sunt in profundo corporis, vnde ossa sunt particulæ duriores totius corporis, & sunt funda

mentum & sustentaculum omnium aliarum particularum. Est tamen ꝙ cum hoc aliqua sunt ad custodiã & tutelam particularum interiorum vt craneum pectus atq; dorsum. ¶Sunt enim ossa in corpore nostro postquam fuerint bene computata secundum Auicẽ. primo canon̄.sui.248.præter sisamiam & os laude in quo fundatur lingua. ¶Ossa corporis recipiunt diuersitates penes numerum & formam materiæ. Quædã ratione sui. Aliæ ratione iuncturarum in se habent diuersitatem, quia quædam sunt medullosa, quædã non habẽt ipsam. Item quædam sunt recta: quædam tortuosa: quædam etiam sunt magna q̄dam parua. ¶Omnia enim ossa grossiora sunt apud iuncturã ꝙ circa mediũ ratione iuncturarum habent diuersitates, quia quædam habent additiones intrantes, quædam vacuitates recipientes, quædam vtrũq;, quædam neutrum. ¶Quæ aũt habẽt additiones & vacuitates dictas, q̄dam clauales vt dẽtes, q̄dam serratiles vt craneũ, q̄dã nodosas in vtroq; capite vt vlna & coxa, quædã foueales vt focilia, q̄dã vtrũq; vt digiti. Quæ vero carent vtroq; iunguntur solidatiue, & talia habentia tales rotunditates & foueas proprie faciunt iuncturam quibus accidit dislocatio, aliјs vero separatio.

¶Cartilago quasi est de natura ossis, & tñ ipso mollior & est facta ad defectum ossis supplendum, vt in palpebris, naribus & auribus & vt melior fiat cõiunctio ossiũ cũ vicinãtib⁹ vt in thorace & in anchis, & in extremitatibus ipsorum ne in motu cassarentur.

¶Vngues sunt factæ in extremitatibus membrorum ad melius capiendum.

¶Pili vero sunt facti ad decorandum & purgandũ.

DOCTRINA II. De anathomia membrorũ compositorum et propriorum.

¶De anathomia ollæ capitis et partium eius.

CAPVT I.

EXPEDITA anathomia membrorum simplicium et toti corpori communium veniendũ est ad anathomiam membrorum compositorũ

et singularium. Et licet sicut dictū est quædam sunt maiora, quædā minora, nihilominus anathomia ipsorum tractabitur in. 8. capitulis secundum diuisionem particularū maiorum. secūdo quia talis diuisio sensibilis est magis manifesta, et cum hoc modus medicandi variatur secundum ipsam. ¶ Incipietur tamen hic à capite præcipue à cerebro et ab olla cōtinente ipsum propter hoc, quia ipsum locus et habitatio rationalis animæ existit, vt ipsemet G. dixit in de vtilitate part. lib. 9. ca. 4. et primo de custodia sanitatis. c. 9. Idem habetur in. iij. interiorum. et in cōmen. 3. regiminis acu. ¶ Circa ollam capitis et partes ipsius inquirēda sunt illa nouem quæ dicta sunt superius per commen Alexandrinum in libro sectarum q̄ requiruntur in quolibet membro. s. iuuamentum, positio, colligantia, quātitas, figura, substantia, complexio, numerus partium et ægritudines.

¶ Olla capitis s̄m philosophū dicit pars capillata in qua mēbra animata cōtinentur, et in hoc apparet ei⁹ iuuamētū. ¶ Eius enim positio et situs est in altiori loco toti⁹ corporis. vtrū ꝓpter oculos aut ꝓpter q̄d chirurgicus nō habet cōsiderare. ¶ Colligātia est manifesta quia cum facie et collo ab ipso enim producuntur omnes particulæ et musculi mouentes caput in collo implantantur. Vnde Haliab. in tertio sermone parti. primæ lacerti caput mouentes sunt duplices. altera eorum species proprie caput mouet sine alijs, originē habentes post auriculas quousq; perueniūt ad furculas. Secunda autem communis est ipsi capiti et collo, de quibus dicetur in collo. Quantitas ipsius ollæ est maioris capacitatis cum cerebrum in homine sit maius cæteris animalibus quantitatis æqualis. ¶ Forma ei⁹ est rotunda admodum speræ ex vtraq; parte leuiter compressæ & secundum hæc gibbosa oportet fieri: quia secundum posteriora & anteriora in secundo tegni. Et caussam istius figuræ dicebat G. octauo de vtilitate particularum capitu. penultimo. omnium figurarū inquit vis passibilis, ac etiam & maxima & ca-

pacissima omnium æqualem habētium perymetrum est rotunda. ¶ Substantia etiam eius apparebit esse ossuosa & pannicularis ac medullaris. Et complexio frigida per numerum partium eius.

¶ Partes autem ollæ capitis secundum Auicē. in suo cano.libro.iij.cap.primo.sunt decem aut.xj. videlicet continentes & totidem contentæ. ¶ Primo ab extra sunt capilli, post cutis, deinde caro musculosa, deinde panniculus grossus: post vero craneum, subsequenter ab intra primo sunt dura mater & pia mater, deinde substātia cerebri: post vero de subtus cerebrum iterum pia mater & dura mater, vltimo rethe mirabile, deinde os quod est cerebri basis: & explantatiões ner uorum orientium ab eodem. de quibus per ordinem est dicendum. ¶ De pilis, cute & carne musculosa satis est superius dictum. ¶ De grosso panniculo quem G. vocat pericraneum qui cooperit totum craneum. Est sciendum quod est neruosus & oritur à dura matre & ligatur ab ea cum ligamentis, neruis, venis intrantibus & exeuntibus per commissuras cranei.

¶ Consequenter inuenitur os quod craneum nuncupatur & non ex vno osse continuo, sed ex septem cōtiguis ordinatū ad hoc quod si acciderit læsio in vno non transeat ad aliud & coniungunt cū commissuris serratilibus vt vapores ab ipso cerebro valeant expirare primum ossium ollæ capitis est à parte anteriori & est coronale dictum, quod durat à medio orbitarū vsq; ad commissuram transuersantem craneū: & sunt in eo foramina oculorum & colatoria narium partita per quandam additionem ossualem ad modum cristæ gallinæ, à qua implantatur cartilago diuidens nares. Est tamen sciendum quod coronale aliquotiens inuenitur diuisum cum commissura in medio frontis trāsuersaliter: quod vtplurimum in mulieribus reperitur.

¶ Secundum os est à parte posteriori dictum occipitiale & concluditur per quandam cōmissurā descēdētem transuersaliter admodū literæ lamdæ cifræ de.7. & est durū perforatum inferius per vnde descēdit nu

cha à cerebro per medium spondilium vsq; ad finem dorsi. ¶ Tertium & quartũ sunt in medio lateraliter dicti parietales & diuidunt per quandã cõmissurã ẜm longitudinem olle & per duas cõmissuras dictas, vsq; ad ossa aurium & sunt quadrata. ¶ Quintum & sextũ sunt ossa dicta petrosa, quia dura, & dicta etiam mendosa, quia squamose cõiungunt cũ parietibus dictis, in quibus sunt foramina aurium, & additiones mamillares emunctoriorũ, & producunt ẜm longitudinem parietalium dictarũ à cõmissura laude vsq; ad mediũ ossium temporum. ¶ Septimũ os est basillare seu baxillare, quod velut cuneus est firmans & sustinens oĩa dicta ossa supra palatũ, & in eo sunt foramina & spõgiositates multe ad expurgandum superfluitates grossas, & cũ hoc durissimã habet substantiam. ¶ Sunt ergo septem ossa olle capitis, & ita inueniunt in capitibus mortuorũ coctis & diuisis cum aqua bulliente. ¶ Etiam numerat ea G. xj. de vti. ca. secũdo vltra duo ossa mouit dragmatis quæ cõtinent vndiq; à duobus ossibus duris & densis & osse posterius et anterius in quo applicantur ossa tẽporis septimum est illud quod secundum palatum basillare quod quidam superioris gene. Quidam vero capitis estimant iniacens ambobus ad instar cunei. ¶ Ex quibus apparet quod Guil. et Lanfrancus et etiam Henricus male viderunt anathomiam, quia dicunt os basillare esse sub osse laude, & esse vnum de ossibus colli. Et dicunt etiam ossa petrosa esse addita supra ossa parietalia & nõ tangentia cerebrum neq; esse de principalibus, cuius oppositum est. ¶ Sequitur ergo quod septem sunt ossa principalia continentia cerebrũ, sunt tamen aliqua parua ossa non principalia propter aliqua iuuamenta, vt os criste diuidens collatoria nariũ infra coronale, & ossa paria quæ sunt faciei & non olle, & quædam sunt ossa arcualia, & quædam claualia sub osse aurium in quibus implantantur et firmantur musculi seu chorde mandibulam aperientes, & ita numerat Haliab. sermone secundo parti. prime libri regalis dispositionis,

capitulo de ossium capitis assignatione, & ppter hoc dicebat, omnia igitur quæ ĩ craneo sunt ossa sunt. xv. ¶ Auicẽ. vero qui non posuit nisi quinq; intellexit de habentibus veras commissuras serratiles, quas tres po suit, cum autem essent alia duo vnum in quolibet la tere habentia cõmissuras squamosas et mendosas nõ negauit, immo in fine capituli sub ossibus patum in tellexit, & hec sufficiant de anathomia cranei & per consequens particularum quinque extrinsecus conti nentium. ¶ Partes autem intrinsecas contentas nõ po teris demonstrare ad oculum nisi diuidatur craneum aut aliqua serra secundum rotunditatem & tunc ele uata parte superiori, primum quod occurrit est dura mater & pia mater et sunt duo panniculi venosi vnus à parte cranei, et alter à parte cerebri inuoluẽtes & co operientes totam substantiam ipsius. A dura matre oritur per commissuram pericraneum à pia matre in funditur in cerebro nutrimentum & veniunt eis vene et arterie ad intra per foramina ossium inferiorum & ab extra per cõmissuras ossium superiorum.

¶ Deinde sequitur sub ipsis substantia cerebri & est mollis & alba figure rotunde seclusis additionibus q̃ sunt in ipso, et additionibus ipsius secundum longitu dinem à medio ad anterius geminantur & duplicant sensitiua et alia organa multa, et si aliquod ipsorũ pa tiatur reliquum famuletur .s. de vtilitate. ¶ Cerebrũ secundum longitudinem habet tres ventriculos, & vnusquisq; venter habet duas partes, et in qualibet parte organizatur vna virtus. In prima parte ventri culi anterioris assignatur sensus cõmunis, in secunda imaginatiua. In medio ventriculo situatur cogitatiua et rationalis. In posteriori vero seruatiua et memora tiua, et quod inter istos ventriculos anterior est maior medius minor, posterior mediocris, et de vno ad aliũ sunt meatus per quos transeunt spiritus et in anterio ri sunt additiones mamillares in quibus fundatur sen sus odoratus, & ab ipso in maiori parte oriuntur duo paria neruorum sensitiuorum quæ perducuntur ad

oculos, et ad aures ad linguam, et ad stomachum, & ad cætera membra vt dicetur, & organicorum et foramina per vnde transeunt, et quomodo non nudi, sed inuoluti panniculis incidunt potestis videre. ¶ Circa medium ventriculum nota locum vocatum lacuna et vermiformis et anchaformis, et carnes glandulosas replentes & sub panniculis rethe mirabile situatur arterijs solis à corde venientibus contextum in quibus fit per ebullitionem de spiritu vitali animalis.

¶ Vltimo inspicies quomodo nucha, vel dorsalis medulla aperegelifeda, id est à parte posteriori cerebri oritur & nō nuda, seu inuoluta duobus panniculis, quēadmodum et cerebrum descendendo per mediū spondilium vsq; ad finem dorsi, à qua oriuntur principaliter nerui motiui, vt inferius dicetur ipsa enim similis est cerebro, immo pars eius videtur, & ꝓpter hoc sinthomata sua sunt sicut cerebri, vt dicit Gale. in.12. de vtilitate particularum, capitulo duodecimo. & ita est expedita anathomia ollæ capitis et partium eius quantum ad.vj. quæ requisita sunt in ipso.

¶ Restat nunc videre de ægritudinibus. Olla capitis potest pati vulnera apostemata & malas complexiones. Ex quibus apparet quod vulnera penetrantia totum craneum sunt periculosa, et magis tangentia, telas cerebri. Et adhuc plus tangentia substantiam cerebri, propterea operationes circa commissuras sunt suspectæ de casu duræ matris supra piam, et de incisione cerebri. Omnes incisiones capitis debent fieri secundum incessum pilorum, quia ita vadunt musculi. Modum ligandi habet proprium propter rotunditatem, vt dicetur infra.

¶ De anathomia faciei & partium eius. Capitulum.ij.

PARTICVLAE faciei sunt frōs, supercilia, oculi, nares, aures, timpora, genæ, os et mandibulæ cum dentibus suis.

FRONS non cōtinet nisi pellem et carnē musculosam, qa os qđ est subtus est de coronali qđ ſm supe-

riorē tabulam eleuat et ampliat eius spongiositas ac si esset ibi os duplicatū, & facit formā superciliorum.
SVPERCILIA aūt sunt ad decorem, et ꝓpter oculos formata, et ideo pilis sunt ornata. Incisiones circa istas partes, vel particulas debent fieri secundū longitudinem corporis, quia ita vadit musculus qui mouet supercilia & non secundum rugas.
OCVLI SVNT instrumenta visus, et sunt infra orbitam quæ est pars coronalis et ossium timporū collocati, quorum originē in primo de vtilitate capitulo finali, ita narrat Gal. neruos opticos oportet esse ꝑforatos vt esset via spiritus, et ꝓcedere à duabus partibus, et quod vniuntur intra craneum, et postea separantur ad quelibet oculū de parte à qua oriunt̄ nō cruciando neq; permutando se de dextris à sinistris vt putauerunt quidā, sunt enim ipsi cōpositi ex septem tunicis & tribus aut quatuor humoribus. ¶ De septem tunicis prima ab extra est coniunctiua alba & grossa q̄ circundat totū oculum excepto quod apparet de cornea, et oritur a panniculo cooperiente craneum. Aliæ vero sunt materialiter tres circumeuntes totum oculum propter diuersitatem colorum variantium se circa medium oculi in loco dicto yride dicuntur sex formaliter tres à parte cerebri & tres ab extra.
¶ Prima oritur à dura matre, & pars interior dicitur sclirotica, exterior cornea. ¶ Secunda oritur a pia matre & pars interior dicitur secundina et exterior vuea, & habet foramen pupillæ. Tertia oritur à neruo optico, & pars interior dicitur retina, exterior supra cristallinū dicitur aranea. Et ita sunt septē tunicæ in oculo formaliter distinctæ & nō nisi tres secūdum continuationem materialem. ¶ Ex tribus humoribus. Primus est cristallinus in medio oculi situatus coloris cristalli formæ grandinis in quo principaliter fundatur visus, post ipsum versus cerebrum est vitreus sustinens & comprehendens à parte posteriori cristallinum qui ambo inuoluuntur cum panniculo iam dicto in neruo optico. Post vero a par-

te anteriori magis est humor albugineus cõprehẽsus inter dictam telam et illam quæ à pia matre iam est orta. Quartum humorem assignat Gale. et probat in loco præallegato in regione pupillæ æthereũ lucidũ et totum spumosum, et talis ponitur cõpositio oculi in se, nihilominus habet neruos motiuos descendẽtes à secũdo pari neruorũ, et musculos sex ipsum mouentes, et venas et arterias et carnes spongiosas circa lachrymales spatia replentes. ¶ Et habet iuxta se palpebras cartilaginosas cum pilis determinatis superiores claudentes cum vno musculo & aperientes cum duobus transuersalibus, quorum iuuamenta & modi magis specificãtur in Iesu de oculis & in Alcoatim & in libris specialibus oculorum, chirurgico tamen sufficiunt ista.

FORMA NASI continet partes carnosas & ossuosas atq; cartilaginosas: pars carnosa habet cutim & duos musculos circa ipsi⁹ extremitatẽ, pars ossuosa habet duo ossa triãgulata: quorũ angul⁹ est supra nasum & bases iungentes se ab vna parte per medium longitudinis nasi: & ab alia secundũ genas pars cartilaginosa est duplex, vna exterius que facit extremitatem nasi, alia interius que diuidit nares. ¶ Nares enim sunt duo canales ascendentes vsq; ad ossa colatorij, vbi applicantur additiones mamillares cerebri in quibus est odoratus & descendentes vsq; ad palatũ post vuulam, per quos canales attrahitur fumalis euaporatio ad loca dicta & aer inspiratur & respiratur ad pulmonem tempore suo & cerebri expurgantur superfluitates.

AVRES cartilaginosæ & anfractuosæ supra os petrosum ad audiendum sunt ordinatæ: ad quas perueniunt foramina tortuosa dicti ossis & pori sui nerui de quinto pari neruorum cerebri in quibus est audit⁹ & sub auribus sunt carnes glandulosæ quæ sunt cerebri emunctoria, iuxta quæ loca transeunt venæ, quæ vt dicit Lanfrancus, portant partem materiæ spermaticæ ad testiculos, quæ si incidantur perditur generatio.

tio. Cuius cõtrariũ tenet Gal. vt in de phlebotomia recitat Auicenna.
TIMPORA gene & maxille sunt partes laterales faciei & continent in se carnem musculosam cum venis & arterijs & partes ossuosas: musculi illarũ partiũ sunt multi. primo sunt septem mouẽtes genas & labia superiora & ſm Aui. veniũt a furcula & a partibus inferioribus. Deinde sunt. xij. ſm Haliab. qui mouẽt mãdibulam inferiorem: quidam eorum aperiendo qui veniunt a loco clausũ a parte auriũ quidã claudendo qui descẽdũt de superius trãseũdo sub ansa ossiũ timporis & dicunt timporales, & sunt valde nobiles & sensitiui: quorũ lesio est multũ periculosa. & ideo natura sagaciter ad custodiẽdũ eas ansam dictã in ossibus timporum ordinauit. Sunt etiã alij musculi ad molliẽdum & masticandũ & illi veniunt a pomis maxillarũ. Omnibus istis musculis veniunt nerui de tertio pari neruorũ cerebri. Sunt etiã cũ istis vene & arterie multe & maxime circa timpora & angulos oculorũ & labia vtraq̃.
¶ Partes ossuose. s. dictarum partiũ sunt multe. primo ossa genarum: licet nõ appareãt nisi duo iuncta sub naso: sunt tamen nouem: vt dicit Galenus sunt etiam duo ossa paris seu timporis: que faciendo vnam partẽ orbiate & eminentiam pomalẽ circa genas producunt quandam additionem ossis petrosi ordinãdo ansam dictam sub qua transeunt & custodiuntur musculi timporales. Sunt etiam ossa mandibule inferioris: de quibus dicit Galenus in vndecimo, capitulo penultimo. inferioris vero gene os vnã habet in ipso solam diuisionem non omnino manifestam secundum extremitatem barbe. quam propter didimationem dicebamus factam: & in extremitatibus habet rugalitatem circum oppositam versus timporalem musculum tenentem rubriformes vocatas explantationes.
CONSEQVENTER veniendum est ad particulas oris que sunt quinq̃: labra, de quibus dictum est, dentes lingua palatum & vuula. ¶ Dentes quidẽ sunt de natura ossium: licet dicantur habere sensum secun-

dum Galenum in decimosexto de vtilitate. hoc tamen est ratione quorundam neruorum descendentium a tertio pari ad radicem eorum, sunt enim vt plurimum triginta duo, scilicet sexdecim in qualibet mandibula: licet in aliquibus non inueniantur nisi decẽ & octo, videlicet duo duales, duo quadrupli, & duo canini, & octo molares, & duo caysales. & habent radices infixas in mandibulis: quidam vnã, quidã duas, quidam tres, quidam quatuor: quorum iuuamenta sunt nota.

LINGVA est particula carnosa mollis & spongiosa ex multis neruis ligamentis venis atq; arterijs composita propter gustum principaliter ordinata: ad loquẽdum & cibum in ore gubernandum vtilitatem prebẽs ad ipsam veniunt nerui gustatiui & motiui de quarto & de sexto pari neruorum, habet enim nouẽ musculos qui ab additione sagittali & ab osse laudiformi oriuntur. Sub ea sunt carnales glãdulose in quibus sunt duo orificia per vnde egreditur saliua tanq; eius colamentum & humectatorium ex natura ordinate retro ipsam linguam versus palatũ sunt: fauces amigdale & vuula pendens ad preparandum aerem suo iuuamento.

PALATVM vocatur tota superior pars oris & est velatum vna cũ suis partibus quondam panniculo orto a panniculo anteriori ipsius stomachi & meri, & hec sufficiant de partibus faciei. ¶ Egritudines possunt pati multas & diuersas, ad curationem quarum & pronosticationem multum conferunt prefata.

¶ De anathomia colli & partium dorsi. Capitulum tertium.

QVID sit collum & qualis situs eius & colligãtiam nullus ignorat. Quod gratia faringe seu trachee arterie: quod idem & principaliter: cõsequẽter gratia particularũ aliarũ ascẽdentiũ & descẽtiũ p ipsum factum sit in octauo de vtilitate particula.

conuenienter est demonstratum. Sunt enim in collo duplices partes: continentes videlicet que proprie collum constituunt & contente que per ipsum transeunt. ¶ Partes continentes sunt carnes & cutis musculi & ligamenta & ossa. ¶ Contente sunt trachea ysophagus siue meri: epigloti siue guttur vel gula: nerui vene & arterie: & portio nuche siue dorsalis medulle: quorum anathomiam per ordinem dicamus incipiendo a trachea tanq̃ a principali. ¶ Expedita anathomia & diuisa gula siue collum secundum longitudinem anterius. Primo apparebit trachea arteria que est via aeris ad pulmonem procedens de ipso ad guttur siue ad gulam vel epiglotum composita ex multis cartilaginosis anulis incompletis a parte meri coniunctis seriatim & ligatis cum panniculo forti & leni. ¶ Deinde post ipsam supra spondiles est meri siue ysophagus que est via cibi procedens de gutture penetrando diafragma vsq̃ ad ventrem siue stomachum: & est cnmposita ex duabus tunicis villulatis intrinseca cõtinuata cum pellicula oris & extrinseca carnosa: que quidem continuãtur cum pelliculis ipsius ventris. ¶ Supra istas duas vias a parte oris gula est siue gutt̃ vel epiglotus quod pro eodem reputo quantum est de presenti: & est particula cartilaginosa creata vt sit vocis instrumentum & clauis faringe tempore transglutionis mediante quadam additione lingniformi, que est in altera partium eius, que quidem ex tribus cartilaginibus estq̃ cõposita circa quam duo musculi implantantur totũ & singulas partes mouẽtes ascendendo descendendo & alios motus faciendo, put in libro de voce & de motibus liquidis clarissime est deductum.

¶ Deinde considerabis neruos duplices descensiuos ad stomachum & ad viscera ꝓpter sensum reuersiuos reuertentes de inferius propter vocem superius iuxta epiglotum.

¶ Considerabis etiam magnas venas & arterias que ramificate iuxta furculam ascendunt per latera colli ad partes superiores que guidegi & appopletice pro-

funde seu subetales nuncupantur: quarum incisio est valde periculosa. ¶Consequenter gratia partiũ continentium & facientium collum que sunt cutis, carnes, musculi, ligamenta & ossa seu spondilia septem videatur anathomia generalis spondilium & dorsi totius. ¶Spondile dicitur os constituens dorsum foratum in medio per quod nucha trãsit & in lateribus per vnde nerui exeunt multa habens additamenta ascendentia & descendentia & exterius facientia spinam dorsi saltim media procedẽtia. ¶Dorsum est illud quod velut cepa seu carina posteri⁹ a capite vsq; ad anum ex multis & varijs spõdilibus successiue ad tuendum nucham ordinatur. ¶In dorso ait Gal. 12. & 13. vtilitatis particu. sunt quatuor maxime partes. s. collum spatule lumbi: & vocatum ab aliquibus sacrum os: ab aliquibus amplum. Secundũ collũ sunt septem spondiles secũdũ metafrenum quod spatula dicitur .xij. secundũ lumbũ. v. secundum sacrum os quatuor. ¶Sunt ergo & quatuor vere spondiles & quatuor ossis sacri & tres ossis caude que vere nõ sunt spõdiles sed similitudinarie: vt vicarie quare tres prime sunt valde grosse & nõ habẽt additamẽta nec foramina a latere: sed ante: & sunt multũ cartilaginose saltim vltime gracilãtes se ad modũ caude. Et ita in summo dicũtur. xxx. spõdiles. Et si per quodlibet spõdile transit vnũ par neruorũ orientiũ a nucha. xxx. erunt paria neruorum nuche & vnus sine comite que ab vltima eius oritur parte. Et si a cerebro septem erit summa neruorum .xxxviij. vt superius de neruis & in capite de natura nuche fuit dictum. ¶Sunt etiam preterea in lateribus spodilium dorsi predicti secundum lõgitudinem quedã carnes musculose adiacentes vt sint neruis culcitra que vulgariter lõge appellãtur, & cum hoc pãniculus velut supra craneũ & alia ossa grossa ligans spondiles omnes. ¶Sunt ergo in collo spondiles septem per latera: quorum forata egrediuntur septem paria neruorum a portione nuche que ibi transit qui portant sensum & motũ ad humeros & brachia & ad partes aliquas capitis & ipsiusmet colli, carnes colli sũt

triplices longales proprie dicte ceruices iuxta spondiles, vt dictum est, iacentes musculose ex quibus fiunt thenantes mouentes caput & collum qui sunt. xx. in numero: vt ait Gal. & carnes replentes. vacua loca.
¶ Ligamenta conmunia ligantia caput cum collo & spõdilibus sunt multa a parte anteriori sunt duo grossa descendentia de sub auribus ad furculã: a posteriori vero parte sunt alia maiora ligantia spondiles dorsi in lateribus descendentia ad spatulas alia maxima ita ꝙ musculi tenaces & ligamenta stant in circuitu colli circunflectentia, eleuãtia et circunuoluẽtia collum & caput. absqꝫ enim nõ est possibile facere articulationem ꝺm Gal. vbi supra. Ex quibus apparẽt illa sex vel septẽ que inquiruntur in quolibet membro. ¶ Restat nunc videre de egritudinibus. Collũ multas pati potest egritudines & in se & in suis contentis: vt vulnera dislocatiões apostemata que in eo omnia sunt periculosa. Apparet ergo ꝙ incisiones in ipso debent fieri secundum longum: quia talis est incessus partium eius proprium modum dat ligandi, vt dicetur infra.

¶ De anathomia homoplatis & brachiorum seu manuum magnarum. Cap. iiij.

POST COLLVM sequitur clibanum seu thorax sed quia supra partes superiores ipsius ab extra implantantur spatule: & per consequens brachia: ideo de ipsis est prius dicendũ: homoplata: spatula: humerus pro eodem sumuntur de presenti q̃ autem sunt ista & qualis est eorum situs & colligantia iam apparuit. Ista autem sunt ad apprehẽdẽdũ & defendendum organa in primo de vtilitate per totum. ¶ Creator loco armorum hominẽ manibus & ratione premuniuit: vnde dixit vere. G. Ari. quia manũ ante organa, & rationẽ ante artes dixit. ¶ Partes autẽ componẽtes ista sunt, cutis, caro, vene, arterie, nerui, musculi, chorde, ligamenta, paniculi, cartilagines atque ossa, de qb' p ordinẽ in istis est vidẽdũ. ¶ Et prio de ipsa spatula i qua

qualis est cutis & caro iam superius est dictum musculi & chorde mouentes brachium descendētes de collo & pectore per ipsam transeunt & comprehendentes & inuoluētes iuncturā ossis vuule siue adiutorij implantā tur. ¶ Nerui a nucha colli deriuantur, vene & arterie ab inferius ramificātur vt dictum est: verum, quia talia in spatulis non multum manifestantur de ipsis sermo abbreuiatur. ¶ De ossibus est sciendum quod ipsa sunt duo. primum est os spatulare a parte dorsi. secundū est os furcule a parte thoracis. ¶ Os spatulare quasi assimilatur palle, quia est latum & tenue a parte dorsi cum quadam eminentia tenui per medium a parte iuncture est aliquantulum longum rotundum admodum manubrij cum tribus additamentis in fine. ¶ Primum est fouea que in medio recipiēs caput vuule. secundum est superius & curuum & acutum ad modum rostri porci. tertium est a parte siluestri magis curuum ad modum anchore. ¶ Os furcale est rotundum & firmatur in cōcauite quadam in parte superiori ossium thoracis, & habet duas brachas, vna tendit ad vnum humerum: & alia ad alium, & ligat & firmat illas duas additiones rostrales, vt illa fouealis de medio firmius teneat caput vuule in iunctura. Non sunt autem illa addimenta ossa alia ab osse spatule: vt dicunt Lanfrancus & Henricus, sed sunt partes substantiales ipsius & quod hoc sit verum experientia docet. Et ita affirmat Gal. 13. de vtili. parti. capitulo secundo. & 12. dicens ipsas homoplatas caput accommum, id est extremitatem humeri tegens: & eam claui copulans, simul quidem coopertmentum, & custodia debens esse toti⁹ articulationis. que secūdū humerū simul quidē & prohibet exire superius caput brachij, & cum hoc habet tres magnas colligationes existentes de capite humeri ad vlnam: & in circuitu stringitur a maximis musculis veniētibus a pectore & spatula implantatis ossi vlne mouentes eum, quidam tendentes superius: quidam inferius: quidam eorum circulariter conuertentes. ¶ Pars autem sub predicta iunctura subassella dicitur que ex carnibus glandulosis

adimpletur in qua emunctorium cordis assignatur.

CONSEQVENTER dicendum est de brachio quod manus magna dicitur quam in tres magnas partes Gal. in secundo de vtili. capitulo secundo, diuidit. vna quidem vlna, alia vero paruum brachium, alia vero acrotica: id est parua manus nominatur & ipsa etiam habet partes superius nominatas que qualis est cutis & caro vt de alijs est manifestum.

¶ De arterijs autem & venis manifestis que inueniuntur in brachijs simul fit sermo propter causam superius dictam: postquam enim ipse ramificando de suis principijs venerunt ad subassellas ramificantur ibi in duas partes: quarũ vna tẽdit ad partem exteriorem brachij: & alia ad interiorem. Illa que tendit exteri⁹ statim ramificatur, & vnus ramus ascendit superius retro spatulam, & ad caput, alter descendendo ramificatur in duobus, quorum vnus diuiditur per brachium exterius in multis partibus: & dicitur funis brachij. Alter vero ramus descendit per partem superiorem brachij, & manifestatur in curuatura cubiti, & vocatur ibi cephalica, & de illo descendit ad manum, & manifestatur inter pollicem & indicem, & dicitur cephalica ocularis.

¶ Illa autem pars que diuisa erat in subassellis que tendit ad partem interiorem descendendo, manifestatur in curuatura cubiti: & dicitur basilica, & de illo loco descendit ad manum & manifestatur inter digitum medium & auricularẽ, & dicitur saluatella. Ab istis duabus venis dictis quando sunt in curuatura cubiti ramificatur vn[illegible] ramus communis qui apparet in medio ambarum, qui dicitur mediana siue corporalis. Sunt in brachio quatuor vel quinq; grosse vene & totidem arterie, quarum incisio est periculosa propter earum magnum sanguinis fluxum. Plures enim sunt alij rami de quibus propter earum paruitatem chirurgicus non habet curare.

¶ De neruis dicitur ꝙ a nucha per spõdiles colli descẽdunt ad brachia singula quatuor notabiles nerui, vnus posterius, alter anteri⁹, alter superi⁹, alter inferius q dis

nisi per totum: vel per se transeundo per profundū corporis: vel mixti cum musculis chordis & ligamentis sensum & motum deferunt brachijs vniuersis. ¶ Musculi ex neruis dictis carne & pāniculis efficiuntur quatuor principales & magni: videlicet in adiutorio mouentes brachium paruum: & quatuor in ipso mouētes paruam manum: & quinq; in manu mouentes digitos: quorum chorde neruose sic manifestantur: vt superius dictum fuit: & denudantur a carne ad tres digitos prope iuncturam ꝙ si vulnerarentur: magnum periculum inferrent. ¶ Sunt etiam in brachio multa ligimēta que de ossibus descendunt & transeunt per iuncturas: & cum chordis amplificatis tenent eas ligatas, quarum incisio est damnosa. ¶ Vltimo de ossibus secundum diuisionem dictam manus magne est dicendum in prima parte que dicitur vlna siue adiutorium est vnum solum os medulosum: & est ab vtraq; parte rotundum superior rotunditas que est vna sola ingreditur pixidem seu foueam spatule & constituit iuncturam humeralem. Inferior rotunditas est duplex in medio cuius est vnus gradus: ac si esset perosilla duplex per vnde transeunt chorde: cū quibus hauriūtur aque: & a parte intrinseca habet quandam eminentiam paruā: & retro habet quandam concauitatem in qua recipitur caput siue additamētū becatū maioris focilis tēpore erectionis brachij: ita ꝙ ille rotunditates ingrediuntur concauitates focilium & reuoluuntur tempore extensionis & plicationis brachij: & faciunt cubitatem iuncturam in qua incipit brachium parum: que est secunda pars dicta in quo sunt duo ossa focilia dicta. videlicet maiꝰ quod est inferius longius alio propter additionem becatam q̄ dicta est, & tēdit versus digitum minorem faciendo extra vnam eminentiam gibbosam ad modum clauille. Minus vero est superius & tendit a plicatura cubiti vsq; ad manum versus pollicem: ac si vellet addere in ipsum: & in vtroq; capite ipsorū sunt fouee recipientes rotunditates versus cubitum recipiunt rotunditates graduales adiutorij cum additamento becato

dicti cubiti & versus manum rotundites ossium manꝰ Et sunt grossiora ambo & iungentia se in iunctura: & circa mediũ graciliora & distẽtiora vt cõtineãt neruos & musculos: & vbi terminãtur ista duo focilia & cõtiguãtur cũ ossibus manus fit iunctura ipsius: & incipit ibi ipsa in qua sunt tres acies ossium & coniunguntur inferiora cum suis rotunditatibus cum foueis superiorum. In prima acie sunt tria ossa: quia additio focilis quasi est desuper tenens locum vnius ossis. In secunda acie sunt quatuor: & in superiori est pixis parua: in qua firmatur primum os pollicis. Et ossa istarum duarum acierum sunt curta. In tertia acie sunt quatuor ossa longa magis ꝙ alia. pars prima duarum acierum dicitur rasceta aut corpus: pars alia dicitur pecten aut methacorpus. Et postea sequũtur digiti & in quolibet sunt tria ossa & ipsi sunt. v. sunt ergo. xv. ossa digitorum: & vndecim manus: & duo in brachio: & vnum in adiutorio: & ita in toto brachio magno seu manu magna sunt. xxix. ossa. & sic apparet numerus partiũ dictorum mẽbrorum. ¶ Restat videre de egritudinibꝰ que in eis possunt accidere multe: vt apostemata, vulnera, dislocationes, fracture, paralisis, propter quorum anathomiam videre potestis ꝙ incisiones debent fieri secundum longum & rugationem: quia ita incedũt musculi. Videre etiã potestis ꝙ inter istorũ iuncturas difficilior ad dislocandum & reducendum est cubitalis: facilior humeralis: mediocris manualis. potestis etiam videre partes ad quas magis prompte fit dislocatio. potestis etiam considerare ꝙ in paralisi istorum membrorum remedia debẽt applicari circa spõdiles colli: quia ab eis deriuantur nerui.

¶ De anathomia pectoris & partium eius. Cap. V.

PECTVS siue thorax est archa membrorum spiritualium: & ideo sunt in eo quedã partes cõtinentes & quedam contente. ¶ Partes continẽtes sunt quatuor: cutis: caro musculosa: mamille atꝗ ossa

¶ Contēte sunt.8.cor pulmo panniculi ligamēta nerui vene arterie meri siue ysophag⁹. ¶ Qualis sit cutis & caro satis apparet.

DE MAMILLIS que sunt supra pectus dicendum est quod ipse sunt composite ex carne alba glandulosa spongiosa & ex venis arterijs atq; neruis. Et propter hoc habent colligantiam cum corde epate cerebro atq; cum membris generatiuis.

¶ De musculis loquendo breuiter secundū Aui. in pectore sunt.80.aut.90.musculi. Quidam eorum sunt cōmunes collo: quidam humeris & spatulis: quidam sūt dyafragmatis: quidā vero sunt proprij thoracis, quidā costarum: quidam dorsi. ¶ Ossa pectoris sunt triplicia, a parte anteriori sunt septem que vocantur ossa thoracis: & sunt multū cartilaginosa: supra quorū primū a parte gule recipitur ī pixide pes furcule superius dicte. & de subtus eorum in forcella apud orificiū stomachi est quoddam additamtū cartilaginosum cussiformiū vocatū. a parte posteriori versus dorsum sunt.12. spōdiles: p quos trāsit nucha: a qua oriunt.12. paria neruorū portentia sensum & motum musculis supra dictis. a parte laterum a quolibet latere sūt.12. coste septem videlicet vere. &.5. false siue mendose: quia nō sunt integre vt predicte quarum formam quilibet pōt videre. Et hec sufficiant de partibus continentibus.

DE PARTIBVS contentis si bene vis facere anathomiam: oportet quod incidas pectus secundum latera & remoueas partem anteriorem & caute propter mediastinum, & apparebunt tibi interiora: quorum primum & principalissimum est cor quod est vite principium & ideo tanq; rex & dominus ī medio pectoris non declinando ad aliquam partem iuxta dictum Gal.6. de vtili. est situatum & intelligatur centraliter: quia quantum ad inferiorem partem videtur modicum declinare ad sinistram partem: propter locū epatis: q̄tum ad superiorem ad dextram vt det locum arterijs. Est enim forma cordis ad modum pinee inuersate: eo quia acuitas cordis exit vers⁹ īferiora corporis

& latum eius quod est radix eius versus superiora. cordis substantia est dura quasi lacertosa in se habēs duos ventriculos dextrum & sinistrum: & in medio foueam vt dicit Gale. in quibus digeritur sanguis grossus nutrimentalis veniens ab epate & efficitur subtilis & spiritualis qui delegatur per arterias ad vniuersum corpus principaliter ad alia membra principalia, ad cerebrum in quo digerendo suscipit aliā naturam: & efficitur animalis: & ad epar & efficitur naturalis: & ad testiculos & efficitur generatiuus: & ad omnia alia membra viuificanda: & preparanda. Est enim instrumentū omniū virtutū corporis & anime cōpletū vinculū. Et propterea in eo sunt duo orificia. Per dextrum ingreditur ramus vene ascendentis portantis sanguinē ab epate superius: & ab eodem egreditur: & vna pars que dicitur vena arterialis & vadit ad nutriendum pulmonē et residuū ascendēdo ramificatur in multis ramis vsq; ad extrema: vt superius dictum est. ¶ Et ab orifico sinistro egreditur vena pulsatilis cuius vna pars vadit ad pulmonē q̄ dicitur venalis portans capinosos vapores ad pulmonem, & aerem introducens ad ipsum cor refrigerandum. Et alia ramificatur inferius & superius: sicut dictum est de alijs venis. Et supra ista orificia sunt tres panniculi aperientes & claudentes introitū sanguinis & spiritus tempore conuenienti. ¶ Et iuxta ipsa sunt due auricule per quas ingreditur & egreditur aer sibi appropriatus. a pulmone recipitur etiam in eo os cartilaginosum ad firmandum & roborandum ipsū. ¶ Cor etiam cooperitur a capsula quadam forti panniculosa, pericordiū a Gal. noīata, ad quā descēdunt nerui. sicut ad alia viscera inferiora. Ipsum autem cor ligatur cum pulmone & sustentatur & firmatur per mediastinum. ¶ Ex quibus apparet ꝙ colligantiam habet cum omnibus membris, apparet etiā ꝙ tante dignitatis est ꝙ longo tempore non sustinet passiones.

SVPER ipsum cor ad refrigerandū volatizat pulmo: cuius substantia est molis rara spongiosa atque alba infra quam inseruntur triplicia vasorum gene-

ra.s.ramus vene arterialis qui oritur,vt dictum est, ex dextro ventriculo cordis:et ramus arterialis vene qui venit ex sinistro:et cum his rami & trachea arteria portãtes sibi aerem propter cor. Que quidem vasa diuidũtur per totum pulmonem vsq; ad minima. Pulmo autẽ habet quinq; lobos vel pennas: duos in parte sinistra: tres vero in dextra. ¶ Retro pulmonem versus spõdilẽ quintam transit meri siue ysophagus de quibus dictũ est supra: & transit etiam vena concaua ascendens, de qua dicitur ĩfra. ambo trãseũtia per ipsum dyafragma. Et transit etiã mater adorthi ascendens a corde & omnia ista cũ trachea faciunt vnũ truncum panniculis & ligamẽtis fortibus & carne glandulosa repletũ vsq; ad gulam.

CONSEQVENTER in pectore sunt tres panniculi. primo est panniculus qui ab intra tegit omnes costas qui dictus est pleura. secundo est mediastinum qui diuidit totum clibanum in partem sinistram & dextram. tertio est dyafragma qui diuidit omnia spiritualia a nutritiuis & est cõpositus ex pleura & siface & pãniculo cordoso in medio orto a neruis a spondilib⁹ sibi delegatis & ex partibus carnosis maxime iuxta costas. Ex quib⁹ apparet quid est musculus: cuius operatio est ad anhelandum & iuuamentum expulsioni superfluitatum. vt dicit Gale.

¶ De anathomia ventris & partium eius. Cap. vj.

VENTER equiuocatur ad duo q̃tum est de presenti. Primo accipitur ꝓ hoc ꝙ arabica trãslatio appellat stomachum: stomachus autem in greca translatione dicitur meri siue ysophagus. In arabica vero stomachus dicitur venter. Secundo accipitur pro tota regione nutritiuorum, & ita accipitur hic. ¶ Circa quem inquiramus sequendo Mundinum: illa nouem que requiruntur in alijs membris. primo de positione & situ eius generali & totali videt̃ ꝙ est sub regione spiritualium membrorum de particulari positione & situ videt̃ ꝙ pars orificialis quam pre

cordialem antiqui vocauerunt est versus forcellam. ¶Pars stomachalis ab hinc vsq; ad tres digitos prope vmbilicum. ¶Pars vmbilicalis seu submenialis ab vmbilico inferius. ¶Ypocundria sunt a latere sub costis. ilia vero supra anchas. ¶Numerus partium ventris & eius anathomia non potest bene videri nisi sicut dictũ fuit superius. venter aperiatur secundum longũ & trãsuersum: & ipso sic aperto considerentur ipsius partes continentes & cõtente. partes continentes sunt a parte anteriori mirach & siphac. A posteriori spondilia qnq; renum & caro supposita ipsis. ¶Mirach realiter componitur ex quatuor partibus. s. ex cute, pinguedine, panniculo carnoso & ex musculis a quibus procedũt chorde. Siphac non est nisi vnus pãniculus ab intra adherẽs ipsi mirach. Ex quibus apparet differẽtia inter mirach & siphac.

PARTES cõtẽte sunt septẽ. primo est zirbus: deinde intestina, post stomachus epar splẽ mesenteriũ atq; renes: quia vesica & matrix dicentur in anathomia ancharum. de qbus per ordinẽ est ꝓsequendũ. ¶Et primo de cute pinguedine atq; panniculo carnoso notum est apud oẽs. ¶Musculi sunt in ventre creati ad ipsum corroborãdũ. & cũ hoc iuuãt alia mẽbra ad suas supfluitates expellendas. Et sunt secundum Ga. 4. de vtil. & tertio terapentice numero. viij. videlicet duo longitudinales a clypeo stomachi procedentes vsq; ad ossa pectinis: duo latitudinales a dorso super ventrem intersecantes se per medium ventris ad angulos rectos: quatuor transuersales: quorum duo oriuntur a costis lateris dextri & tendunt ad sinistra ossium ancharum & pectinis. Et alij duo a sinistris costis a dextra ossium dictorum cruciando se per medium ventris ad formam litere. x. ¶Eleuatis autem & abscissis his musculis apparet siphac qui peritoniũ dicitur à Gal. à peri quod est circum & tendo: quasi circũdans qui est pãniculus neruosus durus subtilis ad hoc vt prohiberet ne musculi comprimerent membra naturalia: & vt posset dilatari & constringi ad naturam aliorum membrorum: &

ne rumpatur faciliter & egrediantur cōtenta: sicut accidit in crepatis: vt ligaret intestina dorso & iuuaret mēbra ad expellendum expellenda ordinatus. & ita patet dispositio partium cōtinentium ipsi⁹ vētris: ex quo manifestatur quod dixit Gal. in sexto terrapē. ꝙ periculosiores & difficiliores sunt vulnerationes & suitiones circa medium vētris ꝙ̄ circa latera, quia ille partes sunt cōtractabiliores & intestinorum educibiliores ꝙ̄ reliqua. Apparet etiā ꝙ in vulnerib⁹ vētris penetrantibus nisi siphac suatur cum mirach, bona incarnatio nō fiet. IS VISIS attendendum est ad partes cōtentas intra ventrem vbi primo occurrit zirbus quod omentum siue epipolum dicitur a Gale. ab epi quod est supra & polum quod est eminere quasi eminēs supra totum q est quidā pāniculus inuoluēs & cooperiens stomachum. & intestina ex duab⁹ tunicis densis & subtilibus sibi inuicē suppositis. multis vero arterijs & venis & pinguedine non pauca constans ad calefaciendum membra dicta ordinatum in quarto de vtil. capitulo 14. Cuius origo est a partibus que secundum dorsum ipsius peritonei: ex quib⁹ apparet quādo exit invulneribus ventris dicta particula ꝙ faciliter alteratur propter pinguedinem & ꝙ liganda est & non incidanda timens emorosagiam secundum Gale. in terapentice loco preallegato. ¶ Post vero quia intestina impediunt visionem anathomie aliorum membrorum dicendum est de ipsis. Sunt enim intestina vasa duabus tunicis fabricata ad perficiendum digestionem primā & ad anothizandum. i. redendum chilum ipsi epati mediantibus venis meseraicis: & ad expellendum fecalem superfluitatem ordinata.

¶ Numerus intestinorum est senarius. licet omnia sint continua, habent tamen diuersas formas & orificia quibus distinguntur. videlicet tria gracilia & totidē grossa quorum catalogus ponitur a Galeno quarto de vtilita. capitulo. 26. Primum quidem post ventrem est scisis. i. portanarius siue duodenus. Secundum ieiunum. Tertium subtile, Quartum cecum, Quintum co-

lon. Sextum rectum: in quo secundum finem sunt musculi qui regunt superfluitates. ¶ Et vt melius videatur anathomia incipiendum est ab vltimo intestino quod vocatur rectum siue longum: & vt feces non impediant ligetur versus partem superiorem in duobus locis: & incidatur in medium ligature: & dimittatur inferior pars & procedat discarnando vsq; iuxta illia: vbi incipit intestinū colon: quod est grossum cellulatū in quo feces recipiunt formam suam: & habet bene duas brachiatas in longum & tendit multum versus renem sinistrum: & ascendendo versus splenem reuoluitur a parte anteriori apud dextrum stomachi, sub penula tertia ipsius epatis: vbi recipit quandam portionem cholere: que excitat eum ad expellendum, & reuoluendo descēdit ac renem dextrum ad terminum anche, vbi incipit monoculus siue cecus, quia non videtur habere nisi vnum orificium, licet habeat duo valde propinqua adinuicem, per vnum ingreditur materia, per aliud itidem egreditur, vocatur etiam saccus ad modum stomachi cum sit alter stomachus, & est curtus de vno bono palmo: & propter propinquitatem quam habet ad inguina, & quia non est bene ligatus in crepaturis promptius descendit in osseum secundum Auicennam. Et ab ipso oritur ileon, quod est intestinum gracile lōgū bene septē vel octo brachiorum, & reuoluitur multū circa ilia & dorsum. ¶ Post aūt inuenies ītestinū ieiunū a vacuitate facta multitudine meseraicarū & a portione colore delegate inter ipsum & portenarium, etiā ita noīatū cui continuatur duodenū, quia eius longitudo est. 12. digitorū portenariū est vocatū ab officio, quia est porta inferior stomachi, sicut meri superior. ¶ Ex quib⁹ videre potestis in passionibus intestinorū inuentionem clisteriorum & loca vbi debent applicari remedia, quia in colica a parte anteriori, & circa partem dextram & sinistram, in illiaca circa latera. Etiam quod vulnera intestinorum gracilium non curantur, quia paniculosiora grossorū autē aliquotiēs: quia carnosiora. ¶ Et vt melius videas alia, melius est ligare ver-

sus portenarium & incidere: vt supra fecisti: & extrahantur intestina: & videas si vis primo mesenterium: quod non est aliud ꝙ textura venarum meseraicarum innumerabilium ramificatarum de vena dicta porta epatis ad intestina: & cooperta premunita de panniculis & ligamentis coniungentibus intestina cum dorso plena pinguedine: & carne glãdulosa dictũ vulgariter rodol: quem videbis separatum ab intestinis & ipso expulso videas anathomiam stomachi.

STOMACHVS seu venter est organũ digestionis primi chili genetatiuus: vnde sicut meseraice sunt preparatorie digestionis epatis: ita & os stomachi. vnde Auic. nutriens in masticatione aliquã habet digestionẽ cui deseruit meri seu ysophagus a parte supiori ad ducendum cibaria eidem & intestina cũ meseraicis ad expellendnm nociua: & distribuendũ vtila digesta & chilosata in eo. Est enim velut promptuariũ aliquod cõmune omniũ particularũ in medio aĩalis cõstitutũ ẜm Gal. 4. de vtil. ca. j. Et licet in medio sub thorace sit positus: nihilominus pars ipsius superior modicũ declinat ad sinistrã versus spondile. 12. vbi terminatur dyafragma: inferior vero ad dextram. Actus autẽ eius est digerere caliditate proprie carnositatis fundi sui vt dicit Aui. & caliditatib' acquisitis a vicinis suis: habet enim epar a dextris eum quasi desuper cum suis lumbis siue digitis calefaciens & splenem a sinistris transuersaliter cũ sua pingine & venis cum hoc sibi melancholiã ad excitãdum appetitũ mandãtem. Et desuper cor ipsum cum arterijs viuificans. Et cerebrum ad sentiendũ sibi versus superiorem partem neruorum ramum dirigens. habet enim a parte dorsi venas chilim: & adorthi descendentes: & multa ligamenta cum quibus alligatur spondilibus renum. Et ita patet eius positio atꝗ colligantia. ¶ Numerus autem partium eius: sicut dictum fuit de meri est ex duabus tunicis: carnosa videlicet ab extra: neruosa vero ab intra cum vilis longitudinalibus ad attrahendum: cum transuersalibus ad retinendum: latitudinalibus ad expellendum. ¶ Forma ipsius

& figura

& figura est rotunda oblonga ad modum cucurbite curue taliter curuãdo quod orificia dicta sunt altiora corporis ipsius ad hoc quod non fiat contentorum exitus improuisus. ¶Quantitas manifesta est,cõmuniter tenet duos vel tres pincherios vini. ¶Egritudines potest pati multas in curatione iuuamen per anathomiã,quia remedia parti superiori possunt conferre a parte spondilium.12.& a parte anteriori de forcella vsq; ad prope vmbilicum. ¶Cõsequenter est dicendum de epate.
EPAR est organũ digestionis secunde generatiuum sanguinis in dextro latere sub costis falsis collocatũ formam habet lunarẽ gibbosam versus costas concauum versus stomachum cũ quinq; lumbis seu pennulis ad modum manus desuper ipsum stomachnm cõprehendens.Epar sicut & alia mẽbra habet panniculum ipsum cooperientem,ad quem gratia sensus peruenit neruus paruus. ¶Ipsum enim epar cum panniculo suo ligatur cum dyafragmate,& per consequẽs cum superioribus fortibus ligamentis,& cum dorso,& stomacho & intestinis,& habet colligantiam cũ eis, & cum corde & renibus,atq; etiam cum testiculis,& cum omnibus mẽbris. ¶Substantia epatis est rubea carnosa,sicut si esset sanguis coagulatus inserta per totum de venis & arterijs vt dicetur. ¶Epar vero licet sit ex multis compositum habet tamen vna simplicem particulam, carnem videlicet per quã sanguinationis est & venarum principium. Nam vt dicit Gal.in secundo de virtutib⁹ naturalibus cap.pe.& in quarto de vtil.cap.quinto,sicut ex musto in vegete per ebullitionem fiunt tres substantie, ita ex chilo in epate per decoctionem fiunt tres substãtie.s.due superfluitates & vna naturalis,substantia cũ aquositate cõis ad alios humores,massa sanguinaria per nostram scholã comunẽ dictam· quatuor in se continens substantias naturales & nutrimentales, vt in secundo de elementis demonstratum est complete. ¶Isti ergo humores qui in epate ex chilo vt dictum est generantur duplices sunt,quidam sunt naturales a naturalitate nutricationis dicti, quidam sunt non naturales. ¶Naturales cum sanguine mittuntur

ad vniuersum corpus generandum & nutriendum: non naturales sequestrantur & mittuntur ad loca destinata propter iuuamenta aliqua : aut expelluntur a corpore mittuntur velut cholera ad chistim fellis melancholia a splenem phlegma ad iuncturas:aquea superfluitas ad renes & vesicam. Expelluntur a corpore:& vadunt cum sanguine & aliquotiens putresiunt & faciunt febres. Aliqui expelluntur ad cutim & resoluuntur insensibiliter:aut sensibiliter per sudorem aut scabiem:aut per pustulationes siue apostemationes. Sunt igitur quatuor humores naturales & quatuor non naturales & aquositates quas antiqui nominauerunt sanguinē,phlema, choleram, melancholiam,que in epate generate distribuunt per istum modū. ¶A cōcauo epatis exit vna vena dicta porta,q̄ partita est in innumerabilibus venis meseraicis implantatis in stomacho & in intestinis q̄ attrahunt & portant epati totam succositatem chili:& ipsa cum radicibus suis eum distribuit per totū epar. ¶A gibbo vero eiusdem epatis egreditur vena dicta concaua seu chilis:que etiam cum radicibus suis obuiantibus alijs a toto epate:extrahit sanguinem generatum in eo:& ipsa ramificando ad superius & inferius:vt superius dictum fuit:distribuit & portat ipsum sanguinem ad vniuersum corpus nutriendum:vbi digestio perficitur tertia & quarta. Ab ipso etiā epate egrediuntur proprie vie,& colla portantes superfluitates digestionis dicte ad loca propria:que dicentur. Ex quibus patet actus positio substantia colligantia,& alia que inquiruntur in epate sicut in alijs membris. ¶Restat de egritudinibus dicere. Epar secundū quod videtur potest pati multas egritudines,ex quibus leditur sanguinatio que est actus eius proprius,& sic cachochimia & ydropisis. Vnde ydropisis est error digestiue in epate secundum Gal. in secūdo de virtutibus,& Gal. de egritudine & sinthomate:apparent etiam ex dictis quod medicamina epatis debent applicari in dextro latere,& quod propter eius substantiam debent habere aliquam stipticitatem.

POST anathomiā epatis dicendum est de particulis ad quas mandantur superfluitates iam in eo: vt dictū est generate. & primo de chisti fellis. Nā chistis fellis est quedam bursa siue vesica pannicularis posita in cō cauitate epatis circa mediam pennulam vel limbum: ad recipiendum superfluitatem cholericam que generatur in eo ordinata. Que quidem bursa duo habet orificia siue colla vnita ad aliquam distantiam secundum Mundinum. vnum dirigitur versus medium epatis: ad recipiendum choleram. Alterum ad fundum stomachi & ad intestina ad mundandum & expellendum choleram ad ipsa propter vtilitates dictas. ¶ Ex quibus apparet situs, locus, actus, substantia, forma, partes & colligantia. Quantitatem potestis videre & quod cōtinetur in ea tenet forte vnum intellectū plenum. potestis etiam considerare quod potest pati oppilationes, & in collo communi & in proprijs. quando in cōmuni: tunc cholera nō attrahitur, nec expellitur: sed remanet cum sanguine & citrinat vrinam: & totum corpus quando in proprijs deficiunt iuuamenta: que facit in illis membris ad q̄ delegabaē & generat accidētia mala ſm Gal. sexto de regimine & sinthomate, & quinto interiorū.

SPLEN est receptoriū superfluitatis melācholice in epate generate in parte sinistra trāsuersaliter amplexās stomachū ordinatū. Cuius substantia est rara: spongiosa, nigrior q̄ epatis, figurā habet oblongam quasi quadrāgularē: & ligatur p pannicul ū suum cū costis ſm gibbū ei⁹: & ſm concauū cū ipso stomacho & zirbo. ¶ Splen habet duos meatus pvnū trahit ab epate superfluitatem dictā per alium demandat ipsam ad stomachū ꝓpter iuuamenta dicta. ¶ Splen potest multas pati egritudines ꝓmptissime durities & oppillatiōes ꝓpter materiā dictā. qꝛ si ab alijs patiē defectū mūdādi epar, corp⁹ efficiē tenue, & discoloratū: si defectū mittēdi ad stomachū leditur appetit⁹ prout hec legūtur vbi supra. Solutiōes cōtinuitatis nō sūt ita piculose sicut in epate, fortiores medicinas sustinet splē q̄ epar. purgatur ꝓprie p ventrē medicaē circa lat⁹ sinistrū ꝓut dicit. G. 13. tera.

RENES sunt particule ad mundandum sanguinem a superfluitate aquosa ordinati: & sunt duo vnꝰ a dextris prope epar. alius a sinistris bassius alio. substantia ipsorum est carnosa dura ipsi vero in forma sunt rotundi velut ouum compressum: & habent in se concauitates in quibus recipitur quod ab eis attrahitur. In quolibet ipsorum sunt duo colla: per vnum attrahunt aquositatem a vena chilli: & per consequens ab epate. Et ꝑ alium ipsam aquositatē dictam vrinam transmittunt ad vesicam. Ad renes veniunt vrine & arterie: et nerui ex quibus fit panniculus ipsorum. ¶ Renes ligantur cum dorso. Renes habent pinguedinem seposam circunquaqꝫ. ¶ Retro renes iuxta spondiles sunt lumbi, super quos ipsi iacent tanqꝫ in eorum culcitra. Inter ambos renes supra spondiles transeunt vena chilis: & adhorti ad membra inferiora: a quibus venis satis de prope oriuntur vasa spmatica: de quibꝰ dicetur infra. ¶ Renes possunt pati multas egritudines precipue oppilationes: & lapides. Modum curandi videtis difficilem vndiqꝫ. ¶ Quibus quidem visis pōt omnia abijcere excepto stomacho: si debet fieri anathomia membrorum superiorum: & renibus ad videndum anathomiam inferiorum: & tunc numerum & quantitatem spondiliū inspicias: & inuenies eas quiqꝫ grossiores alijs: per que descendunt quinqꝫ paria neruorum a nucha ad vniuersum vētrē: & ad partes coxarum atqꝫ pedū magnorū.

¶ De anathomia ancharum & partium eius. Cap. VII.

PER ANCHAS hic intelliguntur partes inferiores ventris a sinu eius vsqꝫ ad coxas & verenda: quarum partes sunt triplices quedam sunt cōtinentes, quedam contente, quedam exteriꝰ procedentes. ¶ Partes continentes sūt mirach & sifac: atqꝫ zirbus & ossa. ¶ Partes contente sunt vesica, vasa spermatica: matrix in mulieribus: longaon siue rectum intestinum: nerui: vene & arterie inferius descendentes. ¶ Partes exterius procedentes sunt didimi testiculi atqꝫ virga; inguina per medium nates & musculi ad

coxam descendentes:de quibus per ordinem est dicendum. ¶ De partibus continentibus quãtum ad mirach & siphac & zirbum in superiori ventre satis fuit dictum.

¶ Quãtum ad ossa ita est expediendum. In anchis reperiunt duo modi ossium. prio sunt a parte dorsi tres aut quatuor spondiles ossis sacri. & duo vel tria cartilaginosa ossis caude:quorum primum ossis sacri est valde grossum:& sequentia diminuendo versus anum & finem dorsi:foramina quorum per vnde procedunt:nerui sunt:& non in latere:vt in aliis ossibus dorsi. A parte laterũ sunt duo ossa magna:in quolibet latere vnũ. & coniunguntur cum illo magno spondili ossis sacri a posterius & anterius in pectine faciendo os pectinis ita ꝙ illa ossa sunt lata a parte iliorum:a quo vocantur ilia siue ossa iliorũ in medio ipsorum : a parte exteriori sunt concauitates dicte pixides: in quibus recipiuntur vertebra ossium coxarum:& ibidem statim versus partes ani est in quolibet magnum foramen de quo dicit Gal.16. de vtil.ca.nono. Inter mediũ capitis coxe & ossiũ puppis necessariũ fuit fieri foramẽ magnũ & semitã:per quam descenderent nerui & musculi vene & arterie:que de super feruntur inferius. Sunt etiam a parte pectinis stricta ad modum branche in pectine se iungẽdo:& licet realiter sit vnũ os:tres tamẽ habet nominatiões. & ideo tria ossa dicuntur ab aliquibus .s. os ilij a parte superiori:os pectinis siue puppis ab anteriori: os femoris in medio.

DE PARTIBVS contentis primum quidem quod occurrit est vesica que est susceptorium quoddã velut peluis : siue saccus superfluitatis vrinalis a renibus in ea trãscolate. Cuius substantia est panniculařis forti scomposita ex duobus panniculis. Forma ipsius est rotunda:quantitas quasi de vno pincherio. Situs eiꝰ est immediate sub pectine. In ipsa enim ĩplantãtur duo meatus longi descendẽtes ex renibus qui pori vritides appellantur ingrediẽtes per latera ipsius diagonaliter portãtes vrinam ab ipsis renibus. Est etiã in ipsa collũ

carnosum cum musculis claudentibus & aperientibus exiens ab ipsa reflexibiliter transeundo per medium vsq3 ad virgam in viris. In mulieribus sine reflexione vsq3 ad duos digitos infra vuluã per quam expellitur extra vrina. ¶Ex quibus apparet actus: substantia: positio: & cetera que inquirũtur in aliis membris. Apparet etiam ꝙ prompta est ad oppilationes propter collũ & ad lapides propter vrinam arenosam: quam suscipit & retinet ab ipsa. Modus siringuãdi habetur: ipsa etiã iudicat ꝙ in collo: & extra suturã per medium debet fieri incisio: propter lapides, vt dicẽt infra in medicatiõe.

DE VASIS SPERMATICIS.

VASA spermatica sunt quedam vene que oriuntur iuxta renes a vena chili & adhorti descendentia portantia sanguinem ad testiculos tã viri q̃3 mulieris: ĩ quibus per vlteriorẽ digestionẽ efficitur sperma. Sperma enim est semen & germen nature humane. In viris protendũtur extra quia testiculi eorũ sũt extra. In mulierib⁹ remanent intra: quia intra sunt testiculi mulierum: vt dicetur. ¶Ex quibus apparet ꝙ propter ortum ipsorũ vasorum sperma sapit naturã cordis epatis & renum & per neruos qui gratia delectationis a cerebro descendunt ad testiculos, cerebrum in hac communicationẽ habet: & per cõsequẽs totũ corpus. Sperma ergo secũdũ hoc deciditur a toto corpore non quidem mole: sed vigore. vt Dinus tenet & Conciliator.

CONSEQVENTER gratia mulierum dicetur de matrice. Est enim matrix ager generatiõis humane: & per cõsequẽs organũ susceptiuũ. Cuius sit⁹ est inter vesicam & longaonem: substantia eius pãnicularis est ex duabus tunicis composita: forma eius est rotunda: cum duobus cornibus seu brachiis cellulatis. In capite quorum est paruus testiculus a parte superiori implantatus. A parte vero anteriori habens canale amplum. Est enim velut virga reuersata: aut interius posita: vt Gal in.14 de vtilita. pti. habet enim superius duo brachia cellulata cũ testiculis: velut testiculorum bursa: habet enim ventrem communem in medio velut par

tes pectinales:habet collum inferius canulatum velut virga:habet etiam vuluam velut balanum:habet etiã tentiginem velut preputium:habet etiam longitudinem velut virga.8.vel.9. digitorum. Et lz non habeat nisi duos sinus seu cõcauitates manifestas ad numerũ mamillarum:habet tñ quamlibet illarũ tripliciter cellulatam:& vnam in medio:ita ꝙ secundum Mundinũ septem in ea reperiuntur receptacula.¶Colligantiam habet cũ cerebro corde epate & stomacho & ligatur cum dorso:inter ipsam & mamillas continuantur vene lactales & mẽstruales.Propter quod dicebat Gal. vbi supra ꝙ Ipoc. dicebat lac menstruo esse fratrem. vnde secundum idem tempus non cõtingit menstrua bene fieri & lactare feminam.¶Egritudines matricis sunt multe.Modus medendi per pessaria ab ipsa inuenitur.& hec de matrice.

SVBTVS autem predictas particulas longaõ siue rectum intestinum quod dimisistis superius in anathomia intestinorũ īuenit qđ est receptoriũ superfluitatũ digestionis prime.Cuius substantia est pãnicularis vt aliorum longitudo ipsius est vnius palme vsq; prope renes directe:supra ossa caude directe iacẽdo ꝑs ipsius inferior dicitur anus.Circa ipsum sũt duo musculi aperientes & claudentes ipsum , & ibi applicãtur quinq; rami venarũ que emorroidales vocant vel appellãtur. Colligantiã habet magnam cũ vesica: & ideo in egritudinibus se cõpatiuntur:deinde eleuato longaone poteris videre venas & arterias & neruos qui ramificantur:& ad partes inferiores delegantur.

DE PARTIBVS exterius progrediẽtibꝰ.primo videndum est de didimo & osseo.Circa que vedenda sunt duo.primo continentia.secundo contenta.Continentia sunt tot quod fuerunt superius dicta in ventre: quia ab illis partes istorum oriuntur a mirace mirac,a siphace siphac.Exterius pendentes supra os pectinis transeuntes.Cuius principium dum exit vocatur didimus:quia duplicatꝰ.Finis vero osseũ seu testiculorũ bursa.¶Partes cõtẽte sũt tres primo testiculi q sũt or=

gana principalia generationis humane. In ipsis enim perficitur sperma. Quorũ substantia est carnosa glandulosa & alba. Deinde sunt vasa spermatica a superiꝰ dictis venientia que sunt duplicia.s. delatoria & expulsoria: portantia sunt vena & arteria que dicta sunt oriri a vena chili & adorthi. Expellentia sunt que ascendentia iuxta collum vesice expellunt sperma in foramina virge. Et cum hoc est vnus suspensorius & sensitiuus qui descendit ad testiculos. Sunt ergo infra didimũ & bursam quatuor corpora dicta. Ex quibus apparet ꝙ versus inguinem in mirace & siphace debet esse: & est foramen per vnde descendunt a superius tria corpora.s. vena & arteria delatoria & neruus: & extra iuxta collum vesice: a radice virge aliud quartũ per quod descendit & expellitur sperma in canali virge. Apparet etiam ꝙ quando foramẽ versus inguinem dilatatur preter naturam: tũc corpora superiora vt zirbus intestina possunt exire & descendere in didimo & osseo: & facere rupturam seu crepaturam, seu aliam materiam etiã herniam quorum sanatio dicetur.

CONSEQVENTER dicendum est de virga. Est enim virga agricultus nature humane. Consequenti via vrina. Cuius substãtia est cõposita ex cute musculis thenãtibus venis arterijs neruis & grossissimis ligamẽtis. Situatur & implantatᷣ super os pectinis: ligamẽta veniunt ab osse sacro & adiacentibus sibi vene & arterie: nerui: caro cutis a superioribus sibi adducuntur. In ipsa enim sunt duo canales aut transitus pricipales spermatis videlicet & vrine, Finis virge vocatur balanum: foramen mitra capellꝰ preputium quantitas vero cõmunis.8.vel.9. digitorum cũ grossitudine moderata esse debet. proportionalẽ vero matrici eã esse oportet.

PERMEVM est illud quod arabica translatione peritoneum dicitur: & est locus inter anum & pudibũdum.i. virgam supra quam est quedam sutura que sequitur burse & virge lineationem.

INGVINA sunt epatis emunctoria & sunt carnes glandulose in plicatura coxe ordinate.

NATES sunt carnes grosse musculose supra os femoris ordinate. Vltimo in anchis, & ab anchis descendunt musculi, & chorde, & ligamētia mouenta & ligātia coxam & tibiam magnam cum ipsis anchis.

De anathomia tybiarum seu magnorum pedum. Cap.viij.

PES MAGNVS siue tybia magna durat a iunctura scie vsq; ad extrema articulorū, & quia particule talis pedis siue tybie conueniunt in multis cum particulis manus magne. vt Gal. deducit in tertio de vtil. pro tanto iste pes magnus siue tybia diuiditur in tres partes vt superius manus fuit diuisa. vna quidem pars magni pedis seu tybie dicitur coxa, alia parua tybia, tertia vero pes paruus. Verum est ꝙ greca trāslatio vocat crus ꝙ arabica vocat coxā, & tybia quod vocat crus. Sed de nominibus nō est curandum duntaxat quod res sit eadem per totum. Pes magnus cum omnibus partibus suis conponitur vt manus magna ex cute carne, venis, arterijs, neruis, musculis thenantibus, colligationibus atq; ossibus. de quibus per ordinem est videndum. De cute & carne quales sint superius fuit satis dictum.

DE VENIS & arterijs manifestis insimul fiat sermo, ꝓpter causam superius allegatā. Postq; ergo vene in ramificādo a suis principijs descenderunt in vltimo spondili, diuiditur in duabus partibus, quarum vna tendit ad dextram, altera ad sinistrā coxam, & ibi diuiduntur in duos ramos magnos vnus tendit ad partem exteriorem alter ad interiorem, & ramificando descendunt per tybiā ad cauillas, & ad pedes, & constituunt quatuor venas que cōmuniter flebotomātur, propter passiones determinatas. s. saphenā sub cauilla interiori versus tallum, sciaticā sub cauilla exteriori, popliticā sub police. Renalē inter digitum paruum & sequentem. Sunt ergo in tibijs quatuor vene manifeste & grosse que maximum fluxum & periculum multo=

tiens inferre possunt: plures alij sunt rami. de quibus chirurgicus non habet curare.

DE NERVIS pedũ dicit Auic. quod diuersificantur a neruis manuũ multũ. Quicquid sit: ipsi oriuntur a spõdilibus vltimis renũ & ossis sacri & maior pars transit per foramẽ ossis femoris, & descẽdit ad musculos poplitis. Et ex istis cõiunctis cũ musculis & cordis mouẽtibus iuncturam descendentibus ab anchis & applicatis ossis coxe efficiunt musculi magni q sunt supra coxam mouẽtes genu & tybiam & musculi supra tybiam mouentes pedẽ in cauilla, & musculi pedum mouentes articulos eodẽ mõ sicut fuit dictũ de manibus: sup hoc aliquam recipientes differentiam opera cyrurgie non multũ variantẽ: non tñ est obliuiscendũ quod dictum fuit superius quod secundũ formã musculorũ vulnera ppe iuncturas sunt piculosa valde. ¶ Colligatiões siue ligamẽta magna & grossa descẽdũt p totã tybiã & manifestant valde sub' inguina & genu, & supra calcaneũ & iũcturas articulorũ & solea pedis tota est ligamẽtosa.

VLTIMO de ossibus secundum diuisionẽ dictam magni pedis vel tybie est dicendum. In prima parte q̃ dicitur coxa est vnũ solum os magnũ medullosum: & est ab vtraqꝫ parte rotundum, superior rotũditas: que est vna sola dicta vertebrũ: q̃ declinat versus interius recipit in pixide ossis anche: & est aliquantulũ gibbosum versus exterius. In parte vero inferiori versus genu habet duas rotunditates q̃ recipiunt & reuoluunt in duabus concauitatibus q̃ sunt in focili maiori tybie, & supra est quoddam os rotundum latum, quod dicit patella genu & ita perficit iunctura genu. ¶ Deinde sequitur tybia: & in illa sunt duo ossa dicta focillia maius a parte anteriori & domestica, quod facit aciem tybie descendendo de genu vsqꝫ ad pedẽ: faciẽdo cauillam interiorem, vnus est a parte exteriori & siluestri descendendo desub genu parum vbi implantat vsqꝫ ad pedẽ ibi iungẽdo se cũ alio focili faciẽdo cauillã exteriorẽ. Cui' oppositũ dicit Guil. de saliceto, & sectator ei' Lanfrãcus & male. Et q vult videre testimoniũ veritatis poterit perhibere. Forma istorũ duorũ focilium ap-

paret φ maius habet duas cōcauitates versus genu in quibus recipiūtur rotūditates coxe quia non vnus peruenit ad iuncturā. Sed implātatur vt dictū est: & iacet prope de subtus genu a parte exteriori: & ideo vocatur actus: & versus pedē iungēdo se cū maiori focili faciunt ambo vnā cōcauitatē lunarē in qua recipitur primū os pedis. ¶ In pede sūt tres acies ossiū in prima acie sunt tria ossa insimul rotūdaliter aggregata. primū est cahab arabice: grece astragalus: & est quasi admodū nodi balifte rotundū abvtraq̄ parte. In superiori rotūditate firmat̄ cōcauitas fociliū & ibi mouetur pes. In alia rotūditate firmat̄ cōcauitas ossis nauicularis post ipsum cahab. immediate versus pedem est os nauiculare q̄d' est quasi nauis cōcauata ab vtraq̄ parte. In pria concauitate recipit̄ rotūditas cahab: & in alia rotūditates secūde aciei ossiū pedis. Subtus aūt ista duo ossa est calcaneus factus ꝑm formā calcanei in quo firmat̄ totus pes: & exit versus posterius: ꝓpter ligamēta q̄ in ipso implātant̄. ¶ Post nauiculare immediate est scd'a acies ossiū pedis ī qua sunt quatuor ossa satis curta: & vnū ipsorū dicit̄ grādinosum a parte exteriori versus paruū articulū: & sunt rotūda versus nauiculare: & cōcaua versus tertiā aciē. In tercia acie sūt quinq̄ ossa satis lōga corresſpōdētia & recipiētia articulos: qui sunt quinq̄ habētes q̄libet tria ossa excepto pollice q nō habet nisi duo. habet enī pes tarsū metasū, & pectē, sicut & man⁹ parua. Sūt ergo ī pede ꝑuo. 26. ossa. & ī toto pede magno seu tibia. 38. ¶ Ex quib⁹ pōt cōsiderare chirurgic⁹ modū dislocādi & frāgēdi: & ꝑ cōsequēs modū reducēdi: videre pōt etiā φ īter istas iūcturas difficilior ad dislocādū & ad reducēdū est q̄ pedis ꝑui: facilior genualis: mediocris sciaticalis. Et de⁹ sit adiutor nr̄. Amē.

TRACTATVS. II. & est de apātib⁹ exituris, & pustulis. Cui⁹ sunt due doctrine. ¶ Doctrina prima est de apātib⁹ pustulis & exituris ꝑut insūt mēbris simplicib⁹. ¶ Doctrīa. ij. ī speciali ꝑut īsūt mēbris cōpositis.

PRIMA DOCTRINA q̄nq̄ habet capitula.

¶ De Apostematibus pustulis & exituris a notificatione incipiendo vniuersaliter. Cap. I.

APOSTEMA penes essentialia per Gal. diffinitur in primo de egritudine, & sinthomate. Et per Aui. in suo cañ. lib. primo quod est egritudo composita ex triplici genere morborum in vnam magnitudinem aggregata. Ista autem diffinitio ostēditur esse perfecta per Conciliatorem, & Albertum boñ. sequentes viros prefatos. Nam diffinitum in esse constituit: & facit eū differre a quocunq; alio. Ponitur enim in ea egritudo pro genere. Reliqua pro differentia aliorū modorū cōpositiōis qui numerant a Gal. vbi supra.

¶ Per accidentalia describitur a Gale. in de tumoribus preter naturam, in quo magis curauit apostema manifestare ad sensum quā ad intellectum, dum dicit quod vnum aliquod illorum que accidūt corporibus existit res que iudicatur ab hoc vocabulo tumor, & non pro quocunq;, sed pro magno qui nocet actibus euidenter. ¶ Quam descriptionem in. 13. terrapen. repetit sub his verbis. manifestū est quod in tumores penes magnitudinem desistunt membra ab eo quod secundū naturā: puta ſm apparentiā, quia forte primo & magis per se peccat mala complexio consequenter vnio, tertio ipsa complexio vt tenet conciliator. Non ergo erat mutans membrum a sua naturali qualitate solum, vt. 13. de ingenio. Arabica translatio dicebat, nisi quis vellet vocare omnes dispositiones qualitates, sicut in multis locis facit Gale. ¶ Quam diffinitionem perfectissime explicauit Haliabbas octauo sermone partis prime libri sui. de rega. dis. dum dicit Apostema est tumor preter naturā, in quo materia aliqua replens & distendens, est aggregata, tumor si est magnus ponitur pro genere, si paruus pro accidente, in primo, de morbo.

¶ Quomodo aūt dicat morbus vnus compositus consimilis organicus, quomodo etiam possit dici causa & effectus genus, & species, & accidens, siue differentia penes diuersas considerationes omitto quantum est de presenti. Maxime quia ad phisicalē pertinet doctrinā. Sufficit autem chyrurgico scire quod tumor apostema inflatio, īgrossatio, eminētia, eleuatio, excrescētia no=

mina,sunt synonima eãdem rem quasi significantia vt dicit Henricus.¶Ponitur etiam in predicta descriptione preter naturam ad differentiã tumorum naturalium capitis ventris & iuncturarum, in quo est aliqua materia superflua, puta humoralis vel reducibilis ad humorem,congregata ponitur ad differentiam tumorum apparentium in dislocationibus & fracturis in quibus nõ sunt humores,sed ossa eleuata. replens & distendẽs ponitur vt ostendat malam complexionem vnionẽ & compositionem in vnũ aggregata. ¶Ex quibus apparet ꝙ satis simpliciter moderni viri.videlicet. Brunus. Theodoricus,Lanfrãcus,& Henricus apostema diffinierunt,dicendo quod est tumor,aut inflatio aut grossities facta in membro quocunqꝫ vltra suam naturalem formam.¶Apostematum multe sunt species & differẽtie:nam quedam sumuntur a rei substantia,quedam a materia,quedam ab accidẽtibus, quedam a membris, quedam vero a causis efficientibus. ¶A substantia autem assumit Auicen. primam differentiam quod apostematum quedã sunt magna,quedam parua. Apostemata magna secundum Grecos in de tumoribus preter naturam,sunt magni tumores phlegmonosi qui in carnosis fiunt particulis.Apostemata parua ſm Auicẽ. sunt eminentie & pustule parue bothorales in cute apparentes.¶A materia autem sumuntur differentie.primo generaliter ponit diuisionem Gale.& Auic. sequẽs eum quod omne apostema aut est calidum,aut non calidum,loquendo de calido proprie essentialiter & relatiue vt dicetur.Non autem large sicut per putrefactionem dicebat Auic,Calidum est sanguineum & cholericum.Non calidum phlegmaticum & melãcholicum ac ventosum & aquosum que reducuntur ad ista specificando magis sequendo viros prefatos. dicitur quod apostemata quedam fiunt ex humoribus naturalibus, quedam ex non naturalibus simpliciter & composite, vt etiam dicetur.Intelligendo sane,nam medici quandoqꝫ accipiunt ex,pro in,qñqꝫ vero ꝓ ab, large & sensibiliter sepe loquentes.Illa que fiunt ex humoribus na-

turalibus dicũtur vera propria certa & vniformia apostemata: eo quia in eis tumor qui est ratio sensibilior apostematis euidentius apparet. Que autem fiunt ex humoribus non naturalibus dicuntur non vera impropria incerta & vniformia eo, quia in eis mala qualitas seu mala morigeratio magis apparet quã tumor: & secundum hoc magis dicuntur pustule vlcerationes seu exiture quam apostemata. Que vero fiunt a dominio vnius humoris simpliciter & simplici nomine nuncupantur. Que vero a dominio duorum vel plurium vt de fe. colliget. tertio. doctor dicebat subtilis cõposita, & composito nomine etiam dicentur. Et tales differẽtias sumptas a materia precipue coniuncta sequuntur differentie qualitatis & quantitatis cum ipsa sint de gremio materie: vt in alia dicitur facultate. Et ideo principalissime & maxime in libro de differentijs febriũ dicũtur: quod p alia verba cõsuenit dici in schola nostra cõmuni Montispessulani: qđ apata quedã siũt de materia nõ adusta neqꝫ corrupta, q̃dã de adusta & corrupta. Et vtraqꝫ quedã sunt sanguinea, quedã cholerica: quedam phlegmatica, quedam melãcholica. Aliqua aquosa & ventosa simpliciter & composite. prima dicebãtur per socium nostrum magistrum Ioannẽ Iacobi mala simpliciter. secunda mala cum additione & fraudulentia & mala morigeratione, & absqꝫ dubio ita intellexit in. 4. Auic. cũ dixit quod apostemata calida, & que currunt cursu eius sunt a sanguine & cholera laudabilibus, & prosequitur sanguinea ex laudabili grosso & subtili sanguine: de quibus dicunt fieri flõnẽ & herisipillam, scilicet veram & certam quã vocauit spinam: vt Dinus prosequẽdo Gal. in secũdo ad Glauconem exponit super locum: & non prosequitur cholerica ex cholera laudabili, quia ipsa & omnia alia vera sub sanguine comprehẽdit. Sanguis autem infra dupliciter dicetur, sed solum ex illaudabili & mordaci q̃ formicas & non herisipillas nominauit: & etiam in curis tã in calidis q̃ꝫ in nõ calidis idem innuit subsequenter. Neqꝫ diuisiones humorum aliter saluarentur discre-

patio sola est verbalis & nõ realis:vt apparet in facto. Sunt autẽ apata quedã ex humoribus naturalib⁹: quedã ex nõ naturalibus simpliciter & cõposite suo modo cũ suis nominibus:vt dictũ est & dicetur. ¶Ab accidentibus sumũtur differẽtie multe ẜm quod multa in eis possunt apparere accidentia dolorosa & malitiosa. ¶A mẽbris etiã sumuntur differentie ẜm quod ipsum Gal.in.2.ad glauconẽ. Quedam sunt in oculo que dicũtur obthalmie que in collo squinantie,quedam in bubonibus seu emũctorijs, quedam intra,quedam extra, quedam in nobilibus,quedam in ignobilibus,quedam in sensibilibus,quedã in insensibilib⁹,quedã occurrunt in corpore pleno,quedam in non pleno, & id genus in nobilibus.¶A causis efficientibus quedã sumunt̃ differentie ẜm Haliabbatem vbi supra,q̃ sunt deriuatio & congestio,quedam cretica,quedam nõ cretica,quedam fiũt a causis interioribus quedam ab exterioribus.Recolligãtur ergo predicte species & differentie:quia a talibus potissime indicationes sumuntur curatiue.

CAVSE apostematum exiturarum & pustularum quedam sunt generales, quedam speciales. Generales sunt reuma,& congestio.¶Cause autẽ reumatis & deriuatiõis materie licet in secundo vel in quarto de egritudi.& sinthomate leguntur diffuse:tñ Haliabbas vbi supra restrinxiteas ad sex.videlicet ad mẽbri expellẽtis fortitudinẽ,ad suscipientis debilitatẽ,ad materie multitudinẽ,& meatuũ portantiũ largitatẽ,& expellẽtiũ strícturam & cũ mẽbrum suscipiẽs in inferiori loco est situatũ.Cause aũt cõgestionis in hoc sunt qñ enim virtus pascitiua mẽbri in quo est apa :non põt cibum qui ad ipsum mittit̃ digerere plena digestiõe,quare remanẽt in eo superfluitates,& paulatim augent̃ donec mẽbrum repleat̃ & distendat̃: sitq; in eo apostema & ẜm hoc vt dicit prompti⁹ materia calida reumatizat,frigida vero cõgeritur.¶Ex quib⁹ apparet ꝙ in apatibus q̃ fiũt per viã deriuatiõis est dare fiens:& factũ esse a qb⁹ sumit.G.13.terap.potissimas indicatiões curatiuas.Fiẽs est materia antecedẽs q̃ fluit,Factũ esse est materia cõiũ

cta que est fluxa & incuneata in loco. Apostemata vero congesta non habent hoc:sed cum factis & fluxis reponuntur,quod Gal.in de equali distemperantia sic declarat,mox inquit si tamen materia calida descenderit in musculũ primeq; maiores vene & arterie implentur & extenduntur deinde minores vsq; ad minimas,& dehinc ad regiones priorũ corporũ q̃ sunt caro & panniculi:&fit apostema.Ecce q̃ ibi est fiẽs materia antecedẽs in venis:& factum materia coniuncta in carne,& ex hoc apparẽt cause generales.¶Cause speciales sunt tres primitiue antecedẽtes & cõiuncte. ¶Cause primitiue sunt casus & percussio. ¶Cause antecedẽtes sunt quatuor humores naturales & nõ naturales.Humores enim ꝯm qđ dictũ fuit in anathomia sunt duplices naturales & non naturales.¶Naturales sunt qui sunt cũ sanguine,aut cũ aliquo naturam sanguinis retinẽte,& sunt materia nutritionis,& propter hoc intelligo naturales principaliter,& proprie a naturalitate nutritiõis & substantie,nõ quantitatis neq; iuuamẽti ad remouẽdũ cacesiam,quod per totũ obaudire oportet,vt sunt purus & verus sanguis colericus sanguis flegmaticus atq; melancholicus,qui licet sic proprijs nominibus nominentur,communi tamen noĩe in de colera nigra a Gal.sanguis vocantur.Massa autem Rabbi moyse in quarto expositionis secundo epidimiarum allegatur.Halia.autem in secundo regni.massam sanguineã dicit & talis sanguis solus est materia nutritionis non ille qui formaliter distinguitur ab alijs humoribus,vt dicebat socius ille de sancto Floro,qui Parisius nõ est diu satis bene discordantias Ioannis de sancto amando ampliauit.¶Non naturales vero sunt qui sunt a sanguine separati,& propter eorũ malitiam non sunt apti ad nutritionem de se sed mittuntur ad loca destinata, propter scita iuuamenta,aut extra corpus expulsa faciunt apostemata exituras pustulas excrescentias scabies decolorationes sudatiões.& aliquotiens insensibiliter resoluunt.& aliquotiẽs intus putrefiũt,& faciũt febrem,& assumũt nomina naturalium humorũ,sanguinem

nem flegm. choleram & melancholiã. Differunt tamen ab eis secundum Gal. de cholera nigra: quia humores naturales coagulantur & nutriuntur & secundum magis & minus sunt rubei. Non naturales vero non coagulantur: sed permanẽt & diuersos habent colores flauum album & nigrum: vt circa principium apostematum factorum euidentia in apertione & repercussione euidenter ostendit. Istud etiam in secundo de elementis euidentissime declaratur: & in capitulis singularibus sequẽtibus specificabitur manifeste. ¶Ex quibus apparet ꝙ ex humoribus naturalibus fiunt quatuor species apostematum verorum, que communi nomine in secundo ad glauconem flegmones vocantur: proprijs tamen nominibus flegmon herisipilla vndimie & sclirosis siue sephiros. Ex non naturalibus etiam quatuor species nõ verorum. s. pustule & exiture q̃ sibi nomina verorum vendicant & assumunt: & duo ad hec reducibilia aquosa & ventosa: & sic sunt sex nomina apostematum simplicium & compositorum infinita: de quibus dicuntur prefata nomina equiuoce per prius tamen dicuntur de veris: per posterius vero de non veris que sunt pustule & exiture. ¶Pustule enĩ sunt parua apostemata & exiture coniuncte: aut separate vt glandule & variole seu bothores. Sonant tamen magis proprie de venenosis. vt dicit henricus: & ambo carnem & cutẽ quodãmodo cõprehẽdũt: vesice vero cutem solam. Que quales in spãli sint inferius apparebit. ¶Exiture autem ſm Gal. in de tumoribus preter naturã. & in secundo ad glauconem, sunt dispositiones ille in quibus ascendunt partes interius prius se cõtãgentes in quibus necessariũ est se cõtineri ĩ medio aliquam substantiam spumosam seu humorosam que diuturnitate temporis in multiformibus alteratur substantijs aut in saniem siue pus: aut in aliquam substantiam extraneam similem melli feci aut amurce: aut lapidibus seu filis: vt in glandulis reperitur: que quidem fiunt ab aliquo humore nõ naturali mox a prĩcipio fluente; aut ex putrefacto flegmõe coadunatͬ pus velut in

aliquo sinu. ¶ Cause autem coniuncte apostematum pustularum sunt materie: que in particula sunt congregate & incuneate.
SIGNA apostematū extrinsecorum pertinētium ad hūc artificem declarat sensus & presentia singulariter: vbicunq; enim inuenitur inflatio preter naturam ex aliqua materia humorali vel reducibili in membro coadunata: ibi est apostema. ¶ Apostemata vera significāt per tumorē dolorē: & calorē ſm magis & min⁹ graduata. Non vera vero significāt per tumorem & sequestrationem & malam morigerationem secundum magis & min⁹ etiā determinata. ¶ Partes min⁹ calide dicuntur frigide respectu magis calidarum. Omnis enim res medicinalis dicitur ad aliquid in secundo tegni. & tertio simplicium farmacorum. ¶ Signa vero singulorum apostematū & earum materierum in sequētib⁹ capitulis dicent. ¶ Ex quib⁹ cōposita cognoscuntur: nec ad singularia accedendum est donec sermones generales sint preuisi vt Gal. septimo & nono terap. consuluit. ¶ Et scias secundum Aui. q̄ apostemata singularia parum sunt pura sed plura eorum sunt composita precipue vera, quia multa nonvera videntur esse pura. Cure tamen ponentur simplicium vt exinde compositorum cure extrahantur. ¶ Apostemata in periodis & paroxismis & crisibus analogiā sequūtur suarum materierum vt in secundo de differētijs febrium innuit Gal. ¶ Apostemata quatuor tempora habent. s. principium, augmentum, statum & declarationem. Signum principij est cum vides materiā currere & membrum extendere. Augmēti cū cōcauitas & acuitas māifeste augent. Stat⁹ cum predicta stant in suo esse declinationis cum grossities incipit minui vel transmutari, & hec distinctio temporū est ex parte essētie apostematum quamuis possūt suo modo distingui ex parte accidentium, & ex parte alterationis materie penes que cure subalterantur. posset tamen ostendi quō interdum coincidunt omnia illa tpa. s. principium cum principio &c. & sepi⁹ nō coincidunt, q̄ oīa grā breuitatis omitto. ¶ Apostemata si nō

retrocedunt terminātur p insensibilē resolutionem aut p putrefactionē aut per indurationem. Et ſm Gal in de inequali discrasia que per resolutionem est melior aliis & illa que per saniationē melior, q̄ q per corruptionē: per putrefactionē vero simpliciter mala. ¶ Signum q apā resoluit, est leuitas & carētia pulsationis. ¶ Signum q saniat, ē dolor & pulsatio cū augmēto caliditatis. ¶ Signū q corrūpit est nigredo & liuiditas. ¶ Signū q petrificat est cum duricie detumefactio. ¶ Signū q tetrocessit subita diminutio per infrigidationem, aut per venenositatem vel ventositatem ad quam sequitur feb. & accidentia mala. ¶ Iudicia pustularum in capitis ppriis dicēt. ¶ Iudicia exiturarū sunt hec. Cum videris inquit Aui. pulsationē plurimā aut duritiē plongatā: aut caliditatē & dolorē augmentatum: tunc exitima q apostema est in via: vt fiat sanies & exitura: cum autē videtis leuitatē quandā & sedationē doloris: & caloris & q caput acuat, & cū digitis apprehēdis inūdationē & colorē ad quādā albedinē declinare videbis: tūc saniē scias ibi esse. vnde hypo, secundo afforismorum. ¶ Circa generationem saniei magis accidunt dolores & feb. q̄ facta sanie & in cognoscendo saniem sis bene auisus: quia ſm hypo. in sexto afforismorum multotiēs manifestatur immo decipit medicus pter spissitudinē loci & saniei grossitiem. ¶ Exitura ſm Aui. que fit prope mēbra nobilia: & prope iuncturas: & in membris neruosis & ventosis, & que fiunt in membro debili & calore naturali depauperato: & que fiunt de materia grossa grauis motus plana: & non acuta suspecta est, & male maturatōis: pter quod indiget adiutorio & maturatiōe, & festina apertione. Que autē est ſm diuersitatem ab ista est laudabilis, & nō indiget magno adiutorio, quia cito maturatur & sepe per se aperitur. ¶ Exiture terminantur aliquotiens per resolutionem: sepius tamē per apertionem, & apertura que fit per naturam melior est q̄ que fit per artem. Et que per ferrum, q̄ que per ruptorium. Nam secundum Auic. hec perforatio que fit per artem generatiua est virus & sordiciei

& fistularum. veruntamen cum non vides excusationem: tunc non est ingenium aliud. ¶ Iudicia saniei ponit hyp. in primo pronosticorũ: putredo autem laudatur q̃ est alba & equalis per totũ: carẽs malo odore: que vero est contraria: pessima. ¶ Iudicia aliorum contentorum in figularibus capitulis dicentur.

CVRATIONEM apostematũ. Gale. pficere videtur per intẽtiões sũptas ab ipsis dispositionib' & ab eorũ natura. ¶ Et ꝯm generalẽ indicationẽ videtur ꝙ ipse tractauerit sub nomine sermonis de apostematib' ex humoribus naturalib' generatis. in tertio terapẽ. & de nõ veris ex innaturalib' humorib' factis i. 14. Et hic etiã tractabitur de cura apostematũ verorũ ordinatorum & non corruptorum que quantum est de se vt plurimũ resoluunt: deinde sub nomĩe pustularũ & exiturarũ de nõ veris saniosis corruptis: & ĩ alienã naturã cõuersis. Iudicationẽ cure sumẽdo ab ipsa dispositione & a membris: vt dictum est natura. Dispositio autem ipsa continet quantitatem qualitatem & materiam que includitur in ei' snbstãtia Aliter enim curatur magnũ apostema. Aliter paruum. Aliter deriuatum & fiẽs. Aliter congestum & factum. aliter calidum, aliter vero frigidum & c. ¶ Natura mẽbrorũ iudicat ꝙ aliter curanť apata ĩ carnosis pticulis: aliter ĩ neruosis: aliter in oculo aliter in collo: aliter in emunctorio: & sic de aliĳs: prout superi' fuit distinctũ: & inferius distingueť principiũ facietes in secũdo ad glaucone ab inuẽtione occasionis egritudinis vt q̃ eum faciunt cause abscindãtur: qđ' autem iam est factum sanare oportet secundum eundem in tertio terapen. ¶ Cum ergo generatio communis omnibus flegmonibus ex sanguine. i. ex masse sanguinarie influxione fiat amplior q̃ꝫ indigeat particula. Influit autem vt dictum est amplior mandãte aliqua particula: quandoqꝫ vero trahente ipsa que patitur: mittit autem particula: quandoqꝫ quidem vt superfluum: quandoqꝫ quidem vt triste: quandoqꝫ vero propter ambo. Que vero trahunt hoc est propter calorem morbosum: aut dolorẽ & iuuant ad hoc debilitas particule: & meatuũ

latitudo: & aliarum viarum strictura & situs in basso: vt superius dictum fuit. ¶ Consequentet ex omnibus sumuntur & iudicantur tres intẽtiones. Prima est remouere superfluum quod influit. secunda est curare & mitigare dolorem & actionem que membrum recipit & materiam attrahit. Sed tertia est quod factum est sanare. ¶ Prima completur per Gale. vbi supra dicentẽ. Cũ enim equaľr sibi inuicem aucti sunt humores & faciũt plectoriam & ablationem sanguinis curatur: etiam si plectoria non esset presente & dolore & calore flegminantis membri et reuma & fluxum acuentis: & per balnea ampliora & exercita: & fricationibus oppositi mẽbri dumtaxat ꝙ feb. non sit neqꝫ passio multa. Adhuc autem farmacis euaporantibus: & cum omnibus ieiuniis & regiminibus debitis. Cum autem xancta vel nigra cholera vel flegmate: vel serosis humiditatibus plenum frigidum fuerit & chachochimia generata p vniuscuiusqꝫ ꝓpriã abundãtiã humorũ purgatiõe curetur: de qbus inferi⁹ in singulis capitulis: & in antidotario dicetur. Annũciatio autẽ antispasis. i. cõtrarium euulsis communis est in talibus vniuersis: quantum ad principium & augmentum. Quantum autem ad statum & declinationem non est malum vti euacuationibus per eandẽ partẽ: ꝙꝫ uis noui medici faciũt talia absqꝫ ꝑuisione: vt dicit Auerroys in septimo. & dicetur infra de flebothomia. ¶ Secunda intẽtio cõpletur cũ sedãtib⁹ dolorẽ & cum rectificãtibus malã qualitatẽ: & cum re strin gentibus & intercipientibus materiam a parte fluxus & relaxantibus per partem vnde membrum cõsueuit purgari. ¶ Sed & tertia intẽtio cõpletur per euacuãtia materiam a loco. Euacuatur autem non solum dyaforeticis farmacijs sed etiam repercutientibus: & magis in cipiẽtib⁹ flõnib⁹ repcutiẽtib⁹ ẽ vtẽdũ ꝙꝫ euaporãtib⁹ casib⁹ saluis & exceptis de quib⁹. G. vr̃ quatuor excipe. Primus est quãdo apa sit in emũctorijs. secũd⁹ qñ fit a re uenenosa. tertius quando materia est grossa. quartus quãdo est vehemẽter incuneata. Aui. aũt nõ excipit nisi quãdo est in emũctorijs: aut in loco vbi sit timẽdũ de

reditu ad mēbra principalia. Rogeri⁹ excipit solum in materia venenosa. Commētatores ipsius quatuor magistri vltra ipsum in materia congesta & frigida valde. Et quando fit per viam crisis, & iuxta principalia & quādo fit per subitā deriuationē. Brunus dicit vt Aui. Theodoric⁹ vt quatuor magr̄i. Lāfrac⁹ excipit decem casus. hēricus. 19. magr̄ Dinus de florētia super quarto can̄. Aui. Excipit. 23. ¶ Ego autē distinguo de repercussiuis, ꝙ q̄dam propria sunt repercussiua: vt oxicratum ex aqua & aceto plātago solatrum bol⁹ ar. absinthium cinamomum, & talia q̄ repellunt materiā quā inueniunt ad fundum. Et quedā sunt repercussiua large dicta vt albumē oui malua oleū ro. & oleum camomile atq; m asticinum. colliria alba, & talia q̄ alterando ꝓhibent membrum a superfluitatum receptiōe. ¶ Dico duo. primo ꝙ in principio omniū apat̄u flegmonicorum cōpetunt repercussiua ꝓprie. x. casib⁹ solum exceptis. Primus est qn̄ apostema est ī emunctorio. secund⁹ qn̄ est materia venenosa. terti⁹ qn̄ est de materia valde grossa quart⁹ qn̄ est de materia vehemēter incuneata. qnt⁹ qn̄ est creticum. sext⁹ qn̄ est cā primitiua. septimus qn̄ est ī corpore pleno. octauus qn̄ est in corpore debili. nonus qn̄ est iuxta membrū pricipale. decim⁹ qn̄ est fortiter dolorosum. ¶ Secundo dico ꝙ in principio omnium apostematū flegmonicorum repercussiua competunt large tribus casibus dūtaxat exceptis. Primus quando apostema est in emunctorio. secundus qn̄ est per viam crisis. tertius qn̄ est de materia venenosa. ¶ In omnibus istis casibus precipue qn̄ materia est fluxa, & apā in facto esse & materia aliqua ī pte est relicta: opz materiā resoluer̄ & euaporare cū dyaforeticis non mordicantibus. Sed domesticis mediocriter calidis & hu. maxime in casibus tribus vltimis, in q̄bus volumus materias trahere & apostema augere, & reditum materie auertere, & hoc aliquotiēs facimus cū emplastris atractiuis. Aliqn̄ cum ventosis vt dicit Auic. ¶ Sit ergo regula ḡnalis ꝙ in principio oīm flegmonum ab exceptis ponāt̄ repercussiua. In augmēto cum eis paulatine misceāt̄ resolutiua. In statu vel ante statum sup̄ ipsa

fiat equalia. Cū aūt declinatio:& supple finis status fuerit nō sit ibi nisi quod resoluat & laxū faciat. Et hoc nihil aliud est dicere: nisi quod durante fluxu est repercutiēdum:& cessante ipso est euaporandū:mediāte vero ediandū. ¶In casu quo apostema incedit via resolutionis. Auxilia cū quibus ista cōplent secundū diuersitatē materierū in capitulis singularibꝰ:& in antidotario dicent. ¶Si vera apostema via incedit exiture in secundo ad glauconē:curatio earum exiturarum q̄ iam incipiunt fit p indolorosam calasticā.i.laxationem:siue euaporationē:cū trifarmaco molli mitigatiuo:ī quo q̄d sit mellis additum.13. terap̄. Que aūt iam processerūt ad digestiuā & suppuratiuā ducere oportet. Que autē in aliā spēm trāsiueunt p chirurgiā abscindēda sunt:vnde ī quarto terap̄. Et oportet intendentē i. operantē ad meliorē modorum interpretationis ire. Modi aūt ipsiꝰ sunt tres:breuitas.s.curatiōis & indolorose operari.& tertia cū his in fallacia. Ipsius aūt infallacie sunt tres ī tentiones. vna quidem & prima vt fortiamur finē totaliter. Alia vero vt si nō fortiamur finē totaliter: saltim ꝙ passio alleuiet:& nō vocat laborantē. Sed tertia vt nō fallaciter reuertat egritudo. ¶Scd'm hoc aūt in nūc ꝓpositis exituris inueniť qn̄qꝫ per chirurgiā: qn̄qꝫ per farmaciā via sanationis eligibilior:que per chirurgiā:q̄ ex toto genere preter naturā sunt penitus abscindere intēdit. Que vero per farmaca:primo quidē dyaforare & euaporare. Si vero hoc nō est possibile suppurare & putrefacere. ¶Secunda ītētio in eis fit & per cōsequēs aperire & mūdificare &incarnare &cōsolidare:&hoc ad curationē vlcerū ducere. Neqꝫ enim vt dicit Gal.4. terapen. suppurare & cataplasmare est secundū primā rationem cure apostematum :sed mitigatio quedam sinthomatis.s.dolorū. Et seqtur cōpendiosa enim cura flegmonū per siccātia & resoluētia cōpletur:farmaca q̄ vel totaliter sanāt a dispositiōe:vel si reliquūt quid breue suppurat:& cū acri farmaco nō euacuat:& si subtilis cōtinēs fuerit cutis:& cito patiētē liberare volueris icisionis est opus. Et hoc est quod dicebat Aui.ꝙ cura=

tio apostematis inquantum est apostema est extractio materie extranee q̄ facit accidere apā. Auxilia autem maturatiua cum quib⁹ predicta complentur in singularibus capitulis & antidotario dicetur. ¶ Maturato autem apostemate: aut transmutato & incuneato: si sanies aut materia non resoluitur. vel si incontinenti ipsum p se nō aperitur. potissime si timeretur corrosio: aut aliud nocumentum aperiatur: & si necesse fuerit contra aperiatur & extrahatur: promptius autem & tutius propter cām superius dictam aperitur cum ferro & sequēdo doctrinam Albuc. fiat foramen secundum quantitatem materie: & loci ad formam folij oliue: siue mirti. ¶ Et oportet ꝙ in aperiendo septem attendantur conditiones. ¶ Prima ꝙ sectio fiat in loco materie. ¶ Secunda ꝙ fiat in magis inferiori loco. ¶ Tertia vt fiat secundum rugas & incessum musculorum. ¶ Quarta ꝙ caueantur nerui & vene ꝗtum erit possibile. ¶ Quinta ꝙ materia subito tota nō extrahatur: precipue in magnis exituris: quia timendum esset de virtute. ¶ Sexta ꝙ indolorosi⁹ quo poterit loc⁹ tractetur. ¶ Septima ꝙ post apertionem locus mundificetur & incarnetur atꝗ consolidetur. ¶ Auxilia ad mundificandum sunt lichinia & bone stupate: & emplastra & vnguenta q̄ in sigularib⁹ capitulis & in antidotario dicetur. In primis tamē diebus sufficit vitellum oui cum albumine inspissatum cū albumine: vt faciebat Guil. de saliceto. Post vero transeundum est ad mel rosatum & mundificatiuum de apio. Post vero ad vnguentum apostolorum & egyptiacum & desuper basiliconē diaquilum & dyapalma: & alia q̄ ad vlcera ordinātur: eo quia post apertionem exiture excresentie & pustule ad curationem vlcerum reducuntur. ¶ Si autē patiens non sustineret ferrum aperiatur cum medicinis: & ad hoc laudat Aui. fe. lini fermentū & sterc⁹ colūbinū. & si incorparet cū sapone molli: aut cum muscilagine sinapis bonum esset. Ruptorium tamen de calce & sapone in hoc & obtinet principatū.

¶ De flegmone vero & apostematibus sanguineis notificatio. Cap. ij.

FLEGMON secundum Gal. in primo de egritudine & sinthomate. dicitur dupl'r. vno modo communiter pro omni inflatione particularum. Alio mō proprie ꝓ omni apostemate ex sāguie vero & puro gñato assumēs sibi in secundo ad glaucōem generis nūcupationē. Et est duplex ver⁹ videlicet & nō ver⁹. Ver⁹ ex sāguine benigno multo plus saltim ꝙ̄ indigeat particula fit. Non verus ex malo & non naturali efficitur.

¶ Sanguis est humor calidus & humidus ex temperatiori parte ipsius chili generatus: & est duplex naturalis. & non naturalis. Naturalis est humor calidus & humidus in substantia temperatus in colore rubeus purusq́ in odore & sapore amicabilis. Sed non naturalis est ille q deuiat ab isto infra terminos sue latitudinis quos si trāseat non est sanguis: sed alter humor. Quod contingit dupl'r. vno modo quando ipsius substantia efficitur magis grossa vel subtilis ꝙ̄ debeat. Alio modo quādo aduritur: & eius subtile conuertit in choleram citrinam: & grossū ī melācholiā absq̄ separatiōe. per aliud fit in naturalis quando alter humor aduenit de foris qđ multipliciter cōtīgere potest secundū ꝙ multe species flegmatis cholere & melancholie cum ipso misceri possunt

¶ Ex quibus apparet ex sanguine generāt quatuor spēs apostematū. primo ex sāguie naturali & benigno gērāt ver⁹ flegmō. Ex sanguie illaudabili ꝑ admixtionem tria generātur apostemata ꝯm ꝙ tres humores possūt misceri cū eo: vt si veniret sibi cholera generāt flegmō herisipilades: & si flegma flegmon vndimiades: si melancholia flegmō sephiroides. Ex sanguine illaudabili per substantiam suam & adustionem secundum eius grossitiem & subtilitatem generantur omnes pustule crustose a carbunculo vsq̄ ad estiomenū, vt sunt carbuncul⁹ pruna ignis persicus: aut sacer estiomen⁹ & antrax. Nō autem formice vt dicebat in concordantijs socius ille.

CAVSE flegmonis sunt primitiue vt casus: & percussio & malicia regiminis & antecedentes & sanguinis boni & laudabilis exuberantia: propter quam ad particulam debilitatam calefactā & decoloratā deriua

ri cogitur & incinerari: vt in capitulo vniuersali fuit dictum: ad quod oportet recurrere: vt dictum est: si vis bene particulam videre. Coniuncta causa est ipseme & sanguis in loco incuneatus.

SIGNA & iudicia sũt tumor eleuatus calor roridus rubor sanguineus: dolor pulsatiuus & retinentia extensiua & alia signa repletionem sanguinis significantia. ¶ Flegmon quatuor habet tempora: principium augmentũ: statũ & declinationem. Significat principium per ipsius causarum presentiã. Augmentum per additionem magnitudinis & retentionis declaratur. Status per aggregationem materie. Declinatio incipit tendere ad lenitatem. ¶ Flegmon preterea terminat per resolutionem: aut per saniationem: aut ꝑ putrefactionem: aut per lapidationem. ¶ Et tu scis ꝑ ea que dicta sunt ĩ capl'o vniuersali. illud quod resoluitur: quia tumor diminuitur: & dolor pulsatiuus alleuiat. Et scis illud qd' saniatur per additionem pulsationis & caliditatis & frixionis vtriusq;. Et scis illud quod putrefit per tenebrositatem. & illud quod petrificatur per duritiem. ¶ Preterea in flegmone plerumq; veniunt mala accidentia que curam ordinariam preuaricant: vt est dolor magnus qñ est in membro sensibi'i: & reditus materiei ad infra: quando est in emunctorio. Et corruptio estiomenata quando nimis infrigidat: & materia conculcat: & durities sclirotica qñ indocte resoluit. Quo circa attendere oportet mente in vnaquaq; remutatione ad quid transit eorum qui curantur tumorum vnusquisq;: & dare operam ei: quodcunq; appareat in secundo ad glauconem.

CVRA flegmonis duplex habet regimen vniuersale vcz & particulare. Vniuersale sumitur ex capitulo cõmuni superius posito. Particulare quatuor habet intentiones. prima vitam ordinat. secunda materiam antecedentem adequat. tertia materiam coniunctam euacuat. Sed quarta accidentia corrigit. ¶ Prima complet cum debita administratiõe sex rerum non naturalium cum suis annexis vergentium ad frigiditatem & siccitatem: vt est aer cibus & potus somnus & vigilia: mot9

& quies inanitio & repletio:& accidentia anime. ¶Im primis ergo eligitur aer sincerus & clarus non humid' nec reumaticus. Et cibaria ipsius sint leuia pauci nutrimenti. non comedat pinguia: neq3 dulcia dimittat brodia: leguminum substātiam & lacticinia. spēs abhorreat & allia & cepas: & vina fortia. vtatur lactucis: spinachijs: & boraginibus: satis ponat de aqua in vino. Et si febricitaret transeat cum ptisana: & lacte amigdalarū: & hordeaco: sobrie viuat: cenam dimittat: ventrē teneat laxum: quiescat saltim secundum ꝑ membrum apostematum: parum dormiat de die saltē hōeste viuat. Secundam rem complet flebothomia si plectoria sit ꝑ partem contrariam: si fuerit in pricipio & per eandem: si fuerit in statu & declinatione: imo etiam euacuamus secundum Gal. in. 3. terapen. vt superius fuit dictum nō solum propter plectoriā: sed propter magnitudinē passiōis & dolorē & cōmoderationē humorū. Dolor enim & calor flegminati mēbri cause reumatis fuit: & si sine superfluitate fuerit corpus vniuersales canones semper seruādo. ¶Tertiā rem cōplent repercussiua & refrenātia in principio: exceptis casibus in capitulo vniuersali cōditionatis: & cū resolutiuis mixtis inequaliter cū refrenatiuis in augmēto: & cum equaliter mixtis in statu & cum puris resolutiuis in fine status: & in declinatiōe vt supra. Si apostema incedit in via resolutionis. Si vero incederet via exiture cū maturatiuis apertiuis & mūdificatiuis. Et desiccantia sunt vtriusq3 fine sanant. Auxilia repercussiua & frenātia q̄ cōpetūt in pricipio sūt quatuor formarum. ¶Prima est. G. secundo ad glauconem. oxicratum ex aqua & aceto in forma potabili mixta, & cū spongia applicatum. ¶Secunda est Aui. quod ℞. semperuiue li. j. vini grossi acerbi. li. secundum farine hor. quartam. j. corticū granatorū sumac pulerizatorū aā. ℥. ß. coquāt: & fiat linimētū. ¶Tertia forma est haliab. ℞. sāda. al. & rub. ana. ʒ. iij. memithe. ʒ. iij. chimolee boli ar. aā. ʒ. j. & ß. tere oia subtiliter & diligēter cribra & distēpera cum succo semperuiue: ac portulace: siue lactuce & fiat linimētum. ¶Quarta forma est toti'

cōicatis refrenatiuum & alteratiuum vulnerum & con cussionum. ℞. albumen ouorum quantū vis: aque ro caceaut olei rosarum ad placitum fiat linimentum & cū stupatis & pānis applicet: & sepe remutet. ❡ Localia q̄ cōplent intentionem augmenti sunt triū formarum. Quarum prima est oleū ro. Nā ſm Gal. in tertio pharmacorum simplicium ex parte ros. refrenat: ex pte olei euaporat. ❡ Secunda est Aui. ℞. foliorum malue. M. j. absinthij ros. añ. ℥. ß. farie hordei. ℥j. olei cammille. quartam ß. coquantur & pistentur. & fiat empl̄m molle. ❡ Tertia forma est eiusdē. R. vini cocti quartā. j. aque ros. aceti. añ. quartam. ß. croci. ʒ. ij. bulliant modicum colentur & fiat epithima cum stupatis aut pannis & tardius q̄ repercussiua remutentur. ❡ Localia que resoluunt & complent intentionem status etiam sunt trium formarum. ❡ Prima accipitur a magistro Dino. R. paritarie foliorū malue. añ. M. j. furfuris subtilis partem. j. aneti fenugreci. ana. ℥. ß. olei camomille. quar. ß. coquantur cum vino & pistentur: & fiat emplastrum. ❡ Secunda est. G. 13. terapē. ℞. medule panis frumētacei lib. j. infundatur per horam ī aqua feruenti & exprimatur aqua & mellis quarta. j. misceatur: & fiat emplastrum molle. ❡ Tertiam formam ponit Auicē. in dyaquilone & basilicone: quorum forme & recepte ponentur in antidotario: & ista tardius remutentur. ❡ Declinationem vero p desiccationem cōplent lana succida aut stupata aut spōgia: aut filtrū cum vino stiptico calō infusa expressa & applicata. ❡ Per saniationē complēt declinationem auxilia trium formarum. Quarum prima est tripharmacum Gal. quod fit de farina frumenti aq̄ & oleo simul coctis & fiat empl̄m. Et si vis eam colorare cum modico de croco fac. ❡ Secunda forma est eiusdē. G. & ipsam assumit haliab. ℞. musillaginis ficuum & corticis radicis maluauisci li. j. farine frumēti lib. ß. coquantur insimul fiat empl̄m. ❡ Tertia forma est cōitatis. ℞. foliorum malue simsionis radicis lilij & corticis maluauisci. añ. M. j. farine frumenti quartam. j. farine se. lini. ℥. j. axungie porci recētis lib. ß. coquant̄ her

be cum aqua:& pistent cum alijs in mortario &:fiat em pl̄m &ista tardius remutentur. ¶Si autem collecta sanie non apiatur p̱ se aperiatur cum sagittella : vel cum medicina apertiua & mundificet & incarnet:& consolidet iuxta formam dictam in cap̄lo v̄li: & dicēdā in tractatu de vlceribus: eo ꝙ exiture a parte vt dictum est ad vlcera reducunt. ¶Sed quarta res q̄ est accn̄tium correctio cōplet s̄m naturā accidentiū q̄ contingunt. Vt si adest dolor ꝙ s̄m oēm modum mitigetur. Nam dolor ꝯsternit virtutē & totam rectam operationē impedit. Ponant ergo tēpore doloris alterātia& dilatātia:vt est oleum ro.cum vitellis ouorum:aut mica panis albi tenperata ī aqua feruēti expressa:& cum oleo ro.mixta:aut malue cocte cum aqua mixte cum furfure subtili: & oleo violarum:& crocus ingreditur in sedatione doloris s̄m Auic. Et si est necesse transire ad iusquiamum fac audacter. Nam herba ipsius cum cineribus cal̄is cocta.& cum axungia recenti aliqua mixta dolorem mitigat:& apostemata calida maturat vt ponit Theodoric⁹. Caue tamen a nimia humectatione: quoniam in principio est timorosa.vt dicit Auic. ¶Reditum materie ad intrinseca securat euacuatio & attractio : & si non cum alio saltim cum ventosis. Si igitur suspitionē habueris ꝙ apostema induretur decoque in aqua radicem cucumeris siluestris vel brionie vel assari:multotiens quidem ipsarum solarum quandoqꝫ aūt & pingui u[illegible]ystadarum.i.ficuum super imponens. Demum in illa aqua farinam misces & pinguedinē anseris vel galline & coque:fiat emplastrum :ī secundo ad glauconem. ¶Si vero in apate corruptio accidat tunc scarifica locū & cum aqua salita embroca:& post empl̄a ipsum cum farina fabarum:aut orobi cocta cum oximelle:& reliqua curatione estiomeni cura. ¶Capitulum adminiculatiuum predicto de carbunculo antrace & estiomeno & pustulis malis sanguineis:& cura eorum ponēda.

PVSTVLE male & corrupte sanguinee:vt dictū est:sunt omnes q̄ in sua eruptione dimittunt escarā. Ex quo apparet ꝙ licet foruculus sit paruus flegmon non

propter hoc est pustula mala corrupta quia in sui eruptione non facit escaram. Curatur etiam & maturatur facta flebothomia cum frumēto masticato & dyaquilone, & mundificat cū melle cocto, & sarcocola. vt ponit Ras. q ipsū vocat carbūculū. Sunt enim tales pustule q̄ dimittūt escarā ſm. G. in. 14. terapē. ex sanguine grosso ebulliente & putrefaciēte, q̄ dum incipit ebullitio causa est carbūculi, & prune: & ignis ꝑsici siue sacri. Si vltra ꝓcēdit & p ebulitionē adipiscat venenositatē est cā antracis. Si vltra q̄ finiatur ebullitio & putrefactio cā est cancrene & estiomeni. Sunt enim cancrene & estiomeni & carbūculi ꝓprie flegmones ī de tumorib⁹ preter naturā. ¶ Nō ergo sunt dicte pustule ex mixtione & aggegatiōe humorū naturalium vt dicebat Lanfrācus & hēricus, licet ipse hēricus in suis notabilibus de hoc fecerit dubiū sed sūt de sanguine grosso bulliente ī quo subtile & grossum quod in choleram & melancholiam conuertūtur, sicut adhuc simul, & propter hoc dicebat Auic. q̄ sunt de cholera citrina & melācholia insimul mixtis differentibus secūdū magis & minus vt dicetur

EST ERGO carbūculus siue pruna siue ignis persic⁹ vel sāct⁹, que quasi pro eodem accipit Auicen. Pustula flegmonica mala vesicās & cōburēs locum ī quo est nigra seu cineritia cū rubedīe obscura & dolore versuto, & ardore & vesicatione in circuitu, ex qua euenit quando rūpitur escara, qualē facit accidere conbustio & cauterū. ¶ Cui⁹ causa est gross⁹ sāguis semibullīt⁹ & putrefact⁹ a quo nō fuit adhuc sepatū grossū & subtile.

SIGNA carbunculi incipientis sunt rubor fuscidītas citrinitas duricies dolor, calor & incēdiū acuitas & ꝓuitas forme ad modum ciceris, velocitas augmenti vesicatio in circuitu & quando maturatus videtur caro mortua, & escaralis que sorditiē emittit viscosam, ac si essent radices quedam, & aliquotiens erumpitur ī multis locis, & post reducitur ad vnum &c. Carbunculi non sunt negligendi, quia in parte sunt venenosi. Carbunculi licet a principio nō sunt vlcerati terminantur vt plurimum ad vlcera. Et ideo tractatus vlcerum in

ipsis habet locum. carbunculi sequuntur pestilentiam.
CVRA carbunculi tres habet intentiones prima vitam ordinat secunda materiam antecedẽtem adequat, sed tertia materiam coniunctam regit & gubernat. ¶Prima intentio cõpletur cum debita administratione sex rerum non naturalium cum suis annexis secũdũ formam datam in flegmone, nisi ꝙ oportet ꝙ magis declinent ad tenuitatẽ & infrigidationẽ & humectationem eo quia ad ipsos plurimum sequũtur febres. Et propter hoc subtrahãtur vinum & carnes, vtatur lactucis portu. & granatis, & omnibus acetosis. Et si necesse sit detur brodium pulli cum lactucis, & agresta alteratũ. ¶Secunda intentio completur cũ flebothomia. primo a parte contraria. deinde quando locus incipit alterari ad nigredinẽ de pte eadem. ¶Sed tertia intẽtio completur ante vlcerationem cum mixtis refrenatiuis & euaporatiuis materia retrocedat, neq; etiã irritet, & ad hoc laudat per. G. i. 14. terap. empl'm de arnoglosa, & ipsũ accipit Aui. Cuius forma est. ℞. arnoglosse lentiũ panis furfur. añ. coquant cum aqua donec liniant, & applicẽt supra locum, & in circuitu. Aui. cum eo addit gallas & credo ꝙ si subtilis sanguis magis apparet ꝙ̃ grossꝰ laudabiles essent. ¶Et empl'um de duobus granatis coctis cũ aceto, aut aqua acetosa illud idem. ¶Remissa aliqualiter furositate. Emplm Aui. de ficubus & vua passa & nuce & farina hordei coctis cum vino ad maturandum & ad rumpẽdum esse bonum. ¶Facta eruptione mundificetur cũ succo apij, & melle, & farina, & coctis, & post more aliorũ vlcerũ cum dyaquilone consolidet. ¶Vnguentum tamen de bolo ar. oleo & aceto semper in circunferentijs ponat. ¶Si vero locus incipiat malignari & corrũpi scarificet circũquaq;, & lauet cũ aqua salita, & vlcus cum trociscis calidicon dissolutis cum vino, desiccetur, & escara mũdificetur cũ ẽplastro dicto de apio, aut de butyro & regimie antracs, & vlcerum putridorium curetur.

ANTRAX secundum Guil. de saliceto nihil aliud est ꝙ̃ carbunculus malignatus. Materia nãq; antracis

est sanguis grossus & ebuliens tantum : ꝙ propter suã ebulitionem adeptus est venenositatem. Dicitur autẽ bona buba per antiphrasim:quia pessima:periculosissi ma:& deriuatur ab antra quod est cor, ꝙ semper appe tit cor.

SIGNA antracis ꝭm Henricum sunt signa carbun culi augmentata cum varia venarũ in circuitu colora= tione ad modum yridis : & magna membri in quo est ponderatione:ac si esset ligamentis ligatum cum ma= gnis & intolerabilibus angustijs & coloribus cum pro stratione appetitus & nausea:& cordis pulsu cum ma= gna defectione.¶ Antrax ex tota natura est egritudo acuta & piculosa:quia de materia multum venenosa pestilentiali & contagiosa. Et deterius eorum est ꝭm Aui.quod accidit in emũctorijs & vicinitate mẽ= brorum principalium:timendũ enim est de reditu ma= terie.¶ Et omnis pustula male venenosa q̃ postq̃ ap= paruit retrocedit est mortale:& maxime si apparuerit mala signa.¶ Et quãdo accidentia sũt vehementia est signum malum. Si vero accidentia remutantur & quie tantur est signum bonum, et saluius mortalium : vt dicit Aui.est illud quod est rubeum demum & citrinũ. ¶ Ex eo vero quod ad nigredinem declinat nullus eua dit. Antraces enim in pestilentia multiplicantur.

CVRA antracis quatuor habet intentiones. Prima vitam ordinat:secunda confortat cor: tertia materiam antecedentem euacuat:sed quarta materiam coniun= ctam extrahit & gubernat. ¶ Prima cõplet cũ debita administratione sex rerum nõ naturaliũ. Ordinet ergo sibi mansio luminosa & vociferet: & parũ pmittatur dormire : & alia ordinet ꝭm quod fuit dictũ in carbũcu lo:nisiq; magis subtiliet regimẽ:dietetur sicut dietantur habentes fe.pestilẽtialem. Sufficit enim ptisana & aqua cum suc.rosꝭ.lac amigdalarum hordeatum vsq; ad quar tu m vel quintum diem:mala granata arancie limones & oĩa acetosa sunt ꝓ ipso. Et si est necesse det brodiũ pulle alteratũ cũ aggresta & lactucis. ¶ Secũda res cõ pletur cum administratione bone & probate tiriace, in

in q̃titate vnius fabe: & distẽperate cũ aqua scabiose: aut decoctiõis ei⁹ aut cũ aqua ro. buglose. si feb. est multum acerba & sit ei⁹ administratio si est possibile p̄ sex horas post cibum & nõ comedat de totidẽ horis. Et dico possibile: quia ĩ tiriaca necessitas nõ habet horam: vt Auẽzoar in prĩcipio thesau. In tãto enim tẽpore vel citra cõiter celebrat̃ digestio prima. Auẽzoar tñ ĩ tiriaca cõcedit septẽ horas & pl⁹. Auer. vero nouẽ. Et totũ hoc est secundũ medietatẽ tẽporis totalis digestionis q̃ est. 16. horarum secundum antiquum preceptũ q᷑ in duob⁹ diebus ter corp⁹ reficiat̃: licet secundum. Aui. terminus more cibi in stomacho sit a duodecim horis vsq; ad. 22. quod de toto stomacho & intestinis intelligendũ est vt dicit Albertus bonoñ. Rõ p̄dictorum est: quia nullum pharmacosum dz misceri cum cibo: generatur enĩ i nquietudo & dolor: vt dicit. Auenzoar. vbi supra. Tiriaca autem non solum est pharmacosum: sed etiam in medio naturam patientium corporum & ledentium ea pharmacorum quinq; simplicium quod non proprie: sed silitudinarie est intelligendum. Et redeundo ad propositum empletur sibi cor ab extra cum rosa: vio. floribus buglose: & sandalis omnibus atq; cortice citri. Et si feb. concedit addatur modicum de mellissa & maiorans: atq; de croco & scarlatum tinctum ĩ grana: in hoc habet magnum locum tormentilla & herba iunici loco tiriace laudatur per Arnoldum. ¶ Tertia res completur cum flebothomia eiusdem partis: aut cũ vẽtosis & scarificationibus: si etas non tolerat. ¶ Sed quarta res completur cum infrigidantibus & prohibentibus in circuitu & non sup̄ ne materia retrocedat: vt est vnguentum de boloar. siue oleo ro. aut mirtino cum aceto mixtum: supra locum apponantur extrahentia materiam: & si nõ cum alio saltim cum ventosis aut ĩsuctionibus succurrite diligenter vel cum diligentia: quia egritudo est que paucas dat inducias. Ad vltimas enim egritudines vltime curatiões sunt necessarie ad perfectionem. Ego enim aliquotiens fui coactus cum cauterio actuali ipsũ extirpare; immo audiui q᷑ cum morsu alicuius vilis

persone remouebatur. Sacrificet̃ et ĩ circuitu & embrocetur cum aqua calida salsa vt sanguis exeat & nõ coaguletur: aut corrosiuũ apponatur & arsenicum in hoc obtinet principatum. ¶ In loco vero in quo aliquis daret inducias maturatur & aperitur cum ficubus & fermento atq; sale insimul mixtis: vt ponit. Aui. post secũdã aut tertiã appositionẽ hui⁹ empl̃i locus solet apparere tot⁹ niger & apert⁹: & extunc mundificet̃ cum mũdificatiuo de apio: vt in carbunculo fuit dictum. Et postea cum dyaquilone finiatur. ¶ Medicamen de vitello oui cum sale sepe applicatum maturat & aperit antracem: vt dicit Theodoricus. ¶ Preterea ad maturandũ & rumpẽdũ dictat Iameri⁹ tales pultes. ℞. radicis apij ranarũ scabiose rostri porcini ancipitres marubij: farine frumenti se: lini: mellis olei: axungie veteris coquantur cum vino & fiat emplastrum. ¶ Consolida quoq; maior inter duos lapides contrita quodam diuino miraculo antracẽ liberat; & interficit ex toto infra vnius diei spatium taliter: ꝙ postea non indiget nisi aliorum vlcerum cura. vt dicit Rogerius quod affirmat theodoricus. ¶ Illud idem accipiunt quatuor magistri de scabiosa verbum notabile: ꝙ scabiosa in potu sumpta cũ vino vel comesta interiora apostemata ad exteriora cõuertit: & ea insensibiliter dissoluit. ¶ Istud quod ponit hẽricus de ꝓbatione antracis curabilis & mortalis de bursa fellis porci fabule sunt Theodorici. ¶ In cura antracis respice curam carbunculi & estiomeni: quia in medio eorum est: vt superius fuit dictum.

ESTIOMENVS licet proprie non sit pustula: est tamen effectus pustularum: & ipsius cura est eis proportionaliter. ¶ Est enim mors & dissipatio membri. & propter hoc dicitur estiomenus quasi hominis hostis cum putrefactione & mollificatione ad d̃riam lupi & cancri, que dissipant membrum cum corrosione & induratiõe. Non ergo sunt idem, vt dicebat theodoricus & Lanfracus atq; henricus. Estiomenus vulgariter dicitur ignis sancti Anthonij, aut sancti Martialis. Estiomenus vocatur cancrena apud grecos. vñ̃ de tumore

n ter maximos flõnes est vocata cãcrena mortificatio exñs patientis particule. Aui. tñ ponit drĩam inter ipsã per maiorem & minorem mortificationem.
CAVSA estiomeni & destructionis vite in membris fit tripl'r. vno modo quando membrum non potest recipere vitam scz vitam sibi a corde delegatam: propter dissipationẽ complexionis: & armonie ipsi⁹ causa tam a nimia frigiditate: vt in hyeme valida & indocta apatum infrigidatione: aut ab excellenti caliditate & venenositate accñtis & pustularum malignarũ. ¶ Alio mõ: quia in membro vita recepta suffocatur: vt in magnis apostematibus: q̃ ita obturãt venas & poros cutis & spiritus & carens respiratione suffocatur. ¶ Tertio modo: quia vita non potest venire a corde ad membrũ propter ligaturam aut concussionem factam in via.
SIGNA & iudicia sunt secundum. G. vbi supra. Primum quidẽ extinguitur coloris floriditas que adheret flegmonibus: deinde & dolor & pulsus ascendunt. non cessante dispositione: sed mortificato sensu. Nigrũ ergo membrum efficitur molle & putridum cum fetore cadauerali: & ideo cum premitur cum digitis facit foueã que non reuertitur: imo quasi videtur: cutis a carne separata. ¶ Estiomen⁹ tante est ferocitatis ꝙ nisi cito sue curatur faciliter mortificatur que passa est particula, & comprehendendo continua interficit homines.
CVRA estiomeni tres habet intentiones prima vitã ordinat, secunda materiam antecedentem adequat, sed tertia locum corruptum & mortificatum regit & gubernat. ¶ Prima completur cum debita ordinatione rerum non naturalium declinãtium ad frigiditatẽ & tenuitatem. Cibus ergo suus mice panis sint lote cũ aqua ordeatum auenatum cum lacte amigdalarum brodiũ pulle alteratum maxime si febricitaret vtatur lactucis, portulacis, pomis granatis, & alijs acetosis. Et ad oẽm euentum quia fumi qui eleuantur a corrupto pñt inficere cor: detur sibi thiriaca & alia cordialia administrenẽ sibi ſm ꝙ dictũ est in pustulis supradictis. ¶ Secunda intentio completur cum flebothomia & sanguis mũdi

ficatione cum dyacaptolicon,& cassiafist. & tamarindis & lupulis fumoterre & polipodio,& talia q̃ sãguinẽ habent deputare, eo quia in istis corruptionibus semꝑ est calefactio. ¶Sed tertia intentio completur,eo modo quo dicit Auicẽ. Cum ergo inquit vides membri colorem alterari,tunc oportet ꝙ liniatur cum vnguento de boloarmeno,terra sigillata,& aceto. Si autem illud non valet non inuenies excusationem qn scarpellationem profundam facias in diuersis locis,aut sanguisugas apponas & venas paruas ꝓximas aperias,& locum cum aqua salita laues,vt sanguis grossus exeat & non congelетur. Et pone super locũ scarpellatum quod putrefactionẽ prohibet & resoluit vt est farina orobi,aut fabarum cum sirupo acetoso incorporata.&sẽper bis in die cum aceto calido laua. ¶Postq̃ autem calefactio & furia cessauerit vnguentum egiptiacum quod fit cũ flore eris alumine melle & aceto equaliter mixtis & coctis de super apponatur. prohibet enim & resoluit putrefactionem:& facit cadere quod est putrefactũ:& conseruat illud quod sequitur ipsum. ¶Si autem pertrãsierit dispositio & ĩcipit venire ad mollitiem & putrefactionem cauteriza:& separa corruptum a sano cum cauterio actuali:aut cum medicina caustica:vt sunt trocisci calidicõ :aut andracarõ:aut affodilorum. Et ad hoc melius & infallacius est ꝭm Theodoricum & hẽricum & me arsenicum sublimatum purum:aut correctum in puluere:aut cum vino dissolutum cum carpia:aut cotone desuper applicatum precipue, inter sanũ & corruptum. Et si necesse est post separa modicũ cũ spatumine inter sanũ & corruptum:facit enim sine dolore sistere egritudinem incontinenti. Modum aũt ipsiꝰ infra ca pl'o de glandulis & de cãcro & ruptura specificaui . postea ꝓcuretur casus escare cũ butyro : aut aliquo vnctuoso. ¶Et postq̃ ceciderit escara,locus purificetur lauando semꝑ cum aceto & emplanstrando ꝭm Guil. de saliceto cum tali empl'o. ℞. mellis lib. ß. vitellorũ ouorũ crudorum trium vel quatuor in numero, farine or. li. ß. misceantur;& fiat empl'z. Et post duos vel tres dies vt

melior fiat mundificatio addantur huic empl'o.ʒ.x.mirrhe electe. ¶Cum ergo est necessarium incidere membrum quia putrefactio non cessat: & timetur ꝙ corruptio ad alia vadat mēbra: incidat̄ & ferret̄: iuxta doctrinam inferius dicendā & cauterizet̄: quod continet ipsū quia illud est tutius. Quō aūt membrum corruptum & mortuum seruat̄ ne feteat dicet̄ dū de conseruatione mortuorū tractabitur. hec est ergo q̄titas quā dicimus hic inquit Aui. Et tu qdē inuenies in sermone cōmuni de vlcerib⁹ putrefactis: ꝙ te oportet addere huic cap'o.

¶De herisipilla & apostematibus colericis. Capitu. iiij.

LICET flegma in generatione humorum sequatur sanguis. Et post sanguinē de flegmate fit plus in corpore nihilominus quia apata colerica in multis conueniunt cum sanguineis post flegmonem & apostemata sāguinea dicet̄ de colericis. Apata colerica noīe cōi noīant̄ herisipilla: quia adheret pilis & cuti herisipilla est eñ cutis est ꝓpria passio: sicut flegmō carnis lʒ consequnter se extēdāt. 14. tera. ¶Est tñ duplex herisipilla: herisipilla vera & nō vera. Vera herisipilla ex colera fit naturali abūdāte: vt dictū est q̄ ꝓprie sāguis dr̄ subtilis: quā Aui. vocat spinā. Nō vera ex colera fit nō naturali quā formicā vocat Aui. vñ. G. 14. terap. herisipilla duplicē hʒ drīā: quia aut sine vlceratiōe aut cū hac fiēs. ¶Prior autē vniformis est & vocat̄ flegmon. Alia vocat̄ formica siue herpes. Istud etiā ī nuebat ī de tumorib⁹ preter naturā. Cū igit̄ peruenerit colericū reuma: qd' qdē certitudinaliter est tale. i. purū: & sequestratū vlcerat cutē quod vere est tenue & sāguini cōmixtum & nō separatū magis in tumorē eleuat q̄ꝫ vlceret: horū autē alter vocat̄ herisipilla. Alter vero herpes. In secundo etiā ad glauconē facit distincta capitula primo enim determinat de formicis & herpetibus deinde de herisipilla certa q̄ ex sanguine subtili fit. Est ergo herisipilla apā cholericū cū duplici dicta differētia ꝑ prius tamen dicitur de vna per posterius de alia. ¶Colera autē est humor calidus & siccus ex subtiliori parte chili gene

ratus. Et est duplex naturalis & non naturalis loquendo de naturali dupl'r: vt dictum est. ¶ Naturalis est humor calidus & siccus in substātia subtilis : & in colore rubicundus declinans ad quādā citrinitatē in odore & sapore acutus. ¶ Non naturalis est qui declinat ab isto infra termīos sue latitudinis quos si trāseat nō est cholera proprie: sed alter humor. Qđ cōtingit dupliciter vno modo per se & in se: alio modo per mixtionē. per se & in se dupl'r, vno modo quādo cholera naturalis putrefit & aduritur: & talis dicitur adusta p putrefactionē. Alio modo quādo cholera non naturalis vitellina aduritur siue in stomacho: siue in epate: siue in venis : & efficitur praxina & eruginosa : q̄ sunt invltimo malitie per admixtionen efficitur cholera innaturalis cū alter humor aduenit sibi deforis. Et hoc fit multipl'r: vt si phlegma tenue admiscetur cum ea efficitur cholera citrina: si grossum vitellina, si melancholia adusta permiscetur efficit cholera adusta per admixtionem. ¶ Et sic sunt ꝯm Aui. sex species cholere innaturalis. sed ꝯm haliab. non sunt nisi quatuor: quia de duabus speciebus adustis nullam facit mentionem. Ga. aūt in secundo de virtutibus non ponit preter naturam: nisi vitellinā: quia praxinā & eruginosā ex malis oleribus dicit generari in stomacho aut ex aliqua mala dispositione in venis. in secundo pronosticorum. ¶ Ex quibus apparet ꝙ ex cholera generant quatuor species apostematum. primo ex cholera laudabili quam subtilem sanguinem vocāt generatur vnū apostema quod certa & vera herisipilla dicitur in secūdo ad glauconē. Ex cholera illaudabili per admixtionē generātur tria apostemata. s. heripilla flōnides, herisipilla vndimiades, herisipilla sephiroides. Ex cholera illaudabili per adustionem generant secūdū eius subtilitatē & grossitiē oēs pustule corrosiue ab herpesten vsq; ad cancrū vt sūt herpes serpigo & formica in .14. terapē.

CAVSE aūt herisipille vere sūt vt flegmonis veri primitiuecz antecedentes & coniuncte.

SIGNA & iudicia sumuntur per comparationē ad flegmonē iuxta doctrinā, G. 14. terap, & secundo ad glau

conem. Et i hoc apparet q herisipilla vera & certa est spēs flegmonis. Assumēdo ergo primū signū vere est color rubeus declinans ad citrinitatem. Secundū rubedo cito euanescēs tactui, tertium tumor nō multū transiēs cutē. quartum caliditas vehemēs feb. attrahēs: & plusq in flegmone. quintum pulsatio nō magna. sextū dolor mordicatiuus & pungitiuus nō extēsiuus vt in flōne & alia signa dominiū cholere significātia herisipilla vt plz accidit in facie & incipit in lepore nasi, deinde spargitur ad faciē totā & hoc est propter lenitatē cholere & faciei raritatem. ¶ In ossis denudatione herisipilla malum. In herisipilla putredo, aut sanies malū. ¶ Herisipilla vera quatuor habet tempora, vt alia apata, quorum signa a superioribus extrahant. ¶ Herisipilla vera raro facit saniē, vt plm enim per insensibilē euacuationē terminat. ¶ Propterea in herisipilla cōtingunt accidētia q aliquotiens in curando superāt suā cām & preuaricant ordinem curationis, vt de flegmone dictum est. ¶ Propterea herisipilla motū sequit tertiane; & quia ad eius materiam habet analogiam.

CVRA herisipille vere vt cura veri flegmonis preter regimen vniuersale quatuor habet intētiones prima vitā ordinat. secunda materiā antecedentem adequat. tertia materiā coiunctā extrahit & euacuat, sed quarta accidētia corrigit. ¶ Prima complet cum debito regimine declinante ad frigiditatē & hu. vt in tertiana. Eligantur ergo aer & habitatio frigida, & infrigidata cū sparsione foliorum salicis vitis, & cānarū & iuncorum ros. & violarū & dimittat omnia calida vnctuosa, pinguia dulcia & acuta, dimittat vinum & lacticinia, vtatur lactucis, portulacis, cucurbita ordeato, riso, & aliis sanguinem inspissantibus infrigidātibus. sobrie viuat. ventrē teneat laxum. dormiat & quiescat, ac etiā hōeste viuat. ¶ Secundam rem complent euacuatio & flebothomia, qnq euacuetur materia cū aliquo colagogo, vt est electuarium de succo ros. aut aqua tamarindorū Ra. qcl. ℞. prunorum damas .xx. tamarindorum recentium. z. x. succ. vio. quartam mediam. fiat colatura, que detur

de mane. Et si vigoraret electuariũ cũ.z.j.de succo ros. esset valde bonum, flebothomia fiat si expedit ſm modum qui dictus est in flegmone. ¶ Tertiam rem cõplet infrigidãtia & repercutientia in principio casibus scitis in capl'o generali exceptis. ¶ Et postea cũ euaporãtib' extra ſm immanifestam sensui trãspirationẽ. Que vero nõ qtitate solum cõtristat. sed & qualitate vehemẽtẽ habens inflationem infrigidatione indigebat ampliori q ſm flegmonẽ. Terminus aũt infrigidationis sit transmutatio coloris: etenim cessat tunc certissime Aui. etiã ad hoc laudat effusionẽ aque frigide. G. vero succum solatri semperuiue portulace psilij iusquiami & ceteris in capl'o de flegmone formatis deinde euaporat materiã. G. cum farina ordei & alijs ĩ cura flegmonis iam superius dictis. Sicut enim & signa sumebãtur ſm analogiam ad signa flegmonis, ita & auxilia ad analogiã curationis ipsius. ¶ Sed quarta intentio cõplet cum de reditu materie & induratiõe & corruptiõe, sicut in flegmone dictum est de dolore & ardore optimum fit mitigatiuum de folijs & radicibus iusquiami inuolutis cum stupis coctis sub prunis mixtis cum populeõe vel cum axungia, ſm q de flegmonis dolore superius fuit dictũ si contingeret ipsam vlcerari curetur cum vnguento albo, aut cum vnguẽto de litargirio, aut si adderet eis scoria plumbi optimũ esset.

¶ Capl'm adminiculatiuũ predicto de formicis herpetibus & pustulis malis cholericis.

PVSTVLE male cholerice, vt dictum est sunt oẽs que in sua eruptione dimittunt corrosionem & virulentiã vt sunt oẽs ab herpete vsq ad cancrum. ¶ Et licet sunt multe spẽs carentes nomine, tñ sunt due nominate manifeste herpes. vcz cheyris grece arabice formica & miliaris, et sunt oẽs de cholera nõ naturali differẽte ſm grossitiẽ & subtilitatem. Quod autem transit vltra in grossitie herpestiomenus grece vocatur cancer latine. Et hec est intentio. G. in de tumoribus preter naturam. 4. terap. secundo ad glauconem. Aui. vero oẽs pustulas cholericas factas a cholera nõ naturali seque-

strata vocat formicas: qa a cholera naturali naturalitate nutritionis dicta q̄ est sāguis subtilis dixit fieri spinā i. verā herisipillam, vt superius fuit dictū. cōmisceam⁹ ergo grecum & arabicū, & faciamus grā manifeste doctrine duas spēs pustularū cholericarū sub quibus cōtineāt alie, vna vocatur herpes q̄ fit de cholera subtiliori. Alia vocatur formica de cholera grossiori: & non curemus de nominibus dumtaxat ꝙ res intelligantur.
SIT ergo herpes pustula vel pustule male cholerice herisipillate vesicate & inflāmate cum pruritu & rubedine declināte ad citrinitatem. Et breuiter herpes nihil aliud est ꝙ̄ herisipilla pustulata & vlcerata. vnde. G. in 4. terapen. valde enim est subtilis cholera que herpetē generat vt non solum oēs transeat: q̄ interius particulas q̄cunq̄ carnose substantie sunt. Sed & cutē vsq̄ ad ypidemiā quam solam corrodit. eo ꝙ detinetur quid ab ipsa qd' si demum hāc ptrāsiret velut sudor nō vlceraret.
CAVSE & signa ex dictis nota sūt. Ex dictis etiam apparet ꝙ herpes est velocioris resolutionis ꝙ̄ formica etiam apparet ꝙ est medium transitus de herisipilla ad formicam, & de formica ad cancrum.
CVRATIO tres habet intentiones vt herisipilla. Prima vitam ordinat. Secunda materiam antecedentē adequat. tertia materiam coniunctā regit & gubernat. ¶ Prima & secunda complentur vt dictum est de herisipilla: nisi ꝙ iuuamētum flebothomie minoratur in eo. ¶ Tertia vero non similiter in secundo ad glauconem quia illa indiget infrigidare cum his que humectant cum non sit vlcerata. Non ergo cum lactucis: nec portulacis, nec cū aqua frigida: sed cū teneritatib⁹ vitis & rubi & plantaginis cum lentibus & farina ordei: & eo ꝙ scriptum est ad flegmones: miscēdo quid mellis: si indiget mundificatione. Ad vlcerationes vero q̄ nō sunt multū male morigerate sufficiunt vnguēta alba & metalica que dicta sunt: & dicentur in vlceribus virulētis.
FORMICA est pustula vel pustule male cholerice sine latitudine cum inflatione & pruritu ambulātes in cute cū vlceratiōe corrosione & virulētia. Et breuiter

formica nil aliud est q̄ herpes malus. Eiusdem enim generis sunt vt dictum est. Cuius sunt due spēs: vna est leuioris motus: quia de magis acri & subtili cholera. Alia tardioris: quia de grossiori cholera adeo ꝙ quibusdam visum fuit supermisceri cholere fľa: & dicitur miliare: & tantum potest ingrossari materia ꝙ videtur esse pustule ficales & bothorales: quia ad modū ficus & bothores sūt apparētes. Ex qb⁹ apparēt cause & signa. SIGNA formica est tardioris resolutiōis q̄ herpes formica nō habet escarā: licet possit habere putredinē & virulentiā. In omni formica sentitur quasi punctura formice inquit Aui. veruca in nascendo assimilatur formice: non tñ in materia sed post efficitur claualis: & ideo. G. inuenit eam curare cum embula. 14. terapē. formica scz & pustule cholerice. licet a principio nō sit vlcera terminantur vt plurimū ad ea: & ideo tractatus vlcerum in eis habet locum.

CVRA formice vt herpes tres habet intētiones. Prima vitā ordinat. Secūda materiā antecedentē adequat, sed tertia partem pustulatam sanat. ¶ Prima & secūda intentio cōplentur vt dictum est de herisipilla & herpe. Verum est ꝙ in solutione formice illius mulieris romane. G. approbauit serum lactis ī quo quid scamonee apposuerat. Aui. vero in miliari iubet virtutē turbiht misceri: & etiā epithimi. ¶ Supra vero locum anteq̄ vlceretur ponenda sunt medicamina mixta habentia virtutem repcussiuā. vcz & diaforeticā. Et ideo in talibus laudatur emplastrum de arnaglossa dictum in carbunculo. Et emplastrum de duob⁹ granatis ante vlcerationem: & post sepissime vtile inueni. Aqua que currit ex ligno vitis cū aduritur in miliari & ficali seu bothorali laudatur ab Aui. Et si in ea decoquerentur capita piscium salitorum esset optīa. Milefollium & paritaria cum pauco sale pistata sunt optima ad bothoralem seu ficalē vt dixit Theodoricus. Et ad desiccandum putredinem in miliari precipue laudat Aui. linimentū factum ex flore eris: & sulfure cum aqua dicta. ¶ Vnguentum de bolo armeno & terra sigillata & aceto & aqua rosa. saltī

in circuitu approbat haliab. & laudo vt continuetur. Quando autem manifeste apparet corrosio & viceratio non descēdēdo ab infrigidatiuis ī circuitu: supra vlcus apponas trociscos andaron vel calidicō cum vino stiptico vel aceto commixtos vel cum aqua ro. sic ꝙ fiat linimentum inquit haliabas. ¶ Et si ista non sufficiūt oportet transire ad fortiora velut ad arsenicum & ferrum ignitum in secundo ad glauconem. Ista enim talia consumēdo materiā coniunctā corrodentē sanant corrosionem. Post vero ꝓcuret casus eschare cum butyro: aut aliquo vnctuoso. Et si opz ea incidere incidantur: aut cauterizent: aut cum ligamine ad modum veri sic? euellantur & sanatione aliorum vlcerū vlcus sanetur.

¶ De vndimia & apostematibus flegmaticis. Cap. iiij.

SICVT autē in cholerico reumate fit herisipilla: sic in flegmatico vndimia fit. 14. terap. qđ est apā flegmaticum duas habens drias: vt & alia: verum vcz: & nō verum. ¶ Vera vndimia fit ex flegmate naturali: quod nihil aliud est ꝙ̄ sanguis crud⁹ siue diminute decoctus q in massa sanguinaria ad nutriendū mēbra flegmatica repitNō vera est q̄ fit ex flegmate nō naturali. ¶ Est autē flegma humor frigid⁹ & hu. ex crudiori parte ipsius chili generatus: cuius aliud est naturale aliud non naturale. ¶ Naturale est humor frigidus & humidus in substātia crudus in colore declinās ad quādā albedinē: & in sapore & odore ad dulcedinē. ¶ Non naturale est quod deuiat ab isto infra terminos sue latitudinis quos si trāseat non est flegma: sed alter humor. ¶ Quod contingit dupl'r: vno modo in se qn̄ in sui substātia aquosat, vētosat, seu attenuat. Et sit tunc flegma tenue aquosum siue vētosum. aut ingrossat & inuiscat & fit tunc flegma grossum mucillaginosum: & gipseū seu vitreū p vlteriorēindurationē aut ipsū putrescit & alterat & efficit salsū & nitrosū & corrosiuū. ¶ Secūdo mō nō naturale efficit p admixtionem qn̄ alter humor venit sibi deforis: vt si sāguis efficit dulce: si cholera efficitur salsum: si melancholia: ponticum & acetosum.

Sunt ergo octo spẽs flegmatis nõ naturalis ꝯm Aui.ha liabas vero nõ ponit nisi quatuor. Gal.nõ videt̃ ponere nisi salsum & acidum. Nihilominus in scd'is febriũ & interiorum:& in multis alijs locis facit mentionẽ de vitreo:quod propter conuenientiã multotiens reponit cum acido.¶Ex quibus apparet ꝙ ex flegmate generã tur octo spẽs apatũ.primo ex flegmate naturali gñatur vndimia vera & certa.¶Secundo ex flegmate non naturali ꝑ admixtionem gñant̃ tria apata ꝯm ꝙ tres humores pñt cũ eo misceri:vt vndimia flegmonides & herisipillades atq; sephiroides.¶Tertio ex flegmate non naturali ꝑ alterationem in substantia generantur quatuor apata. primo ex flegmate ventoso generatur apa ventosum.secundo ex flegmate aquoso generatur apa aquosum.Ex flegmate crudo grosso mucilaginoso generant̃ oẽs nodi & exiture flegmatice a lupia vsq; ad nactã: vt sunt glandula:& nodi leues dubelle & testudines.Ex flegmate vitreo & gipseo fiunt oẽs nodi duri & scrophule.Ex flegmate corrupto & putrefacto generant̃ fistule & vlcera scrophulosa. ¶Est ergo vndimia vel ydemea grece zimia arabice apa laxum & indolorosum.i.parum dolorosum per comparationem ad flegmonem & herisipillam.

CAVSE ydematis sunt vt aliorũ apostematũ triplices:primitiue sicut casus & percussio & malũ regimẽ. ¶Antecedẽtes multiplitatio humoris flegmatici.¶Cõiuncte ipsum flegma coadunatum in membro.

SIGNA & indicia sunt humor laxus & mollis adeo ꝙ cedit digitis & seruat̃ impressio post digitorũ remotionẽ:dolor paruꝰ:calor debilis color declinãs adalbedinẽ cũ alijs signis dñiũ ꝯ'atis significantibꝰ. ¶Vndimia vt cetera apa quatuor hz tꝑa.pricipiũ augmentũ statũ & declinatio nẽ. Terminat̃ & declinat vndimia p'm ꝑ solutionẽ,raro ꝑ saniẽ:sepissime per conuersionẽ ad nodos: & ad alias excrescẽtias:quarum terminationũ cognitiões superius in capl'o vl'i sunt dicte.¶Apata flegmatica multiplicãt̃ i hyeme & in senibꝰ atq; crapulosis.

CVRATIO vndimie vere preter regimen vniuer

sale quatuor habet intẽtiones. prĩa vitã ordinat. secunda mãm antecedentẽ adequat. tertia mãm coniunctam gubernat. Sz quarta accñtia corrigit. ¶ Prima cõplet cum debita administratiõe sex rerũ nõ naturalium : & trium eisdem annexarũ q̃ oportet declinare ad caliditatem & siccitatem cum quadam subtiliatione. Et ideo competit eis aer subtilis & siccus & panis bene coctus & preparatus : & vinum sit bonum sincerum & clarũ cum pauca aqua. Carnes sint electe de auiculis campestribus & de bono mõtone: paucis vtaẽ brodijs & oleribus atq; offis. Caueat ab azimis & crudis & aquosis. Nõ comedat substãtias leguminum: neq; caseum: neq; fructus grossos: pisces fugiat nisi parum de petrinis ;& illi cum vino coquantur, assa sibi sunt vtiliora elixatis & pastilatis. sobrie viuat, parum comedat, & min⁹ potet, venter laxetur cum ficubus & cartamo. Exercitiũ temperatum est bonum, parum aut nihil dormiat, precipue in die, fugiat balneum, & omnes res humectãtes. ¶ Secunda intentio cõpletur digerẽdo materiam cum aliquo oximelle: & eã euacuãdo cũ aliquo phlegmagogo: vt essent pillule cochie aut de benedicta: aut diaturbith. Et si plectoria adesset: laudabiẽr posset aperire venam. ¶ Tertia intentio completur in principio cum repercussiuis non infrigidantibus: sed aggregãtibus exiccationem & resolutionem. In augmento cum resoluentibus fortioribus. In statu cum puris fortissimis. In declinatione cum cõsumptiuis. si incedit via resolutiõis: si via exiture regiẽ cum maturatiuis : & reliquo exiturarum regimine. ¶ Auxilia repercussiua aggregantia exiccationem & resolutionem q̃ cõpetunt in principio sũt trium formarum. ¶ Prima forma est Gaẽ. 14. terapẽ. & secundo ad glauconem ꝓpter aũt inquit phlegmati cum humorẽ sufficit aliquãdo & spongia sola in aqua infusa modicum aceti hñte. Fiat autẽ mixtio vt vtiq; liberet quis: & supple calefiat. Et quandoq; dicit Aui. loco spongie administretur pãnus duplicatus: aut supple consiẽe & bonum est assiduare & remutare sepe: & cõprehendat oĩa latera ; & ligatura sit cũ bona strictura

a capite membri incipiendo. ¶ Secunda forma est Aui. ℞. aq̄ baurach & cineris & aceti. añ. qđ sufficit. ¶ Tertia forma est Raſ. & eã concedit Aui. ℞. aloes mirrhe licĩ acatie siefmemite ciperi croci orientalis boliarmeni añ. oĩm partes equales pulverizẽtur: & cum succo caulium & aceto misceantur & fiat empl̃m. ¶ Auxilia q̄ cõplent intentionem augmenti sunt predicta fortificata cum aceto. ¶ Sed ea q̄ cõplent statum & declinationem si tendit ad resolutionem sunt trium formarum. ¶ Prima est Aui. & est spongia in lixiuio cinerum vitis & fici & ilicis .i. querci. Secunda est bruni & eam accipit Theodoricus . ℞. alũis sulfuris mirrhe salis ana partes equales conficiantur oĩa cum oleo roſ. & aceto & fiat linimẽtum. ¶ Tertia est Auic. ℞. stercoris vaccini lib .ſ. olibani storacis vsnee calami aromatici spice absinthij. ana .ʒ. ſ. confice cum aceto & aqua caulis & fiat empl̃m. ¶ Ad maturandum apãta phlegmatica laudat. Rogerius diaquilonem quem ipse cõficit. Item ad idem. ℞. maluam branchã vrsinam radicis bismalue radicis lilij cepas assatas: limacias: fermẽtum se. lini cocta & pistata: & cum axungia veteri vel butyro mixta & fiat emplastrũ. ¶ Item Theodoricus extrahit succum de ebulo & sambuco lapacio & leuistico maratro decoquantur bene cum dyaltea melle oleo & butyro: & fiat emplastrum. ¶ Maturato autem apãte non expectetur vt aperiatur per se: quia tarde aut nunq̃ aperietur vt dicit henricus. Sed cum ferro aperiatur: aut cum caustico iuxta formam superius dictam. Et mundificetur sanies cum vnguento apostolorum & mundificatiuo de apio & succo absinthij. ¶ Aut cum isto qui ſm Dinum attrahit & mundificat saniem grossam. ℞. galbani armoniatici: resine: terebentine: picis sepi vaccini: olei antiqui. ana partes equales dissoluantur gumme cum aceto: & liquefiãt ad ignem cum alijs & fiat vnguẽtũ: & curatione vlcerum sordidorum cura: & ita complet̃ tertia intentio. ¶ Sed quarta intentio cõpletur ſm naturam accidentiũ: vt si accidebat dolor. tũc ſm Aui. oportet vt sedetur dolor in primis cum eis que sunt sicut

ysopus humida:& vinum coctum:& cerotaria cū oleo de camomilla de absīthio & spica & cera. Sed durities dissoluatur cum medullis bouinis ceruinis & cōsi͂lib⁹. vt dicetur infra.

¶Capitulū adminiculatiuum de apostemate ventoso.

TEMPVS igitur est iam de inflationibus pertransire non eandem ydematibus curam habentibus in.14. terap̄. Nam & illa quidem vt dixi a phlegmatico fiunt humore. Et propterea comprimentibus nobis cedunt: vsq3 sufficiens in profundum digitis descendentibus in ea. ¶Inflationes vero ex spiritu coaceruato fiunt: quādoq3 quidem sub cute: quandoq3 vero in membranis: que circa profundū coexistunt, quandoq3 vero circa vnum membrum, quandoq3 vero per totum corpus discurrūt quādoq3 etiā cū dolore, qn̄doq3 vero absq3 ip̄o.

CAVSE talium vētositatum in sexto de egritudine & sinthomate est debilitas caloris in materia phlegmatica ad hoc disposita. Est autem inquit & harum generatio in ipsis humoribus phlegmaticis vel cibis in vaporem resolutis a caliditate egena. Nam perfecta quidē infrigidatio nullaten⁹ vaporem operatur: quoniam nō omnino subtiliat neq3 excoquit quod dissoluit cibum. Fortis autem caliditas multo copiosius obtinēs plusq3 s̄m generationem vaporis subtiliat nutrimentū. Si vero ventosum fuerit natura: tunc enim generat̄ quidam spiritus turbidus vt vtiq3 dicat quis caliginosus & paucus, quod ab ipsa eructuatione euacuatur. Retinetur autem in loco, vt dicit Aui. propter spissitudinem mēbri aut propter ipsius vaporis grossitudinem.

SIGNA & iudicia sunt inflatio turgida clara resistens tactui cum quadam luciditate sonans: vt vter dū percutit̄ & sentitur sepe ambulans p totum corp⁹ dolorem excessiuum pariens, vētositas inclusa q̄ non dissoluitur multa parit incōmoda: ventositas fumosa currēs per corpus cū dolore & anxietatibus est verenda; quia videtur eleuari ab aliqua materia venenosa.

CVRA apostematis ventosi tres habet intentiones prima est in vita, secunda circa digōnem. Sed tertia in

extirpatione materie cõiuncte. ¶ Intentio vite sit ꝙ ipse abstineat se ab omnib⁹ grossis viscosis crudis phlegmaticis & vẽtosis vt sũt res dulces substãtia leguminũ fructus rape castanee: vtat̃ caľis & siccis subtiliantibus & causantibus ventositatem & panis ordeatus inquo ponatur sal & ciminum. Potus eius sit vinum album aut clarum aut vinum grecum & bonum pigmentum: vtat̃ porretis cicere cum cepis & petrosilio calamento atq; rutha in quo ponat̃ ciminũ. Carnes sint volatiliũ & aliorum ſm quod dictum est in capľo precedenti. ¶ Quarta virtus digestiua confortet̃ cum bonis spẽb⁹ & cõfectionibus de dyacimino diacalamento & cum tali tragea. ℞. anisi maratri: carui: dauci: cimini: baccarũ lauri tritorum ana. ℥. j. liquiricie rase zinzi. albi: galange añ. ℥. ß. gariofilorum: cubebarum: pipis longi: se. ruthe. añ. ℥. ij. anisi cõfecti quartam. j. panis zuccari tabarzet. lib. ß. fiat tragea. Et ab extra iungatur stomachus cum oleis de spica de costo atq; de rutha. ¶ Sed tertia intẽtio cõpletur cum his q̃ habent mixtam virtutẽ vt digerant & euaporent & stipticent moderate & non augeant dolores. Et ad ista sumuntur tres forme auxiliorum a. G. 14. terap̃. ¶ Prima est spongia nqua infusa in coma. i. sapone vľ lixiuio calido coexistẽte dolore forti subiũgatur particula cum aliquo oleo resolutiuo vľ cum aliquo relaxatiuo calastico non exñte forti dolore. ¶ Scd'a forma fit cum lana succida infusa in sapone vel lixiuio cum vino cocto austero maxime ſm principia : fortis autem virtus est in sapone & in aceto: non ita autem in vino. horum autẽ. s. de vino aceto & oleo plus misces q̃ de coma cum mitigare volueris. Expellere autẽ & corroborare volẽs vinum austerum nigrum euaporare eligens comã, acetum autẽ ad ambo opatur. quia & mixtam virtutem habere demonstratum est. ¶ Tertia forma fit linimentum de terra tenaci & calce viua simul coctis cum aqua & vino. ¶ In casu autẽ in quo talis vẽtositas esset fumosa mala & corrupta a materia venenosa eleuata, & curreret per membra cum dolore & estuationibus intolerabilibus non est consilium ſm Guliel.
de

de saliceto nisi q̄ postq̄ fuerit appræhesa in vno loco ligetur membrum a parte superiori & inferiori: & in medio perforetur cum rasorio: aut cū ferro calido taliter q̄ exeat: postea impleatur locus cum aloe & bolo dissolutis & mixtis cum oleo rosaceo & aceto. Et post tertium aut quartum diem locus incarnetur & consolideur: dieta tñ in isto casu sit tenuis: & mūdificetur corpus cum aliqua medicina. Et si tiriaca sibi daretur: bonum esset.

¶ Capitulum adminiculatiuū de apostemate aquoso.

EX PHLEGMATE aquoso & seroso generatur apostema aquosum laxū & omnino īdolorosum: vnde in sexto de egritudine & sinthomate: ex serosis quidem superfluitatibus abūdantibus in corpore generatur yderus. In particulis vero: vesice & apata aquosa: quorum cause sunt alteratiua: virtus infrigidata: & male disposita & ciborū malitia: & aquositas: & ideo .14 terap. & secundo ad glauconem assimilat tale phlegma phlegmati ydropicorum & corporum male habituatorum est penitus aquosum non diuersificans curam ab ydemate vero nisi in maiori desiccatione.

SIGNA & indicia sunt quasi ydematis veri: nisi q̄ tumor est magis laxus in isto q̄ in illo: & ideo non tm̄ resistit tactui: & sonat non vt ventus sed vt aqua & trāslucet aliqualiter circa lucem. In apate aquoso est debilior calor q̄ in ventoso: vt ponit Gal. 4. afforū qbuscūq̄ torsiones apata aquosa magis accidūt in pedibus & testicul. seu in capite & iuncturis q̄ in alijs locis: quia aquositas plus in eis descendit & caliditas magis in eis hebetatur: secūdo pnosticorū: sicut ventositas raro reperitur sine aqua: ita neq̄ aqua concluditur in pticula sine vento.

CVRATIO quinq̄ habet intentiones. prima stat in vita. secūda ī rectificatiōe digestionis. tertia in purgatione per ventrem. quarta in eductione per vrinā: qnta in euaporatione humiditatis coniūcte. ¶ Primas duas ordinauit Gal. in de subtiliante dieta. Tres vltimas posuit in secundo ad glauconem. & .7. afforismorū. cōmēto illius. Quibuscunq̄ epar. ¶ De vita prima res perficitur

per regimen dictum in duobus capitulis precedentibus nisi quod oportet vt istud sit magis calefactiuum & desiccatiuum, & ideo dimittat omnia humida & aquosa vt aquã & herbas virides, & fructus, & caseum, & lac atq; pisces. & omnia legumina. & carnes porcinas & dimittat offas, & omnia brodia, sobrie comedat & potum minuat, panis suus sit de ordeo in quo quid ponat de aniso, vinum sit optimum, tamen in parua quantitate sumptum, vina greca, & pigmenta sunt sibi bona, aqua cicerum, & saluia, ysopus. calamentum, allia & sepe cocta, spẽs & genera salis conueniunt, cibaria cuniculorum & auicularum cãpestrium, & carnes gallinarum & montonum expediunt, & omnia sicca. laboret & vigilet, ieiunet, & ventrem & vrinam sepe inuitet. ¶ Secũda intẽtio cõplet cũ bonis speciebus & bonis drageis & vnctionibus superius dictis. ¶ Tertia res completur per purgantia humiditates aquosas & serosas vt sunt panis factus de farina ordei, aut lacte titimalli. aut panis fact⁹ de esula & granis cathapucie atq; tartaro cum modico de spica, aut pillule de succo cucur. aggrestis, & spẽbus dictis ad hebẽ Mesue in simplicibus medicinis suis. ¶ Quarta res completur cum dragea dicta in qua agitur semẽ apij petroselini. & se. alkekengi atq; spica. ¶ Sed quinta res pficitur cum exsiccantibus & resoluentibus trium formarum. ¶ Prima est Gal. vbi supra cũ oxirodino & sale. ¶ Secunda est eiusdem cum spongia infusa in lixiuio & alijs auxilijs dictis in vndimia vera fortificata cum affronito, & alumine & sulfure. ¶ Tertia forma est cuiusdã emplastri, p Auicẽ. in cura scrophularũ in cathegenis Gal. attributo: de quo dicit q resoluit omnem duritiem in minus q̃ ebdomada in tribus. s. diebus. Ego tñ eum in illo libro non inueni. Sed eũ ad resoluendam duritiem aquosam & vẽtosã acceptaui. ℞. seminis sinapis ʒ. vrtice sulfuris spume maris aristologie bdellij armoniaci, olei antiqui cere quod sufficit, & fiat emplastrum. Si autem per illud non resoluitur non est consilium, nisi quod cum ferro aperiatur. & post mundificetur & modo vlcerum sordidorum curetur.

¶ Capitulum adminiculatiuum de nodis glandulis scrophulis & omnibus excrescentijs phlegmaticis.

GLANDVLA & scrophula, nodus & lupia testudo & nacta hernia. botium atq; bubo fugilinus vbicumque in corpore nascantur phlegmaticam videntur habere materiam, vt dicit Rogerius, & bene dicere videtur, quia licet aliqua sint permutata in duritiem melencholicam, radix tñ eorum fuit phlegma pro maiori tñ pte, quia aliqñ coniungitur cum eo alter humor, nos tamen loquimur semper de simplicibus, vt sint exempla cōpositorum secundum quod superius fuit dictum. Omnia tamen predicta sub genere exiturarum & excrescentiarum phlegmaticarum reponūtur. ¶ Speciales presertim inter se habent differentias glandula ad formā glandis dicta satis mollis vnica mobilis & separata vt plurimū in emunctorijs generata reperitur. Scrophula ad modū scrophe porcine plurificatur dura, non omnino separata in collo plurimū reperta. ¶ Lupia sicut lupulus mollis rotunda in iuncturis & locis siccis suam aperit natiuitatem. ¶ Nodus sicut nodus chorde rotūdus durus & māsiuus circa loca neruosa inuenitur. ¶ Testudo est exitura magna humoralis mollis cum lataforma ad modum testudinis dicta in capite talparia, in collo botium, in testiculis hernia & aliquotiens cū sanie & squamis, aut fistulis reperitur ¶ Nacta est etiam nascentia magna carnosa velut caro natium seu ancharum diuersarum formarum, & quantitatum velut melon & cucurbita sortiens diuersa nomina secundum formam & membra. Plura autem nomina habent predicte excrescentie. Sed non est curandum, dumtaxat quod res cognoscatur que diuersificetur & inducat sub talibus diuersitatib⁹ curā. ¶ Excrescentiarum quedā continentur in sacculo siue chisti, quedam vero sunt in carne insiltrate, quedam etiam sunt resolubiles, quedam vero non, quedam sunt cum gracili pede. quedam vero non, quedam magne, quedam parue, quedam sanabiles, quedam vero non. quedam etiam sunt squamose fistulose & cancrose quedam vero non, & sic de alijs.

CAVSAE istarum nascentiarum sunt triplices videlicet primitiue, vt casus, & percussio crapula & regiminis malitia. ¶ Antecedētes sunt humores maxime innaturales phlegmatici, & flōnes permutati, vt superius fuit dictum. ¶ Causæ coniuncte sunt ipsemet materie que in loco continentur. Continētur autem in istis. quandoq; humores aquosi putridi & corrupti limosi & muscillaginosi mellini pultini & adipini. ¶ Quandoq; vero continērur carnes phlegmatice & spongiose atq; glandulose, quandoq; vero lapides & alie res.

SIGNA & indicia habentur per suas dictas descriptiones & differentias. Signum q̄ concludantur in chisti est mobilitas & cutis separatio.

¶ Quando vero sunt mansiue & adherentes in carne siue chisti videntur esse. ¶ Noue & tractabiles videntur esse resolubiles, dure vero & antique nequaquā. Rubor & dolor, & caliditatis additio ostendunt excrescentias saniaturas & fistulosas & cancrosas. Multiplicatio scrophularum & discursus earum per corpus & caliditates extranee ipsas ostēdit esse germina scrophularū intrinsecarum. Vnde arnoldus scrophularum extrinsecarum multitudo clamitat earum pluralitatē intrinsecam. De quibus dicit Aui. q̄ tales in casu & offensione multiplicantur. Et ideo sequitur in arnoldo q̄ in talibus parum proficit exterius operari, & tu scis supra q̄ eis multum conferunt purgantia, & potiones diuretice atq; electuaria desiccātia, & etatis mutatio puerilis, propterea pueri propter gulositatem & raritatem corporis sepius incurrunt scrophulas. Senes autem tardius, propter contrarium. ¶ Amplius habentes frontem curtam, & tempora compressa, & maxillas amplas parati sunt ad scrophulas, quia in talibus prompte materia deriuatur ad collum, vt dicit Henricus. ¶ Incisio excrescentiarū & corrosio est multū verēda circa ventrem collum & cōmissuras, propter propinquitatem venarum arteriarum & neruorum ac intrinsece spatiositatis. ¶ In incisione magnarum scrophularum est cauēdū de vena que nutrit eas circa pedem. Sepe enim parat emorosagiam &

periculum magnum.

CVRATIO duos habet processus. vniuersalē videlicet & particularē. Vniuersalis processus concernit vitā, vt non multiplicetur materia & adequat materiā antecedentem, vt non addat in coniunctam.

¶ Primum completur per regimen dictum in capitulis proxime preteritis. Ad maiorē subtiliationē & incisionem declinādo. quare ꝯm Aui. oportet vt deuitet cibos grossos, & potū aque frigide & nauseatiuā satietatē & repletionē, & toleret famem quantū poterit. Super omnia bonā digestionē procuret. Caueat habitationē humidā & vallosam aquarū malarū irrigatā. ¶ Potus eorum sit bonū vinū atq; aqua aluminosa seu sulphurea. Nam ꝯm arnoldum vsus aquarū mineraliū maxime saporis tartarei nō solū interiora bocia, sed extrinseca valet attenuare. ¶ Secundū completur tripliciter euacuando per secessum, & per flōmiam quādoq; & purgando per vrinā, ac euaporādo cum cōsumptiuis. ¶ Ad primū laudatur per omnes puluis de turbith qui ꝯm Auice. fit de turbith & zinzi. & zuc. partes equales, & concedit de ipso. ʒ. ij. & testificatur ꝙ cum hoc ꝙ soluit phlegma grossum nō calefacit. nec abradit intestina. Rasis vero qui fuit magis audax in laxatiuis eum facit in capitulo de doloribꝰ vētris in nono Almā. de. 20. ptibꝰ turbith &. 10. zinzi. & 30. zuc. &. ʒ. iij. de ipso concedit. bñdicta & vera & pillule de agarico & maiores hermodatilate sunt satis cōuenietes. ¶ Ad secundū ex dictis multorū talem cōsueui potionē, ℞. ℈. partes tres. philipēdule partes duas. pimpinelle piloselle tenateti cauliū rub. rubee ma. ana. partem. j. aristol. radicis spatule fetide radicis raphani. ana. partem ß. conquassentur, & cum vino albo & melle vsq; ad consumptionē medietatis coquantur, & fiat colatura de qua de tertio in tertiū diem hora matutina. quartum. i. tepidū administretur. ¶ Ad tertiū Gal. 14. terapen. maxime ad glādulas intrinsecas que extrinsecarū sunt cause consulit thiriacā athanasiā atq; homorusiam. & medicamen quod per craticā nepitam aliter calamentū fluuiale cōstruxit. ¶ Plures alias

potiones & electuaria, olea etiam ad iniiciendū per aures & emperica multa posuerunt nostri predecessores que in operibus meis non acceptaui. ¶Cōcedo tamen ꝙ virtute diuina serenissimus rex Francie tangendo liberat multas, & hoc est de regimine & processu vniuersali. ¶Particularis siue localis processus maximā sumit diuersitatem a substantia quātitate, & natura membri & corporis. Temporis autem duratio licet non iudicet curam, iudicat tamen qualis est dispositio. decimoquarto terapen. ¶Et quāuis a predictis possint sumi multe indicationes & intentiones. Reducantur quantū est de presenti ad sex. ¶Primo molles parue que vocantur lupie, quando sunt in membris firmis, que propter paucā duritiem suspicātur habere tenerā chistim, constringuntur & desiccantur. ¶Secundo maiores non multum dure nec inueterate ad modū apostematū phlegmaticorum mollificātur resoluūtur & consumūtur. ¶Tertio saniose & apostemose aperiuntur & mundificantur. ¶Quarto que nō poterūt cum predictis curari & sunt mobiles & tractabiles incidātur & extrahātur. ¶Quinto que tales erunt immobiles & infiltrate atqꝫ late corrodantur & mundificētur. ¶Sexto que tales & pedem siue radicem habebūt gracilem ligentur & euellantur. ¶Primum completur vt tales ꝭm Aui. conterantur & comprimantur, deinde super ipsas stringatur cum graui ligatura plumbū quoniam vt ait digerit ipsum. Primo enim fricetur lupia cum manu, vt aliqualiter calefiat & mollificetur, deinde tenendo particulā firmiter cum fundo scutelle, aut cum aliqua solida linea, totiens & taliter percutiatur donec euanescat, & cū chistis interior fuerit delaniata, & materia sparsa, & statim desuper laminam plumbi ꝭm quātitatem lupie cum bindello duorum capitum stricte & firmiter ligetur, & de nouem diebus non remutetur. ¶Rogerius tamen premittit vnguentū factū de plumbo vsto & caligine sambuci seu ficus cum oleo & aceto, quod brunus accepit. ¶Theodoricus premittit emplastrū factū de aloe acacia mirrha olibano & sarcocolla cū aceto & albumine

oui. ¶ Henricus premittit & super laminā ponit etiam paruas plagellas de stupis infusas in albumine oui inspissato cū sale & alumine zuccarino. ¶ Secundū cōpletur vltra auxilia phlegmaticorū apatum superius positorum que ad hoc & ad omnes hernias cum sequētibus sunt vtilia per quoddā empl'm. Gal. cathagenorū quod dissoluit exituras grossas, & cōfert patienti scrophulas & apatibus que fiunt in radice auriū & podagre, & in multis alijs facit opus laudabile. In vltimo. ℞. olei veteris. ℥. xij. picis sicce. ℥. sex. laudani. ℥. iij. lithargiri. ℥. xij. viride eris. ʒ. xiiij. galbani. ℥. iij. teratur litargiriū cū oleo & coquatur, & cum erit inspissatū supponatur pix & viride eris, & vlimo ponatur laudanum & pistentur in mortario, & vsui reseruentur. ¶ Secundū Ras. similiter eadem intentio & multos alios completur cum dyaquilone cōmuni & yreato. Cuius forma infra in antidotario ponetur, in quo ad vnam libram dyaquilonis malaxetur. ℥. j. pul. radicis yreos, aut cū dyaquilone magno hebē. Mes. Cuius forma dicetur infra. ¶ Ipse etiam rasis vir magne experiētie consulit stercus antiquū caprinū cum melle & aceto supra ignem emplastratum aut empl'm factum de fenugreco se. lini, semine caulium cum musc●agine maluauisci confectis. & est bene maturatiuū. Haliabas cōmendat istud. ℞. farine fabarum. farine ordei cuiusqꝫ. ʒ. x. radicis liquiritie, radicis altee picis cuiusqꝫ. ʒ. v. cere albe adipis anserine cuiusqꝫ. ʒ. x. teratur & incorporentur cum oleo antiquo, & vrina pueri virginis, & super lento igne fiat emplastrum. ¶ Ex auxilijs Auicen. hoc accipio. ℞. stercoris vaccarum. ℥. ij. radicis caulium radicis capparis squille ficuum pinguium añ. ℥. ß. lupinorum bdelij ana. ʒ. ij. mellis aceti. asungie por. fecis olei antiqui. ana. quod sufficit, fiat emplastrum.

¶ Brunus probauit in omnibus apostematibus duris, & Theodoric⁹ ab eo accepit armoniacum bdellium galbanū omniū partes equales dissoluāt in aceto per tres dies qb⁹ s̄ ignē addat furfuris subtil. q̄ sufficit fiat ēplastrū. Rogeri⁹ ad scrophulas. ℞. radicis filicis affodillorū. & si adderet ebulorū bonū eēt coquāt ī optimo vino, & pi

stādo addat modicū de sulfure viuo & fiat ēplastrum. ¶Magister meus montispessulani summe laudabat emplastrum factum de limacijs.12.coctis cum vino aut lixiuio cinerū clauellatorū:aut cū capitello: imo ꝙ forti⁹ erat eis qualibet die vnā siccā aut cōfectā administrabat. ¶Tertia intentio completur cōmuniter cum predictis: nam omnia resoluentia mollitiua qn̄ inueniunt materiā repugnātem resolutioni materiam maturant & insaniāt precipue si fuerit dulcis materia,aut cum sanguine associata. ¶Haliabas tamē appropriat ad maturandum eas emplastrum factum de farina ordei & olibano atqꝫ pice cum vrina pueri incorporatis. Aui.vero ad refrenandā furiam caliditatis consulit farinā predictam cum aqua coriandri:& fortius illo fit de myrra cum duplo sui de licio cum aqua dicta. ¶Ipsis autem maturatis:quod scies per signa saniei aperiantur aut secentur & mundificenē cum vnguento apostolorum ad christianos relato sanationis magne in scrophulis malis & vlceratis:aut cum vnguēto egyptiaco Raſ.in antido.dicendo:& cum dyaquilone: aut cū diapalma desuper ponēdo. ¶Et si essent in loco ī quo ossa essent cōtaminata & corrupta:vt ī iuncturis dicet infra:aut aliqua mala morigeratio adducta regantur cum regimine vlcerum ad que determinantur. ¶Quarta intentio cōpletur ſm doctrinā albucrasis quā in hoc sequuntur oēs preterqꝫ in experiendo materiam cum intromisso:quod fortem facit.quia continens humores secundum longum aperit & mundificat:continētes vero res duras secundum crucem secat & excoriat. Quicquid sit glandulas & scrophulas & tales excrescētias tractabiles iubet cum digitis apprehendere:& secūdum longum findere et excoriare cum aliquo sputamine cōtuso et non acuto: elongando labia cum vncinis: & eas cum flosculo suo totaliter extrahere:quia alias rediret.Et vulnus si necesse est suere,et reliqua vlcerum curatione tractare. ¶Ego autem propter melius extrahere apprehendo desuper cutem: & cum forpicibus secundum ꝗtitatem excrescētie in forma folij mirti quod superest de cute incido:& in reliquis vt dictum est pro-

cedo. Si autem sanguis te perturbat: iubet eum cum auxilijs ad sanguinem restringere: & postea ad operationem redire: parum autem fluxum cum spongia stupis: aut cotone infuso & expresso in aqua & aceto exsiccando ego restringo. Si ergo aliqua vena digna ratione continuatur cum pede: iubet eam ligare, & ita quousq; cadat dimittere vel permittere. ¶ Si aliquid de chisti aut flosculo vel de aliquo extraneo remanserit iubet consumere in primis diebus implẽdo vulnus cum cotone vel consimili infuso in aliqua aqua salita. Ego autem in albumine oui cum alumine inspissato. Post vero cum vnguento egyptiaco vel aliquo de corrosiuis. In omnibus autẽ istis operationib⁹, quod apostemata sedat iubet apponere. propter hoc igitur super totum stupatam infusã in albumine oui & oleo ros. superponendo.

¶ Quinta intentio completur secundum Brunum & sequentes ipsum quod cutis cum caustico secũdum quãtitatem excrescentie rumpatur & caute seruetur ne ad alias partes diffundatur. Et ad hoc non fallit, & operatio nẽ iuuat raptoriũ de calce & sapone, & operationẽ suam perficit saltim in. 12. horis, & si staret amplius non esset malum, deinde scinde in medio escare secundũ longum profundando vsq; quasi ad viuum & incisurã incarcera cum aliquo lichinio de aliquo corrosiuo seu forti medicamine a puluere affodillorũ vltra. Et licet multi multa ponant, & in antidotis multa nominentur, arsenicum sublimatum & preparatum. qui scit eum bene ducere obtinet principatum, vt infra dicetur in ruptura. Modus autem ducendi & gubernandi talium certitudinaliter describi nõ potest in tertio terapentice. Est enim arsenicum fortis & violenta medicina commouens febres & accidẽtia mala in parua quãtitate magnã faciẽs operationem. Quantitas communis est medietas grani frumenti in fortibus & longe a membris principalibus plus in contrarijs minus, melius est semper reiterare q̃ in vna vice nimis ponere. per tres dies durat operatio sua: quare interim teneat infirmus regimẽ, ac si haberet febrem & membrũ & partes adiacẽtes cum populeone

solatro & aceto, & aliis infrigidantib⁹ defendant. Quã do autem constabit tibi per duritiem & tumorem escare quod glandula est corrupta, extunc procura casum escare cum butyro lauto cum modico de farina frumenti inspissato, aut cum axungia vel aliquo non salito vnctuoso. Et post casum escare, si aliquid remanserit cum pul. affodillorum, aut vnguento egyptiaco consumatur. si vero totum est consumptum more aliorum vlcerum consolidetur.

¶ Sexta intentio cõpletur cum ligamine de seta aut de pilis equorum stringendo de die in diem ligamine posito, aut ponendo aliud quousque excrescentia fuerit desiccata. Iuuando ligamen cum aliquo corrosiuo & sedãdo dolorem cum albumine oui aut oleo populeone. aut cũ aliquo sedatiuo. Et postquã ceciderit more superius dicto procuretur.

De sephyros siue sclirosi vel schiros. & apostematibus melencholicis. Cap. v.

TEMPVS igitur est iã pertrãsire ad aliud humorũ genus de humore. videlicet melencholico generato habens duplicem differentiã. s. verum & nõ verum, vt & alia apata. Est enim verum apostema quod ex melencholia fit naturali, que nihil aliud est quam sanguis grossus qui in massa sanguinaria ad nutriendum mẽbra melencholica reperitur. Non verum vero quod fit ex melẽcholia non naturali. Melencholia est humor frigidus & siccus ex grossiori parte ipsius chili generatus. Et est duplex, naturalis & non naturalis. Naturalis est boni sanguinis fex & turbulentia in substantia grossa, in colore declinans ad nigredinem, in sapore ad ponticitatem & acredinem. Non naturalis est que deuiat ad ista infra terminos sue latitudinis, quos si transeat non est melẽcholia sed alter humor. Quod contingit quadrupliciter, vno modo in se quando aduritur & putrefit, & efficitur colera nigra acida que si proiiciatur supra terram bullit, sicut acetum & musce eam fugiunt, secundo modo qñ fit per adustionem aliorum humorum, vt puta coleræ

aduste quãdo vltra aduritur, & est etiam ita malitiosa, quod bullit & musce eam fugiunt. Quãdo sanguis & flegma aduruntur. Efficitur etiam innaturalis melencholia per adustionem. ¶ Iste enim due species magis sunt mites vt dicit Auicen. Gal. tamen & haliabas nõ faciunt mentionem nisi de duabus primis. Tertia vero efficit melẽcholia innaturalis per cõgelationẽ & indurationẽ, aut ab extra ex phlegmone, & apostematib' de humoribus naturalibus qñ indocte infrigidãtur aut resoluuntur, sub tile tunc resoluitur & grossum petrificatur & in melencholiam reducitur. Quarto modo efficitur innaturalis quãdo alter humor venit sibi de foris: qui tamen omnes dulcorant eam, exceptis choleris duabus adustis. ¶ Ex quibus apparet quod ex melencholia quatuor generãt apata. ¶ Primo ex melẽcolia nãli generãt sephyros siue sclirosis vera & certa phlegmonica qeta cui est aliquis sensus absq; dolore. ¶ Secundo ex melencholia innaturali per adustionẽ tria fiunt apata vt sephyros phlegmonides vndimiades & herisipillades. ¶ Tertio ex melencholia innaturali per congelationem & indurationẽ generatur sclirosis vera & certa durati ca cui non est sensus nec dolor. ¶ Quarto ex mẽia innaturali per adustionem gñantur omnes species cancrorũ. Est aũt sclirosis siue sephyros apostema durum quietũ sedatum & indolorosum.

CAVSAE ipsius sunt triplices, vt & aliorũ apatum primitiue videlicet vt est regiminis malitia multiplicantis melẽcholiã & sanguinis grossitiem. ¶ Antecedentes humor melencholicus multiplicatus & male a splene attractus & pessime a corpore expulsus. Coniuncte sũt ipsamet melencholia in particula iucuneata.

SIGNA & indicia sunt tumor durus cum sufficieuti resistentia & color in medio ruboris & nigroris. qualis est fecis color. vocant autem plurimi medicorũ liuidũ. Et si venas dignas ratione habeat particula videntur eleuata, vt in ventre multornm epaticorum excernuntur prout hec leguntur. 14 terapen. Et cum hoc adsunt signa significantia melencoliã. ¶ Apostemata melen-

cholica incipiunt vt plurimũ appere pauca & paulatim deueniunt magna. Et quedã sunt solũ in vno membro quedã mutãtur de vno membro ad aliud, & noiatur fermes ꝯm Aui. ¶ Amplius apãta melencholica multotiẽs terminantur per resolutionem, sepe tñ remanent indurata, plurimũ etiam in cancrum reuertuntur.

CVRATIO tres habet res. Prima est in vita. Secũda in materia antecedenti. Tertia in coniuncta. ¶ Vita ipsorũ ordinatur in rebus nõ naturalibus sobria & moderata declinãs ad calidum & humidum. vtatur enim bonis cibarijs euchimijs bonum sanguinem generãtib⁹ vt est panis frumentaceus deputatus, bonũ vinũ, & bone carnes gallinarũ & captorũ porcorũ, & brodijs ipsarum, & precipue gallinarũ. nã ipsarum brodiũ reparat totã naturã. vtantur spinachijs boraginibus lupulis lactucis, & talib⁹ q̃ sanguinẽ habẽt purgare. Caueãt oĩa que melẽcholicũ sanguinem gñant, que in tertio de interioribus numerãtur, vt sunt carnes bouine & caprarum & asinorũ & camelorum vulpiũ leporum atq; canum & siluestrium porcorũ, & vt sunt pisces bestiales & obstracosi, olerum vero brasica. i. caules rubei, & leguminum lenticula vilissimus est cibus, & panes furfurei & leguminosi. Sed & vinorum que grossa & nigra & veteres casei. Caueant etiã a testis assatis, frixis, salatis, acetosis, & acutis. velut sunt allia cepe piper sinapis & oĩa sanguinẽ adurẽtia. Caueant ab ira & solicitudine, & nimio exercitio & vigilijs superfluis, ventrem teneant laxum, letitiam diligant & tranquilitatẽ. ¶ De secũdo precepit Auicen. vt corpus mundificetur & flebothometur, & ad hoc laudat Hebẽ. Mes. sene epithimuz polipodium fumum terre lupulos & volubilem casiam fistu. mirabol. indos atq; lapidem lazuli dyasene dyacatholicon yera ruffini ad hoc sunt assignata.

¶ De tertio teneo me cum Auicenna quod caute agatur nam materia tante est malitie quod si indocte resoluatur petrificatur, si nimis mollificatur timendum est quod corrumpatur & in cancrum conuertatur. propter hoc enim ipse precipit facere duas reuolutiones, primã

mollificantium, secundam resoluētium. Et quia istas rē uolutiones sigillatim esset difficile absq; errore ordinare pro tāto est tutius talia auxilia ordinare que mixtā habeant virtutem, mollificatiuā videlicet & resolutiuam cum quadā a principio repcussione. Ad hoc aūt Aui. ordinauit multas formas, quia tamen propriores sunt sclirosi ex phlegmone seu herisipila generato vt in capitulo sequenti ostēdetur. Assumo post quandā refrenationem factam in principio cum aliquibus domesticis medicamen Raf. septimo Almanf. Quod recipit bedellij armoniaci galbani partes equales que cum oleo debent aut de lilio mollificato in mortario terantur deinde muscillago fenugreci seminis lini, & ficuum que eiusdē sint quantitatis, cuius sunt omnia predicta, sumantur, & omnia simul terantur donec vniātur & emplastrentur. ¶ Ad idem Gale. cortices radicis maluauisci coctas & cum axungia galline pistatas & incorporatas summe cōmendat. ¶ In casu tamen in quo materia saniaretur caute procede, vt dictum est sine calefactione & incarnatione, timore tātum incancrenationis. Et si aperiatur dyaquilon sit tibi assiduus, si induratur & transit in lapidem ad capitulum sequens recurrendum est.

¶ Capitulum adminiculatiuum superiori de sclirosi & apostemate melencholico ex melencholia innaturali per congelationē & indurationē phlegmonis generato.

QVANDO autē contingit vt supra dictum est q; phlegmon nimis infrigidatur, ita q; materia ipsius cōgelatur aut ita fortiter resoluitur q; subtile euacuatur. & remanet in particula humor viscosus & grossus qui eam indurat, & sclirum generat & de isto principaliter dicetur hic. Quādoq; contingit indurari particulā propter tēsionem ventositatis aut humiditatis, de quo dictum est in apostemate ventoso & aquoso. Qñq; propter priuationem & desiccationem materie de quo dicetur infra de duritie iuncturarum.

SIGNA & indicia eius sunt, quod est tumor purus & insensibilis, aliqualiter indolorosus non habens alium colorē quam corporis. Igitur insensibilis quidē subintus,

id est totus durus insanabilis est, dissensibilis vero non sanabilis quidem neq; aut facile sanabilis in secundo ad glauconem, durus per desiccationem & marasmationē non sanatur. Satis enim est si quis prohibeat siccari non cito vt īfra diceē de macredine & pinguedine. ¶ Quādo in sclirosi superuenient pili non speratur sanitas. vt dicit Aui. ¶ Amplius magnum & durum quod est cum colore corporis non sanatur neq; vnq; permutatur.
CVRAE vero eius cōmunis intētio ī 14. terap. est euacuare omne quod preter naturam in particula cōtinetur. Modus autem proprius euacuationis est purgare quidem oportet illud quod difficile solutum inheret. Igitur si repente simul attrahentibus & euaporantibus farmacis tentaret quis euacuare sine mollificantibus in paucis quidē diebus videtur melioramentum accipere. Non tamen habet hoc, quia reliquum dispositionis vniuerso leptomero id est subtili euaporato insanabilem, & similem coagulationi lapidee dimittet, propterea igitur in duris dispositionibus nullum eorum que fortiter calefaciunt & desiccant farmacorum cōgruum est. Sola vero quecunq; mollificādo euaporare possunt apta sunt huic operi, puta ceruina medulla vitulina & adeps caprina. Adhuc autē cum his armoniacum galbanum bidellum & storax liquida. Sed etiam radix altee, & folia maluarum siluestrium q̄ vbicunq; reperiuntur cocta & pistata cum axungia anserina seu gallinacea vtilis est valde. ¶ Aui. vero defendit axungias salitas, & addit ad predicta masticem laudanum ysopum humidam sordiciem balnei stercus asini, & feces oleorum de lilio alcanna & de cherua. ¶ Et cum apostema fuerit vehementis grossitiei, non est excusatio ab aceto, sed in eius administratione sit cautela quia fortiter penetrat & incidit, & neruos percutit.
¶ Et ideo Gale. in coxa sclirosata illius pueri premisit fomentationem cum oleo sambucino, deinde acetum cum armoniaco apposuit. ¶ In tenantibus vero cum lapidibus piritalibus, seu marcasitis vel rubeis molendini ignitis in aceto proiectis stuffando locum magica arte

vt dicit faciebat. fomentationem tamen cum oleo premittebat & emplastrum conueniens superapponebat Quod magis explicabitur, dum de duritie que remanet post algebras tractabitur capitulo de artetica in sexto.

¶ Capitulum adminiculatiuū: de apostemate cācroso.

CANCER equiuocatur ad duo videlicet ad cancrū qui est apostema de quo dicetur hic. Et ad cācrū quod est vlcus de quo dicetur infra. Cancer ergo vt est apostema est tumor durus rotundus venosus tuscus velociter ardēs inquietus calid⁹, & indolorosus, vide ī tracta. de tumorib⁹ preter naturā. Que vero in carne nigra ꝑuenerit cholera mordax quidem existēs corrodit cutim & vlcus operatur. Mordacior vero est qui sine vlcere operatur cancrum. ¶ Incipit autem vt plurimum obtuse secundum quātitatem ciceris aut fabe. ita ꝙ vix ad modum paruarum plantarum cognoscitur, demum augetur in tantum, vt neque puerum lateat. Gal. 14. terapen.

SIGNA & indicia sunt ꝙ habet substantiam duram liuidum colorem & tenebrosū, venas in circuitu ad modum pedum cancrorum eleuatas cum dolore, & extranea caliditate cancer ex toto genere est egritudo perniciosa. Cancer vt plurimum accidit in māmillis & locis glandulosis precipue mulieribus quando non habent menstrua & viris quibus emoroydes defecerunt. Cancer est particularis lepra: nam melencholia adusta in vna particula incuneata cancrum facit, aut varices, dispersa per corpus facit lepram in secundo ad glauconem. ¶ Cancer confirmatus non curatur nisi radicitus extirpetur. Et ideo de non vlcerato efficitur vlceratus. Quod tamen est pessimum iuxta illud hypo. 6. afforismorum. Quibuscunque cancri absconditi fuerint hos non curare melius est quam curare. Curati enim citius pereunt, non curati autem longum tempus perficiunt.

CVRA cancri non vlcerati tres habet intentiones. prima vitam ordinat, secunda materiam antecedentem adequat, sed tertia locum particulariter pertractat.

¶ Prima intentio completur cum regimine dicto in sclirosi siue sephyros. Et proprie quādo in cibis eorum ponuntur ea que infrigidant & humectant & generāt materiā saluam, sicut aqua hordei et pisces petrini vitella ouorum sorbilia, & similia illis. Et quādo est ibi caliditas, tunc detur lac vaccinum a quo butyrum est extractum. & de oleribus vsq; ad cucurbitam.

¶ Secunda intentio completur cum purgatiuis iam dictis, epithimus tamen in hoc obtinet principatū de quo ℥. iij. vel. iiij. cum sero caprino de tertio in tertium diem cōceduntur a Gal. & verā elł concedit Aui. In cancro secundum Gal. in secundo ad glauconem non est incongruum si non est quod prohibeat flōmare, necnon ab his euacuationibus abstineat secundum haliab. cum semel aut bis euacuauerit. Sed tantum illud fac donec totaliter humor fuerit euacuatus. ¶ Sed tertia intentio perficitur cum medicinis domesticis, & non mordacibus mixtam habentibus virtutem refrenādi, & euaporādi. ¶ Materia autem grossa est inobediens & male morigerata, et ideo sufficit, si totaliter non curatur ꝙ augeri prohibeatur, aut ne vlceretur defendatur secundum Aui. Et ad hoc laudat Gal. secundo ad glauconem succum morelle, & cum eo ponfiliginem addit. ꝓpter quod theodoricus vnguentū dyapōfilogon ordinauit. Quod ℞. olei rosꝫ. cere al. an. vncias quinq; succi granorum rubeorum morelle siue solatri vncias quatuor cerusſe lote ℥. ij. plumbi vsti & loti pōfilogos quod est tucia. an. ℥ j. thuris. ℥. ß. fiat vnguentum. ¶ Ad idem Gal. videtur in primo meamir. ℞. litargirium puluerizatum & cerusā cum oleo ro. ducendo in mortario de plumbo cum pistello eiusdem ad solem quousq; recipiāt colorēu plūbi, fiat vnguentum vt in sexto de tinea dicitur. Qantum autem valet virtus plumbi in disp ositionibus cancrosis scit ille qui ex illis expertus est, & qui legit nono de simplicibus medicinis. ¶ Pro eadem dispositione laudat Aui. emplastrum de cancris fluuialibus & proprie cum climia. Auic. autem incidere radicitus precepit cancros paruos in locis quibus capi possunt. Et iubet expri

mere sanguinem vndequaqꝫ. & postea cauterizare. Et licet Gal. hoc innuat, propter timorem tamen emorrosagie & conuersionem ad vlcerationem. Et cum regimine dicto propter scandala que vidi supersedeo. ¶ Complementum vero istius operis in cancro vlcerato tractabo iussu dei &c.

DOCTRINA SECVNDA De apostematibus & exituris pustulis prout insunt membris cõpositis continens capitula octo.

¶ De his que insunt capiti vt sunt apostemata, & aqua in capitibus puerorum. Cap. I.

TALES quidem igitur vt dictum est quedam sunt passionum sanationes secundum genus, exalterantur autem iuxta patientiũ organicorum naturas. Quatuor sunt enim que ab his indicationes sumuntur ex complexione eorũ, videlicet & compositiõe virtute & plasmatione. ¶ Ex complexione quidẽ, quia calida calidioribus indigent auxilijs, & ficciora ficcioribus, & sic de alijs. Carnosiores igitur ſm hoc breuius indigent ficcari. Nõ carnosiores vero sufficiẽter vt seruetur eorum natura. Sicut enim passio ad curam indicat cõtrariũ, ita particula similem. Quinto terapen. ¶ Compositio enim per que & qualiter oportet euacuari docet. Aliter autẽ rara, aliter spissa medicanda sunt corpora.

¶ A virtute vero habetur directio acrium & domesticorũ farmacorũ. Nã sensibilia mẽbra velut oculus nec acria nec grauia sustinẽt farmaca. isensibilia vero velut carneum non leduntur ab eisdem. ¶ Plasmatio & positio in profundo & superficie etiam variãt medicamina & ita apparet quando secũdum membra organica exalterantur sanationes, non minus autem & secundũ proprietates eorum: velut in capite testudines in oculis obtalmie in collo squinãtia, & multe alie passiones secundum membra de quibus dicetur infra. hic tamen de apostematibus proprijs est dicendum.

IN CAPITE enim accidunt apostemata calida frigida saniosa nodosa & glandulosa & aquosa, quorum

cause & signa ex superioribus habentur. Indicia vero sunt ꝙ talia propter cõmissuras & propinquitatẽ ad cerebrum sunt verenda vt est dictũ in anathomia. Testudo & glandula siue talpa que adheret craneo: & eum contaminauit ſm Rogerium melius est dimittere quã cum trapanis vt ipse docet curare. ¶Et ego sicut Lanfrancus vidi hominem qui habebat talpam vlceratã supra prorã capitis cum corruptione ossis adeo ꝙ ita perpendebatur pãniculorũ motus: ac si locus esset discoopertus. Cui consului regimen palliatiuum & recessit.

CVRA apostematum calidorum & frigidorum in olla capitis non differt a cura communi superius dicta nisi in tribus.

¶Primo ꝙ in vita oĩm passionũ capitis in speciali prohibentur omnia fumosa & vaporosa. ¶Secundo ꝙ in euacuatione materie antecedentis ad materias calidas appropriatur electuarij de succo ros. & pillule mirabo. & de fumo terre. Ad frigidas yera. & pillule cochie & auree. ¶Tertio circa locum & materiam coniunctam quantum est in olla capitis appropriãtur tria precepta.

¶Primum ꝙ in principio talium apostematum nõ debent apponi propria nec fortia repercussiua: ꝓpter propinquitatem membri principalis. Sufficiunt enim oleũ ro. & talia refrenantia largo modo dicta repercussiua. ¶Secundo ꝙ qñ saniant nõ expectet mora in aperiẽdo ne sanies contaminet craneũ. ¶Tertio ꝙ qñ apostema est magnum vt melius mũdificetur debet fieri apertio ſm triangulũ ad formã cifre: de. 7. cuius angulus sit versus partem superiorẽ. ¶Nodi vero & glandule vt superius dictum est curentur.

¶Curatio aque in capitibus puerorum.

AQVA in capitibus puerorũ ſm Guil. de saliceto: et sectatorem eius Lanfrancũ cum oleo camomillino: aut anetino in quo sulfur incorporetur resoluẽdo exsiccetur: & si est necesse fiant duo aut tria cauteria in frõte vsꝙ ad posterius per que aqua paulatim euacuetur. Et desuper lana aut stupa infusa in oleo & vino tepidis: & expressis ſm Aui. apponatur.

¶ De apostematibus faciei & membrorũ eius. Cap. ij.

APOSTEMATA calida & frigida saniosa & nõ saniosa. Nodi & glandule in facie nõ variãtur a cura cõi aliorũ nisi ꝙ incisiones nõ fiunt ꝑm rugas in alijs mẽbris: quia musculi ꝑcipue in fronte nõ sequũtur rugas sed corporis longitudinẽ. ¶ In palpebris ab angulo ad ãgulũ ꝑforatione semilunari dorsata ꝑm sitũ oculi retro aures & mãdibulas equaliter: vt dicit Aui. ¶ De obtalmia apostematibus & exituris: & sanie retro corneã, & de doloribus oculorum.

OBTALMIA est apostema propriũ oculorũ: vñ obtalmia in primo de egritudine & sinthomate dicit phlegmon ĩnati mẽbrani. i. cõiunctiue: & ipsius cõiunctiue est passio per se. Oculi aũt ꝑm accidẽs est egritudo. vt dixit textus: & ita volũt oẽs ꝙ obtalmia sit apostema cõiunctiue pustule vesice bothores sanies retro corneam que sunt ex predictis apparet.

CAVSAE autẽ obtalmie non variãt a causis aliorũ apostematũ vniuersalibꝰ & ꝑticularibꝰ nisi ĩ tanto ꝙ reuma magis deriuat in obtalmia a capite ꝙ̃ ĩ alijs apostematibus aliorum membrorum. ¶ In causis aũt primitiuis fumus puluis vẽtus sol acuitas ĩmissorũ in oculo addũt in generatiõe obtalmie: maxime qñ obuiant corpori plectorico. Tunc eñ ꝑm Aui. velociter mutat in apostema manifestũ: sicut mutãt febres ephimere in alias febres. Sunt eñ ꝑm hoc duo modi obtalmiarum. Quedã eñ est parua nõ ꝑtransiẽs terminũ: sed est sola rubedo cum humectatiõe. quedã est magna pertrãsiens terminũ ĩ magnitudine in qua albedo cooperit pupillã. Iesus tamen filius haliab. assignauit tres modos: quia illam que mouet causam intrinsecam vocauit mediã.

COMMVNIA signa obtalmiarũ ꝑm Iesum sequũt accidẽtia apẽmatũ aliorũ mẽbrorũ: sicut inflatio dolor durities calor & rubedo venarũ repletio & fluxus humiditatũ. ¶ Signa aũt propria significãtia materias accipiũt ab alchoatin & ab dizarã galas Albucra. quia ex sanguine signa sunt rubedo & caliditas oculi

timporum & partium adiacentiũ inflatio & grossities venarum coniunctiue palpebrarum lippitudinis:& lachrymarum multitudo extẽsio:& grauitas in toto corpore:maxime in capite:& reliqua sanguinis signa.
¶Signa ex causa choleræ dolor & calor fortis& acut⁹ & rubor floridus in oculo:& partibus adiacentibus.lachrymarum multitudo cum acuitate & paucitate lippitudinis:infra oculum sentit puncturam & mordicationem:ac si harena infra ipsum esset.Et signa choleræ in corpore manifestantur.
¶Signa ex causa phlegmatis sunt multa inflatio cũ remissa rubedine calore & dolore:lachrymarum exhuberãtia absq; acuitate grauitas in corpore:& reliqua phlegmatis signa.
¶Signa ex cã melencholie sunt paucitas rubedinis & tumoris & humiditatis cum reliquis melẽcholie signis.
¶Obtalmia quatuor habet tẽpora sicut & alia apostemata.principium:augmẽtum:& statũ:& declinationẽ.
¶Signa principij sunt accidentia dicta parua incipientia.Quãdo autẽ augmentant̃:& decurrunt de oculis & naribus lachryme & humores crudi:augmentum iudicat̃ ſm Iesum.Quãdo est magna furia:& incipit aliqualis remissio est status.Quando autẽ abscindit̃ fluxus notabiliter & mucillagines sunt pauce:& spisse:& palpebre cõiunguntur:tunc est declinatio.¶Cõiunctio aũt: vt dicit Iesus est de maioribus signis maturatiõis.¶Iudicia lippitudinis sunt hec.lippitudo velox cum grauitate:& bona maturatione & equalitate & albedine:& que cito separatur & resoluitur est laudabilis: cõtraria vero & granulosa est parua.
¶Obtalmia capitalis declarat̃ p grauedinẽ & dolorem capitis:& si adest rubedo & calefactio:& dolor & pulsatio circa frontẽ & tempora cũ extẽsione & venarũ repletiõe & inflatiõe.Significat̃ ꝙ venit ꝓpter velamẽ extrinsecũ.¶Et qñ ꝑdicta nõ adsunt & adest cõtinu⁹ fluxus sternutatio & prurit⁹ ĩ naso & palato venit ꝓpter intriſecũ.¶Et si est stomachalis:est cũ nausea & vomitu:ac cõturbatiõe stomachi.Dolores acuti oculorũ sũt

molesti. Nullū autē sinthoma īquit Gal. in quarto mea- mir. ita molestat laborantes sicut dolor. Mori em̄ ma- gis vellent aliqui q̄ per totum diem pati dolorē. Et ideo cum magna diligētia sunt sedandi dolores: & soda: quā do coniunguntur cum egritudinibus oculorum: vt di- cetur infra.

¶ Dolores vero mordicationem materie aut multitudi nē seu ventū vaporosum in decimotertio terap. in ocu lis ostendunt. Quando in obtalmia feb. fortificatur ma gna pronostica occasionum.

¶ Preterea si remedia in obtalmia non conferūt. & ipsa in oculo tardauerit. Scias q̄ reuma descēdit ad oculum: aut q̄ materia retinetur infra tunicas: aut scabies est in palpebra que continuant obtalmiam. ¶ Amplius scias q̄ spēs obtalmiarū habent periodos: & parochismos se quentes anologiā & materiā: ex quibus fiunt in secūdo de differentijs feb. & longior periodorum prolongatur vsq̄ ad dies septem. vt dicit Iesus. ¶ Propterea scias q̄ obtalmia est morbus cōtagiosus: & transit libenter de vno oculo ad alium. In oculis patiente a diaria accipi bonum. septimo afforismorum.

¶ Obtalmia s̄m gordonium non est negligenda: quia si male curatur malas dimittit reliquias sicut rupturam cornee: maculas; & pannos tediosos.

CVRA obtalmie maioris & minoris nō variatur nisi secundum magis & minus. Vltra cōem curationē apo- stematum alioꝝ membrorum specificatur in quatuor rebus. Prima est in vita. Secunda in materia anteceden ti. Tertia in coniuncta. sed quarta in correctione accidē tium. ¶ Primo em̄ specificatur de vita q̄ diminuat ci- bus et pot⁹ maxime serotinus: vitādo vaporosa; ex eis eligendo cibos pauci & laudabilis nutrimenti. Dimit- tendo carnes & vinum proprie in principio & in ma- teria calida: & forti dolore. Et super cibum accipiat ali quid de coriādro: aut excitorijs ad reprimēdū fumos: vt non ascendant ad caput. Et stet in loco obscuro: & corā se teneat pannos virides nigros atq̄ blauos; fugiat cla- ritatē; splendorē: & fumū puluerē atq̄ ventum. coitum

atq̃ irã: nõ iaceat super faciẽ suam, immo semp̱ teneat caput altũ. ventrem laxet somnum diligat & quietem. Nullo modo grauet oculos tactu & aspectu.

¶Secunda res cõpletur ꝟm materie diuersitatẽ vt superius fuit dictũ. Euacuãdo diuertẽdo & intercipiẽdo materiã: & reuma & dolorẽ capitis sistendo cũ flebothomia & euacuatione cũ medicinis laxatiuis appropriatis vt dictum est in capite. Et cum clisterib⁹ acutis & fricationibus & ligationib⁹ dolorosis ꝟm extremitates & cum ventosationib⁹ & sectionib⁹ seu cauterijs sup̱ spatulas & collo & emplastrationib⁹ desiccãtibus materiã reumatizantẽ: super caput de milio & sale & stercore columbino camomil. auiso. & cõsimilib⁹ & cauterijs punctualibus super molle capitis. Et si necesse est ad melius intercipiendũ materiã maxime calidã precipit Gal. in 13. terap. incidere venas temporales & frontales: & eas claudere cũ grano frumẽti: aut thuris costi: aut aliquo corrosiuo: aut arterias ligare queadmodum varices in duobus locis in medio incidere: & postea incarnare: & super frontem & tempora cũ binda ligare Emplastrum restrictiuũ factum de boloar. farina lentiũ de gallis psidia acatia aloe thure & similibus cum albuminibus ouorum incorporatis. Et ista toties reiterare quousq̃ habeatur intentum.

¶Tertia requirit ꝟm hebẽ Mes. alterationẽ & digestionem eius quod transmissum est: & illud cõplet cũ repercussiuis domesticis in principio: & cũ paucis resolutiuis additis repercussiuis ĩ augmẽto: & cũ equaliter mixtis in statu: & cũ puris resolutiuis & desiccatiuis in declinatiõe. ¶Igitur in principio q̃n materia est cal'a ponãt ea q̃ materie acuitatẽ & inflammationẽ remouẽt & reprimũt qualia sunt aqua ros. & albumẽ oui portulaca trita: & superposita endiuia solatrũ & psilij muscilago: & colliriũ albũ in quo est opiũ vt vult haliab. quia opiũ nisi q̃n dolor superat visum ebetat & confundit tertio terapen. Cuius forma secundum Galas. ex libro sumitur Damasceni. ℞. ceruse ablute. ʒ. viij. amidi. ʒ. iiij. gummi arab. dragaganti. añ. ʒ. ij. fiat collirium cũ aqua ros.

Et si cum predictis cum cotone emplastretur leuiter & absq; dolore oculus, esset bonum. ¶ Deinde in augmento expedit lac muliebre & muscillago citoniorum & fenugreci extractis cum aqua ros. & collirium album in quo est sarcocolla. Cuius forma a Ras. est assumpta. ℞. ceruse ablute. ʒ. viij. amidi. ʒ. iiij. sarcocolle nutrite cũ lacte asine gummi arab. dragaganti. añ. ʒ. ij. opij. ʒ. ß. fiat collirium cum aqua pluuiali & emplastrare cum istis: & vitello oui est satis expediens. Et miror multum de Gordonio qui dixit quod omnes sapientes conueniunt quod sarcocolla non competit nisi in declinatione: & tamen in ipsa est dissolutio parua absq; mordicatione quod est necessarium in augmento & cum hoc Ras. Alcoatis Heben Mes & Azaram eam in augmento commendant: forte credidit quia Iesus eam in puluere prohibuit in principio: quod etiam & in alijs temporibus prohiberet. ¶ In statu vero ponatur muscillago fenugreci cum aqua melliloti extracta. Aut collirium album in quo est climia ex magno antidotario galas acceptũ. ℞. ceruse ablute. ʒ. viij. amidi. ʒ. iiij. climie ʒ. ij. gũmi arabici olibani aña. ʒ. j. opij. ʒ. ß. fiat collirium cum aqua fenugreci. ¶ Collirium citrinum & collirium rosatum ad eandem intentionem sunt cõfecta, & emplastrare cum eisdem est vtile: aut cum mica panis: aut cum medulla pomorum coctorum cum aqua ros. sief rosatum ponitur a Iesu in capitulo de liuiditate & sanie retro corneam. ℞. Ros. rub. recentium mundatarum a capitis fustis. ʒ. iij. viride eris batiture eris. añ ʒ. ij. spice nardi. ʒ. ij. mirrhe. ʒ. iiij. gummi ara. cathimie vste & lote añ. ʒ. xxiiij. croci. ʒ. vj. opij. ʒ. iij. summa medicinarum. 14. terantur & pistentur cum aqua pluuiali: & fiat sief. ¶ Sief citrinum descriptione Alexandri. Recipe amidi. ʒ. vnam & viginti sief memite. ʒ. octo sarcocolle dragaganti gummi arabici. añ. ʒ. tres croci. ʒ. duas. & semis mirrhe. ʒ. vnam opij. ʒ. ij. confice cum aqua pluuiali. ¶ In declinatione balneum & fomentatio & piria cum aqua decoctionis rosarum camomille melliloti fenugreci sunt

optima: & colliria de tucia: & pulueres tunc habent locum quorum forme sunt tres. ¶ Prima est montispessulani. ℞. tucie preparate. ℥. ß. lapidis calaminaris p̄parati ʒ. ij. gariofi. clauos quinq; gare. cum melle. ℥. j. vini albi ℥. ij. aque rosarũ. quartam. ʒ. camphore. j. fiat colliriũ. ¶ Secunda forma est collirium de domo. ℞. tucie preparate. ℥. j. aloes succotini. ℥. ß. camphore. ʒ. j. aque rof. li. j. succi granatorum quartam. j. ¶ Tertia forma est puluis quem magister arnoldus fecit pro papa Ioanne pro rubedine & humiditate oculorũ. ℞. tucie preparate. ℥. j. antimonij preparati. ℥ ß. margarita. ʒ. ij. floris coralli rub. ʒ. j. & ß. serici crudi de floscuio vermis. ʒ. ß. fiat puluis subtilissimus: & seruetur in pixide erea: & ponatur cum stilo. ¶ Item & puluis citrinus qui ꝭm Rasim valet in fine obtalmie. Sic fit. ℞. sarcocolle nutrite. ʒ. x. sief memithe drachmas tres licij aloes. ana. ʒ ij. croci. ʒ j. spume maris vel mirrhe. ʒ. ß. fiat puluis. ¶ Si autem materia est frigida: in principio administretur sief de spica. Cuius forma ꝭm Hebē Me. ℞. sarcocolle. ʒ. v. spice. ʒ. ij. roß. croci añ. ʒ. ij. amidi aloe gummi arabici dragagãti. añ. ʒ. j. opij ʒ. ß. fiat sief cum aqua pluuiali. Et emplastretur oculus cum emplastro de folijs maluarum & aneto coctis cum vino.

¶ Cum autē signa maturitatis apparuerint fomētetur oculus cum aqua decoctionis fenugreci & melliloti: & imponatur puluis citrinus & emplastretur cum medulla panis infusa in vino & expressa: & administretur meri potatio: & tũc verificatus erit totus aforismus hypocratis. Dolores oculorum meri potio lauachrum piria flebothomia aut pharmacia soluit. ¶ Quarta res complețur corrigentibus accidentium que occurrunt &c.

¶ De dolore oculorum.

IN DOLORE oculorum administrentur medicamina puncturarum & mordicationum narcocitatis parũ habētia sedātia ꝭm q̄ exigit dispositio. De pleno & ventoso qualia sunt ꝭm hebē Mes. albumē oui cōquas.

fatum cum aqua papaueris & mussillago psilij cum ea dem aqua extracta: aut cum succo pomorum mandra gore ac lactuce. ¶ Et quando necessitas occurret ponē dum est de opio: non tamen multiplicanda sunt narco tica: quia tardant statum & maturationem. Et cū hoc nocent visui vt dictum est: & ad hoc laudatur colliriū album cum opio. Cuius forma est superius dicta: dūta xat ꝙ addatur de opio. ʒ. j. & istam fomentationem ad hoc dictat Azararam. ℞. papaueris plantaginis. añ. par tes. ij. croci memithe: aloe: gummi arab. acatie. añ. par tē. j. coquātur cū aqua & administrentur. ¶ Istud etiā emplastrum valet ad hoc vt accipitur a. 21. parte antido ti magni. ¶ Azaram. ℞. croci memithe licij aloe acatie añ. partes equales terantur: & cum succo auricule mu ris & lacte mulieris puellum nutrientis fiat linimentū. ¶ Nocumentum quod prouenit ex narcoticis cum fo mēto decoctionis camomille mellilotí fenugreci remo uetur. Puluis Azaram de corticibus ouorum gallinarū preparatis quē appropriat Iesus ad dormitandū infir mum valet puluis tucie: & sarcacolle & zuc. quē bene dicit beneuentus in omni tempore obtalmie non pla cent mihi: quia pulueres omnes in principio: & in dolo re forti oculos irritant & aggrauant: vt ipsemet Iesus confitetur.

¶ Somnus prouocatur cum narcoticis dictis: precipue addēdo papauer rosˀ. violˀ. nenufar. sandalos cum lacte & succo iusquiami cōfectis: & supra proram capitis ap plicatis. ¶ Sordities remouetur humectando palpebras cum aqua tepida. Et aspergendo eas cum cotone subti li super stilum inuoluto.

¶ Et vniuersaliter in curatione obtalmie & egritudinū aliarum: oculorum documenta obseruent: que infra in tractatu oculorum dicentur.

¶ De sanie retro corneam.

ETSI elongata fuerit obtalmia & sanies acciderit re tro corneā: medicet̄ cū sief de thure vtili vlceribus & sa niei grosse posito a Iesu in capitulo de dubellati. ℞. ce ruse. ʒ. viij. opij sarcocolle nutrite. añ. ʒ. j. dragāti gummi

ara.ana.ʒ.iiij.thuris.ʒ.j.Et ẜm Hebē. Mesue armoniaci croci.añ.ʒ.j.fiat sief cum aqua pluuiali aut cū muscillagine fenugreci.¶ Et si cū istis nō resoluit curet cū dyaforeticis & cōsumptiuis:ad q̄ summe cōferunt infusiones & stuffe & colliria data in declinatione:& in frigida obtalmia:& colliriū & mirrha in.14.terap̄.multum cōmendatur:& oia q̄ cōferunt in curatione aque sicut oppopona.euforbiū:& similia:& balsamus ī hoc est mirabilis.Et si nō pōt resolui de cōsilio Iesus & Alcolati est ꝙ scindat locus cum spatumine paruo sup̱ corneam inter pupillā & albū:& extrahatur virus.Et Hal. dicit 14.terap̄.ꝙ in tp̱e suo quidā medicus oculoꝝ curabat saniem retro corneam tali modo.Faciebat sedere egꝝ in sede & tenebat caput ipsius ex duabus partibus:& mouebat eum motione vehementi quousq̨ videbat illud virus descendere inferius.

¶ De bothoribus & vesicis.

PRECIPITVR ꝙ resoluant & maturent cū eisdē:& si nō possunt resolui:nec per incisionē extrahi ad decorādum oculū:vt dicet inferius de eminētia accidēti in vlceribus oculorū ligent cū filo:post aūt eruptionē cura vlcerū regant.¶ De macula & vestigio que sequūtur ista infra deo dante dicetur in sexto de apostemate etiam lachrymalium in de vlceribus dicetur.

¶ De apostematibus aurium.

APOSTEMATA auriū calida & frigida saniosa & nō saniosa:q̄dā fiūt in ꝓfundo auris q̄dā in superficie:q̄dā in radice auris:& habēt causas & signa:sicut & alia apostemata:prout in cōibus superius fuit dictum.

INDICIA tñ habēt ꝓpria:vꝫ ꝙ ad ea sequunt dolores maiores q̄ ī alijs:maxīe ad calida existētia ī ꝓfundis versus poꝝ auditiuū.¶ Dolores auriū fortes sūt periculosi ad quos sepissime sequit feb.& alienatio & sincopis:& ēt mors.Et magis piclitant de dolore adolescētes q̄ senes.Vñ iuuenes ī septē diebus pereūt:& vix suppurationē expectare possunt.Senes autē vltra trāseunt:& eorum apata suppurantur.Et hoc est ꝓpter diuersitatem sensibilitatis ipsorum in tertio pronosticorum.

CVRA talium apostematũ quãtum est de dispositione non variatur a cura oim aliorũ apostematũ. Quantum aũt ad locũ & sinthoma dolorosum diuersificat: quia licet apostemata in profundo: & superficie auriũ in principio curentur cũ aliqbus domesticis repercussiuis aurib⁹ appropriatis alterãtibus & refrenantib⁹ materiã. Illa aũt q̃ sunt in radicibus auriũ & emunctorijs cerebri: q̃ Gal. appellat parotidas nullo modo repcutiũtur neq; refrenãt imo toto posse extrahunt: vt dicet infra quando de apostematibus subassellarũ & inguinũ tractabitur. Non obstante ꝙ de hoc recitauerit Henricus. Dolor etiã: quia aliquoties supat suã causam p̃uaricat ordinẽ curationis & inducit necessitatẽ narcoticorum. ¶ In cura ergo istorũ apematũ profundi vc; & supficiei auriũ specificant quatuor res. Prima est ĩ vita: secũda ĩ materia antecedẽti. tertia ĩ cõiuncta. quarta in accidẽtib⁹. ¶ Primũ & s̃z cõplẽt p capl̃a cõia s̃z ꝙ fuerũt cõpleta & ap̄ppriata specificata ĩ capite & obtalmia. ¶ Tertium cõplẽt s̃m diuersitatẽ materie: quia in apostemate de calida materia ĩ principio alterantia frigida domestica, qualia sunt s̃m Gal. in tertio meamir. oleum ros̃. bullitum cũ aceto vſq; ad consumptionẽ aceti & trociscis de glaucio .i. memitha: in quo sit .12. pars gummi ara. cõfecti cũ aqua pluuiali dissoluti ĩ vino. haliab. vero cõcedit colliria alba cũ lacte dissoluta. Aui. vero laudat lac muliebre vice post vicẽ vſq; in tertiũ diem. Deinde post principiũ cõcedit muscilliaginẽ se. lini. & fenugreci: & aquã volubilis: de qua dicit ꝙ cõfert ĩ hora. ¶ In statu cõcedũt vaporationes mixtarũ virtutũ velut decoctio ros̃. camomil. mellilotí administrata cũ emboto & cũ ĩ ũctiõe oleorũ declinãtiũ ad aliquã caliditatẽ vt est oleũ amigdalarũ. Et post ista Gal. in tertio meamir. laudat basilicon dissolutũ cũ oleo ros̃. si adhuc est caliditas: & cum oleo nardino: si fuerit remissa. Et Aui. ĩ isto casu qñ caliditas fuerit remissa iubet distillare vice post vicẽ cũ stilo cũ cotone ĩuoluto adipẽ vulpis tepidã: aut lacerti: aut anatis: & butyrũ seu medullã cruris vituli; de qua dicit hebe Mes. quod est experta. ¶ Si

autem non esset apostema calidum iubet administrare medicamen compositum cum adipe caprino melle rob ysopo humido: & oleo laurino: de lilio: & de nardo rutha: & oleū de balsamo: etiā si tunc fieret suffumigatio cū decoctione ysopi sansuci betonice feniculi & ruthe non esset malum. ¶ Et si apostemata cōuertuntur ad saniem medicamē laudat istud ab hebē. Mes. ℞. farinam fabarum; farinam ordei: camomillam mellilotū viol. altee decoquantur cū aqua & rob. & oleo camomille & fiat emplastrum & vtere. ¶ Si autem apostema fuerit extra aurem: quia est pauci timoris secundū Aui. efficit emplastrum dictum. ¶ In bothor autem qui fit in aure sufficit decoctio ficuū cum tritico. Sanies cum vino & melle; & reliqua cura vlcerum aurium curetur. ¶ Quarta autem intentio cōpletur ſm accidentia: dolor enim quod est proprium sinthomata istorum apostematū sedatur secundum materiam de qua fit. Si fit causa calida laudat G. in tertio meamir trocis. factos de opio: & castoreo & vino cocto dissolutis cum eodem vino tepefacto, & suauiter cum lana molli in aurem infundatur. Postq̄ autem bene fomentaueris dimittes parum quiescere: & ab extra lana in ipso aurificio; & in tota aure calida apponatur. Et si eguerint iterum fomentare rursus fomentetur cauens quantum est possibile ne ipsum porum tangas nec molestes. Aui. autem ad hunc dolorem laudat oleum ros. vel viol. tepidum. Aut albumen oui cum camphora. verum oleum viol. dicit esse magis sedatiuum q̄ rosatum: propter mollificationem que est in ipso & lac mulieris cū aqua solatri: & oleo ro. aut amigdalarum: in quo vermes terrestres: aut qui reperiuntur sub vrceis aut lapidibus cum multis pedibus rotundi: vt media faba sint bulliti: & oleum de se. cucurbite & oleum nenufarinum: papauerinum & salicium iniecta tepida. & exterius cū lana applicata. Et Auenzoar gloriosus iubet apponi oleum de vitellis ouorū. Qm̄ vt dicit incontinenti remouet dolorem & properat exitum saniei. Si vero a spiritu ventoso aut ab humore non habente exitum fuerint permixte que dicta sunt cum ali-

quo aperientium farmacorum velut ẜm Gal. vbi supra est nitrum quod affronitrum vocatur: & vtercꝫ ellebo-rus: & vtracꝫ aristologia: & rutha centaurea radix cu-cumeris siluestris radix brionie & iarri siue dragontee. Et costus cinamomum & cubebe.

¶ Propterea vt dicit scripsit multa exempla farmaco-rum: vt non habeatur eorum inopia: quia non omnia in omnibus regionibus reperiuntur: sed certa in certis.

¶ Aui. autē laudat calefactoria cum vētosa plena aqua calida & milio & sale et pānis calefactis. & Hebē. Mes. euaporationem emboti factam cum decoctione camo-mille: melliloti: aneti: fenugreci cauliū rubi sansuci her-be venti vel paritarie.

¶ Et oportet vt dicit Aui. vt postponatur vsus narcoti corum vsquequo timeatur sincopis. Et proprie cū fue-rint humores frigidi. Istud enim nocet eis valde. Quod si accidit nocumētum ex vsu narcoticorum administra castoreum post illud solum.

¶ Glandule & scrophule que in istis locis sepissime ge-nerantur vt superius fuit dictum curātur. ¶ Apostema-ta emunctorij cerebri in subaure cum cordis emuncto-rijs dicentur. Caue tamen in incisione de venis & arte-rijs que ibi sunt magne & grosse: ex quarum incisione multa sunt pericula: & de reuersiuo neruo q̄ est ibi: quia per eius incisionē perditur vox. ¶ De alijs autē passioni bus que veniunt in facie inferius dicetur. ¶ Nā licet poli pus narium & noli me tangere alcola in principio sint apostemata seu pustule: quia cito efficiūtur vlcera cum ipsis reponētur. ¶ Apostemata oris vt squinātia tractā tur de quibus satis dicetur.

¶ De apostematibus colli & dorsi. Cap. iij.

APOSTEMATA colli sunt duplicia. quedam sunt in mēbris extrinsecis continenti bus. quedā in intrinsecis cōtentis. Prima assu munt nomē generis & vocant simpl'r aposte-mata botia glādule: aut pustule: que ī alia curant cōia.

¶ Secunda vero nomē habēt proprium: quia squinātia vocantur: & proprium habent modum curandi.

De squinantia primo notifico.

EST ERGO squinantia apostema gutturis & partium eius: viam aeris & cibi impediens. Cuius species ſm loca disiuncta quatuor assignat Aui. sequendo sententiam Gal. in quarto lib. interiorū. Vna est qñ apostema est in lacertis extrinsecis. Ita ꝙ fit apostema solum apparens extra in membris continentibus. ¶ Secunda species est quando est in lacertis extrinsecis versus spōdilia. Ita ꝙ apostema solū apparet intus versus fauces & amigdala quādo comprimitur lingua. ¶ Tertia species est qñ est in lacertis intrinsecis ipsius meri: & tunc non apparet sensui: sed manifestatur rationi per maiorem offensionē trāsglutionis ꝙ̃ anhelationis. ¶ Quarta species est quando est in lacertis intrinsecis ipsius cāne seu epigloti: & tūc etiā non apparet sensui: sed rationi: quia magis offendit anhelationē ꝙ̃ transglutionem. ¶ Vnam aliā speciem assignat Gal. in quarto interiorum que vocatur strumosa: que fit propter dislocationem primi aut secundi spondilis colli: de qua in dislocationibus inferius fiet sermo.

CAVSAE squinantie sunt sicut & aliorum apostematum vniuersales & particulares: fiunt enim vt plurimum per viam deriuationis: & habent materias calidas & frigidas: vt ī sermone cōi apostematū fuit dictū.

SIGNA & indicia quātū ad cās sunt vt alioꝝ apostematū: quantum ad locum aūt ſm Gale. vbi supra omnes species quandā difficultatē operātur secundum transglutionē & respirationē & coguntur stare recti: & linguam extrahere & potus sepissime ascendit ad nares. Auicen. addit oculorum egressionē & lingue difficultatē sunt nares locutionem. ¶ Signa mala & timorosa in squinantia sunt disnia fortis & origmonica trāsglutiendi magna difficultas; colli contractio emissio lingue & spume admodum fatigati equi. Color malus in lingua labijs & oculis: ac etiam extremitatū frigiditas sudor frigid⁹ & cordis defect⁹. ¶ Signa vero bona sunt quies somnus trāquill⁹ alleuiatio doloris & anhelitus & transglutiōis; & maloꝝ signorū priuatio. ¶ Squinā

tia est egritudo breuis & periculosa: & s̄m Hyp. tertio ꝓnosticorū. illa est pessima & citius mortifera q̄ intus in gutture: nec extra apparet. Et que est cum dolore acutissimo in spiritu ortomico: hec autem species in primo die: aut secundo: aut tertio: aut quarto suffocat.
¶ Altera huius species mala est qn̄ apparet intus in gutture & nō extra. Et ipsa est pl⁹ mortifera q̄ p̄ria. ¶ Tertia que apparet intus & extra prioribus diuturnior est.
¶ Quarta autē species q̄ oīno extra prominet tutior est alijs. Squināntia que nō transmutat̄ neq̄ patiens putredinem expuit & dolor requiem inuenit & subito euanescit: mortem vel laboris iteratione ꝑmittit. ¶ Itē quinto afforismorū quibuscunq̄ squināntia ad pulmonē cōuertitur in septē diebus moriunt̄. Si vero hos effugerint empici fiunt. ¶ Propterea in sexto affōrū. In squinātia bonum est apostema foras exire: & mēbra interiora dimittere. ¶ Amplius s̄m Aui. omne apostema prefocatiuum aut resoluit̄: aut ꝑmutat̄: aut collectionē facit: aut interficit. ¶ Signa resolutionis sunt signa bona iā dicta.
¶ Signa permutationis sunt subita detumefactio cum nocumento alterius particule. ¶ Signa collectiōis sunt lenitas & prolongatio vltra quartam diem.
¶ Signa mortis sunt signa perniciosa iam dicta.
¶ Ampli⁹ squinātia cretica est suspecta. Nā s̄m Aui. crisis cū apostematib⁹ p̄focatiuis ꝓculdubio est ꝑniciosa.
CVRA squinātie cōuenit cū cura apostematū cōiū in dieta & subtractiōe materie & in applicatiōe repercussiuorū in principio: & resolutiū & maturātiū in fine: & mixtorum in medio. Differt tn̄ in his quia repercussiua non administrantur ab extra: sed ab intra. Cum hoc etiam euacuationes & deriuationes fieri debēt sine quacunq̄ dilatione.
¶ Specificatur ergo curatio talium apatum in quatuor primo in vita: secundo in materia antecedenti. tertio in coniuncta: quarto in accidentibus.
¶ Primū cōplet̄: q̄a vltra dietā cōez dictā sup̄i⁹ s̄z Heb. Mes̄. vult. Sint cōtēti ī p̄ricipio cū hydromelle & aqua zuc. deide ꝓcedāt ad aquā lētiū excorticatarū & ordei.

Extinguunt enim sitim acuitatem & inflammationē: deinde ad ius cicerum cum aqua ordei: deinde gradatim ad sorbitiōes ex farina fabarum: & ex amido: & ex colatura furfuris cum melle.

¶ Post hec veniāt ad vitella ouorum & similia: & nullo modo repleant se: & venter eorum semper sit laxus. Somnus eorum sit mēsuratus: nam in multitudine somni timetur subita suffocatio: quare oportet ꝙ parū dormiant: & sepe excitentur.

¶ Secundum completur per euacuationes & diuersiones cum flebothomijs & medicinis laxatiuis ꝑm materiam peccātem: & cum clisteribus acutis & fortibus fricationibus factis festinanter: quia egritudo propter mēbri operationem non dat inducias.

¶ Fiant ergo primo fricationes & ligationes extremitatum & statim clistere. Et post incōtinenti fiat flebothomia de saphenis: demū post si virtus tolerat de brachijs & post eadem die de venis sub lingua. Et si esset possibile transglutire in crastinū detur sibi in materia caꝶa dia prunus: aut diacatholicon acūatus cū electuario de succo roꝭ. Et in frigida detur yerapigra: aut pillule chochie aut de agarico: & intercipiatur reuma cum milio & sale torrefactis & super caput applicatis: aut cum stercore columbino. Et detur ad lambēdum diapapauer: aut pillule storacine teneantur sub lingua.

¶ Tertiam rem complent ꝑm Gaꝶ. in sexto meamir. repercussiua in principio ab intra: & lenientia ab extra vt materia non incineretur infra guttur: & resolutiua in fine. & mixta vt dictum est in medio: sed non quecunꝙ quia non vitriolum: vt ipse dicit. nam nociuum esset si descēderet ad inferiora. Sed certa & appropriata ad naturam particule velut in principio concedit dianucum in quo virtus roꝭ. balaustiarum mirtillorum & lentisci rubi gallarum sumach memite: & cōsimiliū stipticorū sit sigillata. In augmēto diamoreō in quo virtus mirrhe & croci et consimilium sigilletur. In fine vero dyarō in quo virtus sicuum siccarū pinguium calamenti origani seu pulegij ysopi saturegie; & vltra si necesse fuerit sul-

furis & nitri sit sigillata: & ꝓprie talia velut stercus hy
rundinis canum & luporum & puerorū qui nutriti sint
cum lupinis: & vt sunt capita allecium piscium salito-
rū & herba dicta morsus dyaboli & cōsimiliū. ¶ Dya
morō sic fit ſm Gal. vbi supra. ℞. succi mororum vtro
runqꝫ partes. v. mellis partem. j. coquantur vsqꝫ ad mel
lis spissitudinem. ¶ Dyanucum fit eodem modo. ℞. suc
ci corticum nucum partes. v. mellis partem. j. coquātur
vsqꝫ ad mell. spissitudinem. Et iste sunt eorum compo-
sitiōes simplices que cōferunt mulieribus & infantibus
& debilibus. Ego em̄ inquit Gal. ratione deductus in-
ueni melius dyanucum incipientibus flegmonibus con
structum simul cum aliquorum stipticorum dictorum
augentibus ipsis cum croco & mirrha. In statu vero cū
duaforātibus dictis. ¶ Dyarundinis sic fit. ℞. cineris hy
rundinum. ʒ. iiij. croci nardi mirrhe an̄. ʒ. j. cōfice cū mel
le & fiat condictum. Ista autē sunt que Gal. appropriat
ab intra gargarizando lābendo vngendo atqꝫ exsufflā
do. ¶ Ab extra in principio precipit Aui. inuoluere col
lū leniter cum lana succida infusa ī oleo oliue aut camo
mille. Deinde in postremo iubet cum istis addere attra
ctiua: sicut baurach sulfur vstum & sinapim atqꝫ casto
reum: & omne ꝙ rubefacit & vesicat. Et ista habent lo-
cum si apa incedit via relationis. ¶ Quando autem ten
dit ad maturationē precipit Hebē Mes. istud empl̄m.
℞. farine ordei seminis lini ana. ℥. j. carnium dactilorum
ficuum siccarum pinguium. an̄. ℥. j. ß. misce panis quar-
tam. ß. coquantur oīa in robis & pistentur: & fiat empla
strum. Et si impinguaretur cū modico de butyro esset
melius. ¶ Rogerius recipit radicis ebulorum senationū
vel cardonis benedicti absinthij ana. M. j. farine ordei:
seminis lini. an̄. quartā. ß. mellis. ℥. ij. axungie porci quar
tam. j. coquantur & pistando emplastrum. ¶ Lanfran-
cus. ℞. nidum hyrundinis: & fac illū in aqua bullire diu
postea cum cribro cola & incolatura coquant̄ radices
lilij & maluauisci & brionie: & follia maluarum viola
rum paritarie: pistentur fortiter & incorporētur cū eis
fermēti bene acris farine seminis lini. an̄a ꝙ sufficit bul-

liantur: & in fine addat olei veteris, axungie porci sine sale modicum: & fiat emplastrum. Hoc enim emplastrū miraculose dissoluit & maturat omnem squinantiam. ¶ Et cum istis fiat semper gargarismus maturatiuus cū aqua & vino cocto & melle decoctis radicibus altee fi cuum seminis lini & fenugreci & similium. ¶ Maturato apate precipiunt ipsum rumpere si est apparēs cum sagitella & mundificare cum mūdificatiuo de apio vel cum aliquo communium exiturarum. Si aūt esset intus non apparens: rumpatur cum vnguibus: vel fricādo cū aliquo si est possibile. Aut cū gargarismis maturatiuis & apertiuis: vt est decoctio ficuum dactilorū fenugreci addendo fermentum. Et fortius s'm Aui. baurach nitrum mirrha piper stercus hyrundinum & lupi. semen sinapis & Harmel. & s'm Rogerium sumatur frustum carnium bouinarum semicoctarum: & ligetur cum firmo filo & longo: & facias ꝙ trāsglutiat: & dum erit in transglutiendo extrahatur subito cum filo cum violentia: & ita rumpatur apa. Illud idē potest fieri cū spōgia. ¶ Aperto apate mundificetur cum gargarismis mundificātibus de vino & melle & similib⁹. ¶ In materia aūt frigida in principio fiat gargarisma cum oximelle: deinde ascendat ad cinamomum spicā & piretrum & assam fetidam. Et ponant ab extra olea & empl'a cōueniētia. ¶ Si aūt īduraret mollificet cū dyaquilone mūdificato cū axūgia gallinacea aut cōsili: aut cū aliquo de mūdificatiuis ī capl'o de sclirosi dictis superi⁹ & inferi⁹ dicēdis. ¶ Quarta res cōpletur s'm accidentia: vt si dolor adest fortis fiat gargarismus cū lacte tepido: quia illud est laudatum apud oēs. Et idē valet sirupus violaceus: & papauerin⁹ & penidie & muscillago: i.e. lini psilij: & semina citoniorū dissoluta cū aliqua aqua stiptica: vt esset ros. plātagi. solatri. Et Haliab. summe ad hoc cōmēdat cassiam fistulā cū aqua liquiritie dissolutā. ¶ Si aūt adesset tāta strictura ꝙ nō posset trāsglutire ponant vētose circūcirca colliū: vt canalis amplie. Et qnq3 dicit Aui. intromittatur canula facta de auro: aut de argēto: ac similibus adiuuando ad inspirationem. Et aliquando cōfert

in dilatione deglutionis & anhelitus cōpressio spatularum cum fortitudine. ¶ Cūq; squinantes vehementiores fiunt: & non valent medicine: & credit ꝙ perditio futura sit: dicit Auicen. quod illud per quod speraẗ euasio est apertio cāne vel epligoti: supple inter duos anulos: taliter quod possit anhelare dimittēdo per tres dies & non vltra: & ex causa que dicetur infra donec transiuerit egritudinis malitia: & postea suatur & incarneẗ. Quod probat Albuc. ancille testimonio: que cum cultello partem canalis pulmonis inciderat. Et Auenzoar dictam operationem in capra probauit.

¶ De botio.

BOTIVM est apostema siue exitura aut excrescentia in collo ex materia humorali in materiam malā conuersa. Cuius cause & signa sunt vt aliorū apostematū exituraliū dicta. Indicia tamen aliqua habent propria. Botium naturale ꝓm Albucrasim nō recipit curā. Botium quod est intrinsecum neruus & arteria cū securitate omnino operaẗ. Botiū magnū quod occupat ambas partes est dimittēdum. Quocūq; modo botium extirpare corrosione & incisione in collo ꝓm Arnoldum est verendum. Botium egritudo regionalis: & hereditaria apud multos reputatur.

CVRA botij colli non diuersificatur a cura cōmuni aliorū botiorū & glandularum dicta superius: nisi in hoc quod si non possunt curari cum resolutiuis: aut cū maturatiuis dictis in loco allegato: neq; cū desiccatiuis & consumptiuis appropriatis statim dicēdis fiant ꝓm Rogerium cū ferro calido duo setones: vnus secundum longum alter secundum transuersum & quotidie mane & sero extrahātur ad exteriora donec penitus caro seu materia sit consumpta. Si quid tamen relictum fuerit cum puluere affodillorum vel consimili deuastetur: & postea vt cetera vulnera curetur. ¶ Si autē est liberum & non cum venis & arterijs intricatum scindatur cutis & discarneẗ: & ipsum cū suo flosculo totaliter vt supra dictū ē extrahaẗ & cureẗ. Aut si videẗ sibi expediēs: vt dictum ē de scrophulis caute cū corrosiuis extirpeẗ.

¶ Desiccantia appropriata & experta per magistros sunt hec. Primo ab intra ordinat Rogerius electuariū tale. ℞ radicis viticelle: radicis cucurbite aggrestis ciclaminis: polipodij brusci: sparagi: aristologie rotūde: radicis cucumeris aggrestis radicis iarri: radicis tassi: barbassi: spongiam marinā & palleā marinā. añ. partē j. adusta spongia & pallea reliqua pulverizentur & cōficiantur ad modum electuarij: supple cū melle de quo precipit aliquantulum ponere sub lingua cum vadit dormitum: & de mane administret vnus gobelletus potionis facte cum vino decoctionis radicis maliterre: radicis tassi barbassi: polipodij: betonice brance vrsine & ita iubet continuare per decē aut vndecim dies. Cum predictis etiam iubet lac porce primos fetus lactantis apponere. empericum est: quare non multū curo. Neq; etiam de predicto auxilio nisi inquātū diureticum est & purgatio p vrinā in talib⁹ fuit superius in de glādulis cōmēdata. ¶ Empl'a ad dissoluendum ipse cum suis magistris docet facere de radice lapacij raphani cucu. aggrestis saxiragie coctis: & cum axungia aliqua mixtis. Superius tñ in capl'o scrofularū plura sunt imposita emplastra ad resoluendum & maturādum quare illuc requirātur. ¶ Lanfrancus ad hoc dictat aliam potionē cum vino decoctionis parue plante nucis cum suis radicibus & piperis. ¶ Magister Dinus facit pulverem de spongia cōbusta ossis sepie salis gemme & cōmunis radicis celidonie ciperi succi ciclaminis zinzi. piretri bedegarum nucis cipressi pallee marine. Ego tñ addo scrophularie radicē & philipendule: & vtatur vt supra. Tales autem medicine multas habent promissiones: operationes vero paucas.

¶ De apostematibus dorsi.

QVIA in anathomia colli fuit posita anathomia dorsi p tāto expediēdo dicim⁹ q̄ apā dorsi in causis & signis & cura satis cōueniūt cum cōib⁹ nisi i hoc q̄ ista magis sunt periculosa ꝓpter ꝓpinquitatem nuche que

vicaria est cerebri: vt in anathomia fuit dictum: vnde in .12. de vtil. particularũ sinthomata nuche similia sunt sinthomatibus cerebri. Et ex hoc nõ debem⁹ ea reper-cutere ita fortiter sicut & alia. Sufficit em̃ a principio ponere alterãtia & refrenãtia domestica: quale est oleũ rosatum. Cum hoc etiam qñ saniãtur non expectetur ad aperiendum perfecta maturatio: & in aperiendo ꝑm profundum sequatur & caueatur neruorum origo: nã eorum punctura & incisio est periculosa. Gibbositas est proprie dorsi passio: verum quia proprie nõ est apostema; licet possit ab apostemate causari. Sed dislocatio dicetur infra.

¶ De apostematibus homoplatis & brachiorum.

¶ Capitulum quartum.

APOSTEMATA homoplatis & brachiorum non variantur a cura cõmuni nisi ꝙ circa iuncturas anticipat̃ apertione sanies q̃ sui mora corrodit & dissipat neruos & ligamẽta: & per consequens profundetur iunctura & efficiat fistulam precipue circa cubitum in quo maior est ligamentorum & ossium infiltratio. Et caueatur apertio circa summitatem: sed circa latera. nam motus & ossis denudatio impediunt consolidationem.

¶ De apostemate post flebothomiam.

CETERVM cõtigit brachia apari aliquoties post flebothomiã; vbi ꝙ cõsulit Aui. in principio ẽ borũ vc3 ꝙ ex altero brachio minuat̃ ꝑm ꝙ tolerauerit; & super ipsum emplr̃m de cerusa & in circuitu de infrigi-dãtib⁹ fiat epithima. Ego aũt emplr̃aui cũ boloar. & al-buminibus ouorũ. Illud aũt ꝙ dicit Iamerius de fomentatione mollificãte & resoluẽte: & stupa & ligatura cõpetit in processu &c.

EMBORISMA est apostema leue ex sanguine & ventositate repletum ꝑm Aui. quarto sui canonis; capitulo de fluxu sanguinis, Vñ Gal. in de tumorib⁹ preter naturam. Arteria vero destructa emborisma hec passio vocat̃, fit autẽ diuisa ea cũ iã in cicatricẽ accidit preia-cens eis cutis; quia vt dicit Auicẽ. plurimum fit in cur-

uaturis collo & inguinibus ꝑ se a causa intrinseca: aut ex flebothomia. Et quia illa magis fit in brachio ideo ponitur in capitulo brachiorum.
¶ Cognoscitur autem huiusmodi passio per viros prefatos quia pulsati vt arteria; & premēdo retrocedit. & reuertitur vt ruptura.
¶ Cura ipsius fit dupliciter: vno modo cum cōpressione facta cum emplastro stiptico: & ligatura ad modum rupture. Alio modo ꝙ ab vtraqꝫ parte arteria discoope riatur & ligetur cum filo: & illud quod erit inter duas ligaturas incidatur. Et post vt cōia vulnera curet. Aliū modum assignat Albuc. cum duabus acub⁹ ligando: de quo infra in eminentia vmbilici dicetur.
SOLET circa manus aliquoties accidere inflatio carnosa & flegmatica que a multis chyragra dicit. Cu ius causæ & signa in apostematib⁹ phlegmaticis superius sunt dicta: veruntamen que est naturalis antiqua & confirmata non recipit curationem. ¶ Cura vero cu rabilis non differt a cura cōi apematum phlegmaticorum: nisi quia propria aliqua hñt auxilia & cauterisatione que indiget ſm incessum ossium rachete cum cultellari vt morbus non redeat. Auxilia ꝓpria sunt hec. Primo magister meus mōtispessullani faciebat hoc. Re cipit caulium rubeorum M. v. ebulorum tribulorū marinorum añ. M. ij. coquantur cum lixiuio cinerum clauellatorum & aliquantulo aceto & sale terātur: & fiat empl̃m. ¶ Consequēter ſm magistrū meū Ptolosanum fiat chirotheca siue bursa de bono corio & impleat de bono lixiuio cinerū ficariorū & sarmentorū atqꝫ filicū cū modico sale & aceto: & in ea man⁹ ponat & taliter claudat: & ligẽt ꝙ nihil exeat: & ipam sepe cū aqua calida ī altero vase calefaciat: & hoc tm̃ cōtinuet quousqꝫ man⁹ sit deinflata. ¶ Nōnulli vero primo eā balneāt cū aqua decoctiōis sgnāti: vl̃ alicui⁹ rei subtiliātis: postea cū pice & cera applicatis violēter attrahēdo mollificāt manū. ¶ Cōsequēter eā suffumigāt & stuffant cū fumo eleuato ab aceto īiecto sup marchasitā: aut lapidē mollarē ignitos. Vltimo ēplastrāt cū galbano & armoniaco &

consimilibus. Modi tantū primi mihi sunt magis experti: nihilominus in tali casu magis assuesco spōgias infusas in lixiuio forti calido in quo sit alumen & sulfur: & salligando stricte: vt in apātibus fuit dictum phlegmaticis: q̄ in aliquo alio. Et dicet̄ in de elephātia magis cōplete. In oībus tamen dispositionibus materia ad alterā manum cum fricationibus: & pondere deriuetur. Et in fine cum cauterijs dictis qui vult procedere.

¶ De apostematibus digitorum fistulosorū.

NASCVNTVR circa iuncturas digitorum q̄nq̄ apāta phlegmatica dura cum colore fusco: in quorū circuitu vene eleuantur vlcerantia & corrodentia ossa & ligamenta: vt dicit Guil. de sali. currens & permutās se aliquando de membro ad membrum velut sephyros dictus ab Aui. ferinos. ¶ Cuius causæ & indicia & cura sunt sicut scrophularum squāmosarum: vngēdo a principio cum oleo de spica & de lilio: & cū diaquilone desuper. Et si cōtingat eam vlcerare mundificet̄ cū vnguēto apl'orum: & puluere affodiliorum. Et si est necesse cū arsenico: sicut in scrophulis fuit dictum. Si autē os fuerit corruptum cauterisetur: & remoueatur corruptū. Nā cauterium oēm corruptionem remouet vt dicetur: post autem, curatione aliorum vlcerum curetur.

PANARITIVM est apostema calidum exiturale: circa vnguium radices generatum. Cuius cause & signa per capitula calidorum apātum superius dicta habentur. Indicia tamen aliqua habet propria. Quia s'm Aui. est difficilis & vehementis doloris: ita q̄ aliquādo facit feb. alienationem & sincopim: & per consequens interficit. Et quandoq̄ vlceratur & perducit ad corrosionem & corruptionē carnis & ossis: & per cōsequēs ad totius digiti estiomenationē & perditionē: & emittit saniem subtilem & fetidam vt plurimum.

CVRA ipsius non variatur a cura communi nisi in maiori infrigidatione & refrenatione circa principiū: & maiori sedatione doloris. ¶ Facta igitur flebothomia euacuatione & diuersione & dietatione calidarum materierum infrigidetur in principio cum aceto

puro: aut cum se.psilij muscillaginato: aut cum gallis & corticibus granatorum mixto. ¶ Unde Haliab. dicit φ sapiēs Hyppo. in quarto epidimiarum cum galla viridi & aceto dolorem curabat. Camphora etiam ab Auicen. in hoc multum laudatur. In augmēto & statu acetum cum farina ordei; aut cum furfure apponat. Et in fine competit oleum cum thure & nigella ad resoluendum.

¶ Si vero collectionem facit: iuuetur ad maturādum cū muscillagine psilij cum aqua adipe mixta: aut cum isto emplastro. Et est Guilf. ℞. vitella tria aut quatuor ouorum coctorum farine fenugreci & seminis lini muscillaginis maluauisci ana. ℥. j. butyri recentis quartā ß. incorporentur omnia & fiat emplastrum. ¶ Et cum est maturatum perforetur perforatione subtili & parua & euacuetur quod in ipso est: & mūdificetur cum melle & farina lentium & lupinorum: & aloe est de melioribus rebus ad incarnandum.

SI VERO vnguis carnem pungeret abscindat. ¶ Si vero vlceraretur cum trociscis affodillorum: aut calidicon seu arsenico desiccetur. In casu vero in quo est corruptum os discooperiatur: & os cum ferro calido cauterisetur. Cauterium enim in hoc est iuuatiuum valde: vt dicit Albucrasis.

¶ Si etiam estiomenatur scarificetur: & cura illius ꝓcuretur. ¶ Et si ambularet corruptio ad digitum: ita φ de ipso timeatur incidatur & cauterisetur. ¶ In omni aūt dispositione ad intercipiendum materiam circumcirca digitum & manum cum oleo ro. aut vnguēto de bolo armeno inungatur. ¶ Dolorem autem mitigat Aui. cū opio. & si muscillago psilij cum eo misceretur: res esset perfecta. Guif. tamen ad hoc facit aliud vnguentum in quo Haliab. consentit. ℞. olei ros. ℥. j. apij iusquiami añ. ℥. j. se. apij. ℥. ß. aceti. ʒ. ij. pistando fiat vnguētum. ¶ Oīa autem auxilia cum suaui panno & indolorose apponātur: quia hoc accidens superat causam suam.

¶ De apostematibus pectoris. Cap. V.

CIRCA regionē pectoris vel thoracis ab extra multi modi apostematum generant: vtputa bubones sub assellis & apostemata mamillarum: & ipsarum costarum: de quibus per ordinem est dicendum: & primo de bubonibus.

¶ Vnde sciendum est ꝙ bubo sumitur tripliciter ꝓprie pro solo apostemate latitante ad modum illius animalis circa parietes in subassellis. Alio modo large ꝓ apostemate generato in tribus emūctorijs. s. cerebri sub auribus cordis sub assellis epatis in inguinib⁹. Alio modo magis large pro apostematibus generatis in membris glandulosis: vt in dictis: & cum hoc in mamillis & testiculis: q̄ licet sint nobilia & principalia: non tamen sunt necessaria ad esse indiuidui sed speciei. Et ideo sustinēt aliqua repcussiua: aliq̄ vero nulla. Et ita intellexit Auicen. in suo quarto. Hic tamen sumitur primo & secūdo modo ꝓ apostemate emunctoriorum principaliter cordis tanq̄ a principaliori membro.

ISTA AVTEM apostemata sunt calida & frigida & dura: que Aui. vocat fugillica ſm materias ex quibus fiunt. Et licet modus generationis vtplurimum sit ſm generationem & expulsionem facta a natura vt superius fuit dictum: nihilominus attrahunt ea vlcera & apostemata extremitatum: quorum cause speciales & signa per doctrinam generalem habentur superius.

¶ Indicia tamen aliqua habent propria: & est vnum ꝙ ab ipsa libenter sequitur febris. Sunt tamen ſm Hyp. in quarto affōrum omnes in eis male preter effimeram: & causa est quia significāt ꝙ tales bubones sunt germina & effectus apostematū interiorū vt ponit Gal. in cōmēto. Apostemata autem interiora maxime que sunt ꝓpe membra principalia sunt periculosa.

¶ Transgressio de mortalitate.

ET HOC manifeste vidimus in illa ingenti & inaudita mortalitate q̄ apparuit nobis in auenione anno domini M.cccxlviij. pontificatus domini Clemētis sexti anno sexto. In seruitio cui⁹ fui gratia licet indignus tūc

existebam. Et non displiceat: quia propter ipsius mirabilitatem & preuidentiam: si iterum accideret narrabo eam.

¶ Incepit autem dicta mortalitas nobis in mēse Ianuarij & durauit per septem menses. Et habuit duos modos. Primus fuit per duos menses cum febre continua: & sputo sanguinis. Et isti moriebantur intra tres dies. Secundus fuit per residuum temporis: cum febre etiam continua: & apostematibus & antracibus in exterioribus potissime in subassellis & inguinibus & moriebantur intra quinq; dies. Et fuit tante contagiositatis specialiter que fuit cum sputo sanguinis: & non solum morando: sed etiam inspiciendo vnus recipiebat ab alio: intantum quod gentes moriebantur sine seruitoribus & sepeliebantur sine sacerdotibus. Pater non visitabat filium: nec filius patrem: charitas erat mortua: spes prostrata. & nomino eam ingentem quia totum mundum vel quasi occupauit. Incepit autem in oriente: & ita sagittando mundum pertransiuit per nos versus occidentem. Et fuit ita magna ꝙ vix quartam partem gētium dimisit: & inaudita: quia legimus illam de ciuitate tracie & palestine & alias in libro epidimiarum factam a tempore Hyppo. & illam que accidit ꝑm subiectam gētem Romanorum in libro de epidimia tpe Gal. & illā in ciuitate Romana tēpore Gregorij: & nulla fuit talis. Quia ille non occupauerūt nisi vnam regionem. Ista totum mundum. Ille erant remediabiles in aliquo. Ista in nullo: fuit enim inutilis pro medicis & verecundosa: quia non erant ausi visitare propter timorem inficiēdi: & quando visitabant parum faciebāt: & nihil lucrabātur. Omnes enim qui infirmabantur moriebātur. Exceptis paucis circa finem: qui cum bubonibus maturatis euaserunt. ¶ De causa istius ingentis mortalitatis multi hesitauerunt. in aliquibus crediderunt partibus quod iudei venenassent mundum. Et ita interfecerunt eos. In aliquibus pauperes truncati & effugiebant eos. In alijs nobiles: & ita dubitabant ire per mundum: finaliter ad tantum deuenit quod tenebant custodes in ciuitatibus

& villis: & nullū permittebāt intrare: nisi bene notū. Et si alicui inuenissent pulueres aut vnguēta: timētes ꝙ essent potiões faciebāt eos transglutire. ¶ Quicquid tñ popul⁹ diceret veritas fuit ꝙ huius mortalitatis cā fuit duplex: vna agēs vniuersal. Alia ꝑticularis patiēs. Vniuersalis agens fuit dispō cuiusdā cōiunctionis maioris trium superiorū Saturni Iouis & Martis, q̄ precesserat anno dñi M.cccxlv.xxiiij.die mensis martij in 14.gradu Aquarij. Maiores em̄ cōiunctiones: vt dixi in libello quem feci de astrologia significāt res admirātes fortes & terribiles vt mutationes regnorū. Aduentus prophetarū atq; mortalitates magnas. Et ille disponuntur ꝑm naturam signorū & aspectus eorū in quibus sunt. Non ergo fuit mirum si significauit mortalitatē admirandā & terribilem illa magna cōiunctio quia nō fuit solum de maioribus: imo etiam de maximis. Et quia fuit in signo humano damnum supra naturā humanā direxit & quia signum erat fixum longā durationem significauit. Incepit em̄ in oriente paulo post cōiunctionem: & durauit adhuc in anno quinquagesimo in occidente. Impressit em̄ talē formā in aere & in alijs elemētis, ꝙ sicut adamas mouet ferrū: ita ipsa mouebat humores grossos adustos & venenosos & congregabat eos ad intrinseca. Et faciebāt apostemata: ex quibus sequebant febres continue: & sputum sanguinis in principio dum sanies fuit valida & confundebat naturā: & post dum remissa fuit natura nō tm̄ cōfundebat: & expellebat ꝓut poterat ad exteriora maxime ad subassellas & inguina: & causabat bubones & alia apostemata ita ꝙ illa apostemata extrinseca erant effectus apostematum intrinsecorum.

¶ Causa particularis patiens fuit dispositio corporum vt cachochimia: & debilitatio & oppilatio. Et ꝓpter hoc moriebantur populares laborantes & male viuentes.

¶ De cura fuit laboratum in preseruatione ante casum & in cura in casu. In preseruatiōe nō erat melius q̄ ante infectionē fugere regionē & purgare se cū pillulis aloe-

ticis & minuere sanguinē cum flebothomia rectificare aerem cum igne: & cōfortare cor cū tiriaca & pomis & rebus odoriferis. Cōsolari humores cum bolo armenico: & resistere putrefactioni cum acetosis.

¶ In cura fiebant flebothomie & euacuationes & electuaria & sirupi cordiales: & apostemata extrinseca maturabātur cum ficub⁹ & cepis coctis: & pistatis & mixtis cum fermēto & butyro post aperiebantur & curatiōe vlcerū curabāt. Antraces ventosabātur sacrificabantur atq; cauterisabantur. Et ego ꝓpter diffugere infamiā nō fui ausus recedere. Sed cum cōtinuis timorib⁹ preseruaui me cum predictis quātum potui. Nihilominus versus finē mortalitatis incurri febrem continuā cū apostemate inguīali & egrotaui quasi per sex septimanas & fui in tanto periculo ꝙ oēs socij mei moriturum me crediderunt: & maturato apostemate & curato vt dixi: euasi iussu dei.

¶ Post vero anno. lx. pontificatus dñi Innocentij sexti anno. viij. retrogradādo de alemania & partib⁹ septentrionalibus reuenit ad nos mortalitas. Et incepit versus festum sancti Michaelis cū botijs febrib⁹ carbunculis antracibus paulatim augmētando: & aliquoties interpolando vsq; ad medium anni sexagesimiprimi. Et postea ita furiose vsq; ad tres sequētes menses durauit: & non dimisit in multis locis medietatē gentium: differebat tamen ab alia preterita: quia in prima plures decesserunt populares. In ista vero plures diuites & nobiles & pueri infiniti & mulieres pauce. ¶ In qua ex dictis magistri Arnoldi de villa noua: & magistrorum montispesfulani: & Parisius tale electuariū tiriacale assumpsi. Quod recipit iuniperi. ʒ. ij. & ß. gariofili macis nucis mus. zinzi. zeduarie. aā ʒ. ij. vtriusq; aristologie radicis gentiane tormētille: radicis herbe cimicis diptami: radicis enule campane. aā. ʒ. ij. & ß. saluie: ruthe balsamite menthe polemonon quod est pulegium ceruinū ꝭm magistrum Arnoldum: aut celidonia secundum magistrum Mundinum. aā ʒ. j. baccarum lauri doronici crocisse. acetose citri azimi masticis: olibani: boliar. terre

sigillate: spodij ossis de corde cerui: rasure eboris: marg. fragmentorum saphyri smaragdi: coralli ru. ligni aloes: sandali ru. & muscatellini. añ. ℥. ß. conserue ros. conserue buglosse: conserue nenufare. tiriace probate añ. ℥. j. panis zuc. lib. iij. fiat electuarium cum aqua scabiose & rosa. modicũ camphorata accipiebã vt tiriaca & fui preseruatus iussu dei. Cuius nomen sit benedictum in secula seculorum Amen.

CVRA bubonum ſm Auicen. est diuersa a cura aliorum apostematũ in euacuatione & repulsione: eo quod est secundum semitam crisis: aut expulsionis ex membro principali: tunc nõ oportet vt preponat euacuationem. Sed statim applicentur localia: & non repulsiua: imo trahentia materiam ad locum apostematum quacunque attractione: & etiam cum ventosis: vt dictũ fuit in sermone generali. Si autem non est secundum semitã dictam: sed est ab vlceribus extremitatum: aut alia cã primitiua: & adest repletio: aut sine ea occasione doloris: vt supra. 13. terapen. fuit allegatum: tunc euacuatio est radix curationis & minoratio cibi & eius subtiliatio: vt dicit Aui. & in isto casu: ꝓpter refrenare concursum in humorum principio possunt applicari aliqua alterantia cum quadam confortatione velut oleum ros. cum camomillino: in nullo alio casu non. imo mollificantia. Non obstante Henrico qui post euacuationem docet indifferẽter ponere in principio repercussiua. mollitiua enim sint non quecũque: sed domestica: nisi in necessitate vbi domestica nõ sufficerent. Nam vt ait Auicen. sicut in expulsiuis est timor reditus materiei ad mẽbra principalia: ita in mollitiuis est timor attractionis superflue: quorum amborum securat euacuatio in casu. Et hoc est quod Gale. dicebat in tertio meamir. parotide. i. apostemata secus aures: licet sint de genere phlegmonis: nõ tamen vtimur in eis prima intentione phlegmatum particularum: sed cõtraria pharmacijs attractiuis vtentes. Et si nihil dignum ratione processerint hec & ventosam afferentes: aduertendo tamen ꝙ si vehementem impetum habet id quod influxit nil operemur:

sed nature totum dimittamus: ne ex vehementia attra-ctionis dolor vehemens apprehendat hominē: vt pro-pter eum & vigilie fiant & feb. adueniant & virtus dis-soluatur. mitigare quidem magis tunc & non quidem operari repercussionem humorum non congruit catha-plasmatibus vtentes mitigatiuis quecunq; cum mode-ratione caliditatem & humiditatem habētibus. Et hoc est quod dicebat in tertio terapen. calefacere & hume-ctare oportet totum collum & extremitatem & ipsum adeuē. i. emunctorium vt indolorose fiat. Prima die oleum calidū infusum lane superponentes: non vt qui-dam confestim cum sale. Postea vero ea vtamur supra cum aqua calida mixto fomentando & cathaplasman do: vt resoluatur quod collectū est mitigato dolore. Si quod collectum est non potest resolui digerere & sup-purare oportet illud cum cathaplasmatibus suppurati-uis velut est tripharmacum de farina aqua & oleo co-ctis aut aliquo superius in sermone vniuersali dicto: & postea procedere secundum quod ibi est dictum.

¶ De apostemate fugilico & indurato in emunctorijs.

APOSTEMATA autem dura que scliros Gal. fu gilica Aui. vocant in dictis locis difficilia sunt ad curā-dum: & curatione scrophularū ea curare precipit Gal. in. 13. terapen. Aui. tamen in his appropriat emplastrum de cinere limaciarum cum adipe. Gal. easdem cum mel le authoritate Archigenis in hoc casu commēdat. Mul ti autem duritiem incidunt & glādulas naturales euel-lunt. Quod ego nō facio: quia post locus cicatrizando induratur cōtra intentionē nature: que illas partes ordi nauit molles ad repercutiendū membrorū principaliū superfluitates. Quicquid tamen fiat, incisiones in subas-sellis & inguinibus debent fieri: semitransuersaliter se-cundum formā lune: vt ostendit Albu. retro autem au-res equaliter inquit Aui. Et intelligo equaliter. i. secun-dum longitudinem.

¶ De apostematibus mamillarum.

APOSTEMATA mamillarum quedā sunt pro-

pria quedã similitudinaria vt caseatio lactis & ingrossatio preter naturam: de quibus dicetur infra. ¶ Apostemata calida & frigida in hac particula habēt causas & signa apostematum cõmunium superius dictorum: nisi quod ad ea generanda in mulieribus multum facit retētio menstruorum: & ad ea curanda prouocatio eorundem atq; flebothomia saphenarum. ¶ Habent etiam signa & indicia aliqua ꝓpria: quia in apostematibus semper est aliqua caliditas: & dolor atq; tumor in coagulatiõe lactis de his parum est: aut nihil. Lac etiam coagulatum expanditur equaliter per mamillam. Apostema vero in altera parte precipue quando venit ad augmentum monstrat eminentiam: lac cum hoc non venit nisi grauidis & pregnantibus. Apostema vero in omni tempore generatur In apostematibus mamillarum timendum est de mania: iuxta illud quinto affõrum. Mulieribus quibus ad mamillas conuertitur sanguis maniam significat. Et licet afforismus sit Gale. suspectus: ipsum tamen modificat ac verificat: quãdo sanguis repugnat conuersioni sui mordacitate & multitudine quibus ledit & cerebrum. Lanfrancus tamen testatur quod ipse vidit. Ego autem nunq; vidi: sicut nec Gal. vidit: sicut ipse testatur in cõmento Auicen. bene vult quod sirsen ad apostemata mamillarum seu pleuresim resoluatur: sed non econtra.

CVRATIO apostematum mamillarum nullũ habet proprium: nisi quod repercussiua oportet quod sint domestica: propter vicinitatem cordis. Sufficit enim in calidis: vt plurimum que sunt talia in principio: sicut oleum ros. cum modico aceto: aut aqua cum aceto non frigida sed calida. Postquam autem pertransiuerit principium fiat emplastrum cum farina fabarum & folijs solatri & melliloto contrita & cocta cum oximelle & oleo sisamino aut amigdalarum. ¶ Si autem videtur facere collectionem maturetur cum emplastris maturatiuis dictis & dicendis. Et proprie cum isto quod laudat Auicen. ℞. mice panis quartam. j. farine fabarum; radicis maluauisci; quartam. ß. farine

fenugreci.℥.j.ouorum coctorum vitella.iiij.in numero addendum modicum de croco & mirrha & assa fetida: fiat emplastrum. ¶Et ipso maturato aperiatur in bassio ri loco ſm formam lunarem: vt ostendit Albu. & nō ponatur magna tenta propter dolorem: & mūdificetur vt alia. ¶Si tamen apā esset frigidum inungatur cum oleo de spica & lilio vt alia. ¶Et si tēderet ad duritiem: Aui. ponit emplastrū de rizo cocto cum vino dulci & oleo viol. & vitello oui. Si vero durities conuertatur ad cancrum non est consilium in curando nisi abscindere totā mamillam: quod est tamē vt superius est dictum valde timorosum. Melius enim est in tali casu palliare q̄ curare & incurrere infamiam.

¶De coagulatione lactis.

COAGVLATIO lactis que vtplurimum fit a frigido dissoluitur cum eisdem dictis in apostemate frigido: & cum embrocatione aque calide decoctionis sicle: apij: menthe atq̧ calamēti. Et laudat Lanfrancus istud emplastrum. ℞. mice panis mundi: farine ordei: fenugreci se. lini. añ. ℥. j. radicis maluauisci: foliorum malue eruce. añ. M. j. colligantur hec duo vltima coquantur & pistentur: & cum oleo modicum incorporando: fiat emplastrum.

¶De apostematibus parietum pectoris.

APOSTEMATA que sunt in parietibus pectoris nihil habent proprium nisi ꝙ caute repercutiantur propter causam dictam: & ſm incessum costarum aperiantur atq̧ longa non expectetur maturatio: ne sanies ad intrinseca deriuando ad intrinseca fistulam pariat. ¶Scriptum est autem ab Hyp. primo pronosticorū que intus & extra crepuerunt malum est: & commētat per Gal. ꝙ natura non inuenit locum in quo appodiet se: sicut fundamentum in terra super quo generet & consolidet carnem: parit ergo fistulam cuius curatio est mala vt dicetur infra. ¶Quomodo autē regatur fistula: q̄ in casu seu spatiositatem intrinsecam profundatur dicetur infra: cum de fistula fiet sermo. Que autem ab intra deuenerunt in saniem vrantur aut incidantur & si sanies

est laudabilis

est laudabilis euadere possunt. Si vero mala pereunt in septimo affõrum. locus in quo debet fieri apertio etiam infra dicetur & ostendetur.

¶ De apostematibus ventris. Cap. vj.

APOSTEMATA cõia ex parte exteriori ipsius ventris nihil habent propriũ nisi que dicta sunt propria in pectore: & hoc etiam ꝙ cum omnibus resolutiuis & maturatiuis misceantur aliqua aromatica stiptica & confortatiua: eo quod propter propinquitatem quam habent ad mẽbra nutritiua: possent ea & earum actionem toti corpori necessariam debilitare: misceãtur ergo cum eis oleum nardinum vel maluinum mirtinum masticinum: & oleum de absinthio & spica: que Gale. appropriat ad confortãdum viscera specialiter epar. 13. terapẽtice. In principio enim applicetur oleum roſ. cum oleo maluino: aut mirtino. In augmẽto oleum camomille cum absinthio aut nardino: si vero tendant ad suppurationem: apponatur arthomel. i. panis cum melle nõ purum: vt Atalus discipulus Sorani ponebat. Sed cum oleo masticino aut absinthio mixtum.

¶ De duritie stomachi.

SI AVTEM declinant ad duritiem cautissime aduerte: quia talia apãta faciliter indurantur: & indurata difficilia & periculosa sunt inducẽdi hydropisim vt dicit Lanfrancus. Guiſ. tamen de saliceto appropriat quã do sunt ĩ orificio stomachi dyaquilõ. Ego vero misceo cum eo modicum de pul. vere cũ oleo de absinthio malaxatum.

¶ De duritie epatis.

SVPRA vero epar dictat emplastrum cõe ad oẽm duritiem. Quod ℞. galbani serapini oppoponacis. añ. ℥. j. farine fenugreci: seminis lini. añ. ℥. ij. terbentineli. ß. olei camomille. ℥. iiij. farine frumenti quod sufficit ad inspissandum ponantur gũme in oleo camomille minutatim incise: & dissoluant ad ignẽ: & post addaĩ terbẽtina &

coletur: deinde incorporetur farina: & fiat emplastrum. si tamen adderetur oleum rof. aut violatum vel absinthium propter epatis seruandā integritatē, esset melius.

¶ De duritie splenis.

IN DVRITIE vero splenis. Recipe armoniaci serapini bdelij oppoponacis. ana. ℥. j. olei de spica ʒ. v. tereben. ℥. ij. farine fenugreci: & seminis lini añ. ℥. j. farine lupinorum ꝙ sufficit ad incorporādum: fiat emplastrum vt dictum est de epate. ¶ Albucrasis autem consulit in istis locis quādo in eis est frigus & humiditas multa: & curationes alie non valent: cauteria punctualia tria vel quatuor ſm magnitudinem epatis: & ꝙ non multū pertranseant vltra cutim.

¶ De ydropisi.

YDROPISIS ſm Brunum dicitur ab ydros ꝙ est aqua: & pisis ꝙ est passio: id est passio aquosa ꝓprie in ventre. ¶ Est em̄ ydropisis quantum spectat ad chyrurgicum apā & inflatio ventris ex materia aquosa & vētosa infecta spatiositatem vētris errore virtutis digestiue epatis generans. Vnde in quinto de interioribus siue patiendo quidem epar: nunꝙ̄ fit talis passio. Patitur autem epar q̄nꝙ̄ propter proprietatem: q̄nꝙ̄ propter colligantiam: & hoc innuebat Hyp. secundo pronosticorū. Cōsurgit ab epate & ab ilijs: talis aūt passio in epate dicitur error: & infrigidatio seu diminutio caloris naturalis ipsius facta a frigido per se & vniuoce: a calido vero per accidēs & equiuoce resoluēdo calorē naturalē ipsius epatis. Et propter hoc dixit Gordonius: ꝙ nullū mirabile est si in ydropisi de calida in eadē parte epatis est frigiditas & caliditas insimul vnū tāꝙ̄ formatū & cōiūctū reliquū tāꝙ̄ formās & antecedēs: vnū naturale reliquū ꝑter naturā: vnū materiale reliquū formale: vnū apparēs reliquū occultū. Ex qua īfrigidatiōe ī de tumoribꝰ ꝑter naturā: & sexto de egritudine & sinthomate coaceruat

multitudo aquose materie in asciti: spumose vero in timpanite: flegmatice vero ī anasarcha & leucoflegmatice nominate. Sunt ergo ꝑm hoc tres species ydropisis.
CAVSAS ydropisis non oportet chyrurgico aliter inquirere ꝙ̄ dicte sunt superius in sermonibꝰ de apostematibus phlegmaticis: perfectam & exquisitam inquisitionem recipere debent a medicis alijs physicis.
SIGNA cōia trium specierū sunt inflatio & mala coloratio faciei & extre morum: & debilis superfluitatū expulsio. ¶ Signa propria asclites seu asclitis sunt demagratio partiū superiorū & inflatio inferiorum. Et si venter agitetur, sonat velut vter aque semiplenus: & alia signa a postematum aquosorū dicta. ¶ Signa timpanitis sunt eadem: sed si venter percutiatur sonat vt vter plenus vento: & signa superius dicta de apostematibus ventosis. ¶ Signa anasarche sunt tumor vl'is totius corporis. Et si caro cōprimatur cū digitis dimittit post eos cauernam: & reliqua signa phlegmatis dicta: & venter non est ita inflatus vt in alijs speciebus. ¶ Signa que recipiuntur a pulsu & ab vrina: & ab egestione & alijs expulsis a physicis recipiuntur.
¶ De ydropisi hyp. iudicat in secundo pronosticorum: ꝙ omnis ydrops in acuta febre malum. ¶ ydropisis em̄ que sequitur febrem continuā vix aut nunꝙ̄ curatur.
¶ Ydropisis ī complexiōe calida & sicca est mala: quia est cum disconuenientia particularium.
¶ Ydropisis que ꝓuenit ab epate peior est illa que prouenit a splene vel alijs membris. ¶ inter omnes species ydropisis asclites est deterior yposarcha salubrior & timpanites tenet medium. Quicquid autē sit ydropisis est morbus difficilis: & ideo de ipsa parum promittas. In sola asclite operatio chyrurgicalis habet locum. Et alie physicis relinquantur.
CVRA ydropisis preter communia dicta in apostematibus phlegmaticis habet quedam propria. Primo quod vita sit magis stricta & desiccatiua. ¶ Secundo, quod epar rectificet. Tertio ꝙ purgātia ꝑ vētrē & educētia ꝑ vrinā sint crebriora. Quarto ꝙ ab extra ad eua

porandum & nõ ad supporãdum magis attendatur: & hoc erat Gal.preceptum quod allegabatur superius de apostematibus aquosis in secũdo ad glauconẽ.& septimo afforismorum.in cõmẽto, quibuscũq; epar.Et propter hoc in asclite de quo est proprius iste sermo euacuetur materia cum pillulis de rereubarbaro. que ꝭm Ras.℞.reubarbari succi eupatorij:seminis scariole: añ. ʒ.iij.agarici.ʒ.v.mezereon:idest laureole.ʒ.x. fiant pillule.dentur ʒ.ij.& ß.¶Educantur etiam humiditates per vesicam cum apazimate de radicibus quod est ꝭm Raso. ℞.corticis radicis apij:& feniculi.añ.ʒ.x. seminis apij & feniculi ameos squinanti.añ.ʒ.v.ros.rub.spice.añ. ʒ.iij.coquantur in vna libra aque donec ad tertiam redeat:& detur in potu.

¶Et ꝭm Gal.tertio de cõplexionibus:medicamen cum cantaridibus correctis per adustionem seu per gummi cereforum admixtionem datum cũ vino in quantitate grani parui valde iuuat ictericos: & ydropicos: quia multimodam humiditatẽ euacuat per vrinã. ¶Confortetur epar ab extra cũ trociscis de berberis qui ꝭm eundem Ras.℞.succi berberis.ʒ. x.semis scariole: seminis citruli:seminis portulasse.añ.ʒ.iij.ros.ʒ. ij.reubarbari.ʒ. j.spice.ʒ.ß.fiant trocis.aure.j.detur vnus cum syrupo acetoso:ab extra vero epithimet epar cũ sandalis cynamomo atq; ros. cũ vino pontico.In oĩbus autẽ predictis quando est caliditas preter naturã in epate addatur endiuia scariola cicorea atq; epatica. ¶Euaporetur autẽ materia emplastrando ventrem cũ emplastro quod fit de farina ordei stercore ouino cipero sulfure nitrobolo armeno chimolea atq; limacijs cũ testis suis tritis & incorporatis cũ lixiuio & parum aceti. Et confricetur ad solem cum custodia capitis & epatis: quia in hoc vnguento mirabilis est caliditas solis. ¶Et si predicta nõ valent vel haberi non possunt succus radicis yreos potatus de mane in quantitate duorum coclearioꝛũ summe purgat eos:& per superius & ꝑ inferius. Aqua etiã distillata a medianis corticibus cannarum: & floribus sambuci optima est secundum Gordonium. Et si cum

istis administretur propria vrina maiorem haberet efficaciã. ¶ Si autem curatio cum predictis nõ valet oportet vt dicit Albucrasis q tu cauterises cum multis cauterijs claualibus non multum ꝓfundantibus vltra cutim in circuitu vmbilici quatuor supra epar & splenẽ & sthomacũ tribus & super spondilia in dorso cũ cultellario duobus & dimitte ea aperta tempore longo. vt aquositas per ea possit expurgari. Et si in bursa testiculorum poneretur seton optimum esset. ¶ Si autẽ aliud non potes facere: & cum magna instantia fueris requisitus premissa pronosticatione de periculo si tu inuenies patientem fortem non debilẽ. iuuenẽ non senem: neq puerum & quod non habeat tussim: neq fluxum; neq aliud accidens quod operationẽ cũ ferro impediat authoritate Albuc. Haliab. & aui. ipsum incide a parte anteriori sub vmbilico per tres digitos. Si ydropisis est ex causa intestinorum a parte sinistra: si epatis a dextra; si splenis vt possit iacere in latere minus doloroso nõ sup fixuram; vt aquositates non fluant sine voluntate. Et modus est vt ponas patientem erectum corã te: aut sedentem; si non potest stare erectus. Et sint ministri penes dorsum sustinentes eũ; & cũ manib⁹ aquam ad locum incisionis ducentes. Deinde tu pellem ventris superius per spatium vnius digiti trahe. Et ibi cũ rasorio sine spatumine perfora vsq ad locum vacuum taliter quod aqua exire possit. Et tunc anteq aliquid notabile de aqua exeat pellem dimittas vt claudat vulnus sifacis; & prohibeat vt aqua non exeat; quousq cũ crusta panis infusa in vino; aut cum simili patiens sit refocillatus. Et post, pellem superius trahas: & canulam de ere aut de argẽto factam artificialiter imponas: & de aqua non multum; sed quantum poterit sustinere virtus infirmi extrahere permittas. Melius est enim vt ait Aui. infra subsistere: & per vices; & paulatim euacuare virtutemq seruare quam totum simul & exquisite euacuare & infirmum ad sincopim & mortem ducere. Memorando semper quod omni euacuationi annexus est casus virtutis. Et postquam extraxeris aliquam partem

extrahe canulã & dimitte pellem descendere & claudere vulnus sifacis: & liga: & nõ remutetur vsq; ad aliã diem: & iterum confortes & nutrias patientem cũ cibariis & potibus electis subtilibus odoriferis & confortatiuis. In altera die per eundem modum operare: & in altera taliter faciendo donec maior pars aquositatis sit extracta. deinde consolida. Et si quid remanserit cum desiccantibus dictis desicca.

¶Quidam faciũt proximam incisionẽ vsq; ad sifac: deinde excoriando descendunt modicum: & ibi perforãt sifac: & postea vt dictum est procedunt: totum tamen ad idem venit: dyagonaliter tamen perforantur & dyagonaliter in vtraq; forma clauduntur.

INTIMPANITE educatur materia per ventrẽ & vesiccam secundum quod de asclite dictum est & clisteria: & suppositoria de oleo ruthe cimino & baurace sunt vtilia. Epar confortetur etiam vt dictum est: ventositas ab intra carminetur cum dyacimino & electuario de baccis lauri. & ab extra fricetur cum aliis multoties & vaporetur cum milio & sulphure: & quandoq; necessarium est ponere ventosas.

INYPOSARCHA bonum est euacuare cũ pillulis de agarico que ℞. agarici. ʒ. ii. succi epatorii reubarbari: aristologie rotunde añ. ʒ. ii. fiant pillule cũ oximelle squilitico dentur. ʒ. ii.

¶Epar confortetur ab intra cum trociscis de lacca qui sic fiunt. ℞. lacce reubarbari. añ. ʒ. iii. semis iuniperi spice amigdalarum amararũ masticis squinanti costi amari rubee aristologie gentiane: succi eupatorii añ. ʒ. i. & ß. fiant trocis. ʒ. i dentur cum apozimate de radicibus.

¶Ab extra vero super epar epithimetur cum spica mastice cipero squinanto cinamomo calamo aromatico chroco myrrha in vino pontico resolutis.

¶Eger quoq; in sole calido cum harena calida sepeliatur: & in furno a quo exiu erint panes stuffetur: & alia fiant ad euaporandum & resoluendum materiam que videbuntur expedire.

¶ De apostematibus ancharum & partium eius. Cap. vij.

APOSTEMATA partium ancharum: quedam fiunt in partibus continentibus. Et ista in causis signis atque curis nihil habet proprium: imo curantur sicut apostemata communia aliorum membrorum. Quedam fiunt in partibus contentis: que huiusmodi conscriptionis non sunt: quedam fiunt in partibus exterius procedentibus ut in inguinibus testiculis virga vulua atque ano. De his que fiunt in inguine dictum est supra in subassellis: de alijs vero hic est dicendum.

¶ Et primo de hernia & apostematibus ossei: seu burse testiculorum que communi nomine hernie seu ramices nuncupantur.

HERNIE ERGO testiculorum quedam proprie apostemata quedam similitudinarie. Proprie apostemata dicuntur: & sunt videlicet quinque. hernia humoralis: aquosa: ventosa: acetosa: atque verucosa. Similitudinarie sunt hernie: imo verius eminentie rupture seu crepature zirbalis ac etiam intestinalis. De his que proprie dicuntur apostemata dicetur hic. De alijs infra in tractatu sexto.

¶ De hernia humorali.

HERNIA HVMORALIS est apostema calidum vel frigidum saniosum vel non saniosum ex humoribus non multum declinantibus a naturalitate in bursa testiculorum generatum. ¶ Cuius cause & signa: & quasi cura est eadem: sicut apostematum aliorum membrorum excepto quod quia illa membra sunt multum sensibilia: & in loco inferiori posita, & quasi nature emunctoria absconsa & putrefactibilia & ad ostendendum verecunda difficilioris sunt curationis. Et excepto etiam quod aliqua habent auxilia propria ut in purgando secundum Aui. administrentur suppositoria: nam attrahendo materiam ad anum conferunt magnifice. Et in repercutiendo appropriatur chimolea cum aceto non obstante quod testiculi sint membra principalia: eo quia

non sunt necessaria ad esse indiuidui,sed speciei: vt superius dictum fuit.In resoluēdo appropriatur farina fabarum:& aqua caulium in sedādo dolorē folia iusquiami obtinent principatum:& hoc in materia calida. in frigida vero cum farina fabarum ponitur fenugrecū & ciminum.¶ Si vero incedant via maturationis maturētur & aperiantur vt alia:nisi q apertura propter timorē fistule que leuiter iuxta anum generatur quantum erit possibile ab eo elongetur.

¶ Si tamen ad duritiem conuerterentur mollificētur vt alia. Vnde Aui.ad mollificandam duritiem testiculorū appropriat furfur quod indesinenter teratur & cribelletur:& cum oximelle in quo aromaticum fuerit resolutum conficiatur.& calidum super locum ponatur & reiteretur assidue.Est enim cōueniens vt dicit omni duritiei.In omnibus tamen cum ligatura coxali iūcta bracali testiculi sustineantur.

¶ De hernia aquosa & ventosa.

HERNIA AQVOSA est apostema aquosum in bursa testiculorum:sicut & ventosa vētosum.Et est duplex;quedam est sparsa per totam bursam;quedā nō est sparsa sed inclusa in sacculo ac si esset vnum ouum: vt dicit Albucrasis.que potest duci per didimū vsq ad inguinem;sicut testiculus.Et aliquoties subintrat foramen sifacis:propter q vidi multos deceptos credentes hoc esse rupturam.

¶ Causa istarum herniarum est debilitas virtutis digestiue precipue in epate:& ad hoc iuuat regiminis malitia vt superius fuit dictum de ydropisi & apostematibus ventosis & aquosis;ad que oportet recurrere pro cōplemento istorum.

¶ Signa hernie aquose sunt inflatio & grauitas cū mollicie , splendor cum luciditate.

¶ Signa ventose sunt inflatio & lenitas cum resistētia: & splendor cum claritate.Et sicut aquosa venit successiue:ita & ventosa subito vt dicit Guil.de saliceto. Et etiā sicut apata cōmunia raro inueniunt singularia.Ita etiam & ista vtplurimum sunt cōmixta:sed nominant

a dominatiori vt superius fuit dictum.
¶ In omni hernia apostemali cauēdum est de testiculis: quia diuturna mora rerum alienarum iuxta ipsos alterat & corrumpit eos vt innuūt doctores.
¶ Cura localis supposita vniuersali dicta in ydropisi: & apostematibus aquosis & vētosis ſm Gal. 13. terap. est euacuatio aquositatis que fit per farmaca aut per chyrurgiam.
¶ Per farmaca aūt completur in ambabus cum emplastris ydropisis & apostematum ventosorum & aquosorum: & ad aquosam appropriat Aui. emplastrum q. ℞. nitri. ʒ. x. cere. ʒ. ij. & ß. olei laurini. ℥. ij. piperis granorum lauri añ. xxvj. fiat ex eis emplastrum.
¶ Et ad ventosam conceditur ciminum rutha calamentum & oleum costinum atq; nardinum preter chyrurgiam que proprie competit aquose; quia in ventosa nō vidit aliquem Albucra. qui ausus esset super curatione eius cum ferro. licet Haliab. dicat q ad modum embolisme operatur multipliciter cōpletur. Primo Gal. decimoquarto terapen. cum sifone vel setone eam extrahere precipit; fit autem seto cum tenaculis platis perforatis in parte inferiori demādo futuram burse vsq; ad vacuum: capitur deinde cum acu lōga ignita in capite cuius est seto per foramē ponitur. Et post extractis tenaculis & acu seto dimittitur & super ipsum in primis diebus oleum cum albumine oui. In alijs vero folium caulis apponit & ducitur & remutat atq; dimittit quousq; aqua fuerit euacuata. ¶ Aui. autem quē Guil. sequit elevatis testiculis in eadem parte cum flōmo lato vsq; ad locum aque aperit; & extracta aqua claudit. Et vt non redeat emplastrum constrictiuum; supra inguinē cū bracali apponere pcipit. Et si redit aqua sicut intra sex mēses facere cōsueuit; vt dicit Albucra. reiterare operationem precipit; & ita salubriter dies suos infirmus pertrāsibit. ¶ Albucra. & Haliab. a medio burse vsq; ppe inguinē aperiūt; & aqua extracta ita didimū cōsolidat q aqua amplius descendere nō pōt. Et istū modū obserua maxime in illa aqua que cōclusa est in chisti. Ipsum eñ

didimum vsq ad os pectinis deduco. & a parte vētris vt nō ingrediat intus firmiter ministro tenere pcipio. Et ego a parte burse vt nō descēdat: etiā firmiter teneo & tunc cū flebotomo aperio: & aquā extraho. Deinde ad cōsumēdū folliculū modicū de arsenico appono cū cotone. Et post casum escare consolido & firmiter sigillo. ¶ Nōnulli vero vt magister Petrus de orlhiaco cum caustico & corrosiuo super pectinē locū aperiunt vsq ad didimi vacuitatē: & post perforādo & ducendo caudā pbe vsq ad locū aq ipsam extrahūt: & post casum escare cōsolidāt: & sigillant. ¶ Alij vero cum cauterio actuali predictā operationē perficiūt. Quocunq modo fiat, dūtaxat q aquositas extrahat & nō redeat est bonū. ¶ Si vero testiculus esset corruptus: q scit p fetorē & malā colorationē: iuxta cōsiliū Albucra. liget supi9 didim9 & icidat. Et ipso extracto p maiori securitate cauteriset vt dicit Rogeri9 & loc9 vt cetera vulnera curet.

¶ De hernia carnosa & varicosa.

HERNIA CARNOSA sm Gal. in de tumoribus preter naturā dicit testiculorū vel carnis nate iuxta ipsos: vt dicit Haliab. schiracon. sicut varicosa q est nomen nouū dicitur venarum preter naturā in eis originatio. ¶ Quarum causæ sunt humorū grossorum ad locū discurrentium abundantia atq loci ipsius debilitas.

¶ Signa vero carnose sunt durities & inflatio cum lōga temporis duratione: & pauca aut nulla diminutione: & quando tangitur, totum q est infra testiculum mouet.

¶ Signa varicose sunt venarum contortarum ad modū vitis repletio & testiculorum mollificatio.

¶ Indicia istarū duarū herniarum sm Albu. sunt q sunt difficiles & periculose ad operādū. Quapropter sibi videtur q earum dimissio melior est q extirpatio: verum oportet vt dicat operatio quam fecerunt in eas primi.

CVRA LOCALIS supposita vri est experiētia i primis cū mollificātibus & resoluētib9 dictis superi9 i capl'is glādularū & sephyros. Si aūt nō pficit: & tu fueris rogādo multū infestat9 pnosticato piculo iuxta doctrinā Alb. seca cutem testiculorū. Et si carnē libere a tes

ſticulo potes ſeparare incide & extrahe. Si vero nõ, aut ipſemet teſticul⁹ eſt ſchirrat⁹. aut corrupt⁹ liga ſupi⁹ din dimum: & ſcinde & cauteriſa & totũ extrahe: & po ſtea vulnus ſue. ¶ Si vero fuerit varica liga eã a parte ſuperiori aut inferiori: & quod erit in medio ſeca ſectio ne totali & extrahe & ſue. Deinde cura vulnus vt di ctũ eſt aut cum cauſtico & corroſiuo vt magiſter Pe trus faciebat operet vt in glandulis ſuperius eſt dictũ.

¶ De apoſtematibus virge & vulue.

APOSTEMATA virge & etiã vulue proxima ſunt curationi apẽmatum teſticulorũ: verũtñ quia ſunt particule magis calẽ: & inflammabiles ipſis teſticulis pro tanto magis ſunt tolerantes in principio ſtiptica. Nõ obſtãte ꝙ quaſi ſunt emunctoria & principalia mẽ bra quãtum ad ſpẽm nõ aũt ad indiui duũ vt dictũ eſt ſepe. ¶ Et in proceſſu maiore indigent ſedatione pro pter eorũ fortẽ ſenſum. Et maiorẽ reſpirationẽ propter earũ citã putrefactionẽ. Et propter hoc in calidis: quan tum ad principiũ laudat Aui. lentes cortices granatorũ roſas coctas in aqua cũ oleo roſ. incorporatas & popu leon: & ſolatrum valde. Et in ſedatione doloris conce ditur fomentatio malu arum & iuſquiami: & epithima tio cum oleo viol. & albuminib⁹ ouorũ inſimul mixtis. Et medulla panis albi in lacte infuſa & temperata be ne mixta cũ vitellis ouorũ ſemicoctorum & modico opij & croci incorporãdo cũ oleo papauerino. ¶ In trãſ piratione & mundificatione multum confert crebra re mutatio. Et ꝙ foramẽ virge teneat aperiũ cũ tentis de cera aut de panno. Et ligature ad ſuſtinendum fiant ad modum ſacculi cũ bracali talr ꝙ teneat: & ligature nul lomodo inferant dolorem. ¶ De extenſione ventoſa q̃ dicitur priapiſmus dicetur infra.

¶ De apoſtematibus ani.

APOSTEMATA ani cũ predictis apẽmatib⁹ maximã etiam habent cõitatem. ¶ Et vltra hoc habẽ de ſpeciali ꝙ in maturatiuis & ſedatiuis additur taſſuſt barbaſſus. ¶ Et poſtq̃ fuerit maturata nõ permittatur ſanies longo tempore eſſe in loco & ꝙ apertiones fiant

rotunde & quasi lunares vt humores facilius extrahantur; & non aggregentur in loco: & fiant fistule. ¶Quomodo autem curentur emorroydes & fistule ani inferius dicetur.

¶De apostematibus coxarum & tibiarum siue pedum magnorum. Cap.viij.

APOSTEMATA coxarum & tibiarum non variantur ab alijs cõibus aliorum membrorum: nisi ꝙ añ rotulam genu nõ fiant apertiones profunde: quoniam sequuntur eas accidentia mala a quibus pauci liberantur: vt dicit Auicen. & Henricus hoc suo experimento confirmat.

¶De elephantia varicibus & vena meden.

SOLENT q̃nq; contingere in tibijs: vt plurimũ ingrossationes & grossities preter naturã que dicũtur varices vena meden & elephantia. ¶Sunt autem varices vene dilatate & inuolute ad modum vitis variate & ramificate in crure & pede vt plurimũ: quia quandoq; in alijs particulis reperiuntur. ¶Vena medẽ. sic dicta ab Auicenna ciuilis ab Albucra. famosa ab haliab. est vena elongata ad modũ varicis & vermis voluntarie mouentis que incipit cum inflatione vesiccatione atq; dolore. ¶Elephantia est additio carnis in pedibus & tibijs vltra mensurã velut est videre in tibijs elephãtiũ. CAVSAE istarum egritudinũ quasi sunt eedẽ videlicet sanguis grossus melencholicus atq; phlegmaticus & adustus; qui ad illa loca descendit propter eius multitudinem: aut propter labores fortes. Et propter hoc accidunt melencholice viuẽtibus & onera portãtibus & post egritudines acutas q̃n materia illuc expellitur. SIGNA autem sunt manifesta: quia vnaqueq; discernitur ex suo simili per colorem & regimen antecedens: vt dicit Aui. ¶Iudicatur autem quod sint difficiles & timorose ad curandum precipue antique & confirmate eo quia quando materia que solebat currere ad loca vilia retinetur: & peruenit ad sublimiora secundum Aui. peiorem inducit dispositionem. Iuxta illud Gal. sexto

aphorismorũ. Emorroydas habenti antiquas sanantit nisi vna relicta fuerit periculum est maniã aut ydropẽ fieri. In talibus em̃ est melius non curare. Nam curati ci tius pereunt. Non curati longum tempus perficiunt. Et ego vidi plures. & Lanfrancus idem testatur. Amplius iste passiones se consequuntur & vt plurimum vlcera generant mala & difficilis curationis: propterea incisio istarum passionum ad emorosagias & cancrositates est suspecta. ¶ Ceterum istę passiones sunt regionales & quasi hereditarie: precipuę vena meden: que in illa re gione: & per consequens in alijs ita calidis multiplica tur: venam meden: seu ciuilem Albucras. cum pondere plumbi in longitudine xv. vel xx. palmarum extrahit. ¶ Ego autem nunq̃ eã vidi: neq̃ Gal. vt testat̃ Auicen.
CVRATIO tres habet intentiones. Prima est in vita vt humor grossus & melencholicus nõ generetur. Secunda in materia antecedente vt ipsa generata eua cuetur. Tertia in coniuncta vt ipsa desiccando aut ex trahendo consumatur. ¶ Intentio prima completur ꝑm Ras. q̃ abstineat a grossis & melencholicis vt sunt car nes vaccine & que venando capiuntur: & confectiones de melle & lentes & caules & triticũ coctũ & panis azim⁹ & vinũ grossum dulce: & tota dieta dicta supe rius in apostematibus melẽcholicis. Caueat etiam a ni mia ambulatione & statione super pedes suos. Et sit cõ tentus cibis subtilibus pauci nutrimenti sanguinẽ sub tilem generantibus sicut carnes pullorum & columba rum iuuenum & hedorum: & olera subtilia & vitella ouorũ sorbilia: & vinũ albũ subtile sunt bona. & panis bene preparatus. ¶ Secunda intentio cõpletur cũ flebo tomia & pillulis maioribus de hermodactilis & yera ruf. epithimo poliopodio & lapide lazuli & vomitu se mel in hebdomada: & vsu trifere minoris. ¶ Sed tertia res completur ponendo stiptica desiccantia & resoluẽ tia fortiter super totũ pedẽ & tybiam. Et vtatur ligatu ra cũ istis ab inferiori ꝑte ad superiorẽ vt fuit dictũ su perius de apẽmatib⁹ phlegmaticis & chyragra: ad quę pro huius negotio ẽst recurrẽdum. Et ad hoc ordinant

tres aut quatuor forme auxiliorum. ¶ Primum est lauamentum cõmunitatis cum aqua fabrorum & chimolee & aceto. ¶ Secundum est epithima Ra. cum aqua cinerum decoctionis seminis caulium sticados arabici lupinorum fenugreci nitri & stercoris caprini. ¶ Tertiũ est eiusdem cum mirrha aloe aquatia ypoquistidos alumine dissolutis cum aceto. ¶ Quartũ est Theodorici proprium qñ materia est magis phlegmatica & ventosa. Quod ℞. radices affodillorum ebulorũ filicis folia sambuci paritarie cauliũ rubeorum coctorum cum vino & aqua marina pistata & incorporata cũ fece vini erũt meliora. Et si cum istis fieret stuffa: non minus valeret. ¶ Si autem adesset inflammatio & vesiccatio cum dolore: vt contingit in vena meden. Iubet Aui. emplastrare cũ succis frigidis notis: & duobus sandalis psilio aloe mirrha & camphora. Et si non valent aliquid & fueris cum instãtia requisitus scinde carnẽ circa plicaturã genu vbi appet truncus & radix oĩum varicarũ vel sine incisione cõprehendaẽ vena cũ vncino in duob⁹ locis distãtib⁹ p duos aut tres digitos: & liga fortiter cũ bono filo de serico deinde discarnãdo eleua & scinde quod est ĩ medio. Cõsequẽter solue ligaturã factã versus ptẽ inferiorẽ ipsius varicis: & ducẽdo sanguinẽ superius cũ manib⁹ ipsum quãtũ est possibile extrahe & post caput vene superioris: & totũ vulnus cũ ferro calido: aut cũ arsenico cauterisa: & mundificando firmiter consolida. Et si aliquid de illo sanguine remãserit cũ medicaminib⁹ dictis tuo posse cõsume & desicca. ¶ Nõnulli vero vt albucra. talẽ operatioẽ precipiũt cũ ferro ẽm duos modos. Vnus eorũ vt secãdo sanguis niger extrahaẽ. Alter vero vt vena cũ sanguine euellaẽ: sectio sit ꝙ ligata coxa vsꝗ ad genu cũ bona vita: vena in duobus aut trib⁹ locis seceẽ & aperiaẽ: deinde cõprimẽdo & ducẽdo sanguinẽ vsꝗ ad loca aperta: put erit possibile extrahatur & tale regimẽ postea infirmo precipiatur vt in posterum non ledatur. Eleuatur & euellitur seu eradicatur tota vena incidendo cutem indirecto varicatum in tot & talibus locis ꝙ absꝗ hoc quod vena aperiatur

cum vncinis comprehẽdatur & trahatur quousq; euellatur a parte superiori & inferiori. Et post vulnus cum lana infusa in oleo & vino curetur donec sanetur. Primus modus mihi videtur securior. Gal. precipit eum facere in temporibus pro reumate calido oculorum. decimotertio terapẽ. dum subdit. Etenim varices curamus ita vinculũ vt supra in temporibus immittẽtes prius: & ita abscindere quod medium. Et Haliab. in sermone nonọ secunde partis lib. regalis dispositionis ipsum approbat & ponit. De podagra & dolore iuncturarum dicetur in sexto: in quo ponentur passiones que proprie non sunt apostemata: nec vulnera: nec ossium passiones.

TRACTATVS. III. Et est de vulnerib⁹. Cuius sunt due doctrine.

¶ Doctrina prima est de vulneribus prout insunt membris simplicibus.

¶ Doctrina secunda in speciali prout insunt membris compositis.

PRIMA DOCTRINA q̃nq; habet capitula.

¶ De vulneribus & solutionibus continuitatis vniuersaliter. Cap. j.

VLNVS est solutio continuitatis recens sanguinolenta sine putrefactiõe in partibus mollibus facta. Solutio enim continuitatis ponitur ibi pro genere in primo de egritudine & sinthomate que est communis egritudo simplicibus & compositis particulis: magis tamen proprie simplicibus inest quam compositis: secundum Auer. in secundo & tertio colliget. & cum in eis verior continuitatis ratio saluetur, reliqua ponuntur pro differentia: recens videlicet sanguinolentum sine putrefactione ad differentiam vlceris: quod est cum putrefactione. In partibus mollibus ponitur ad differentiam fracturarum que in membris duris contingunt. ¶ Vnde secundum hãc generalem diuisionem particularum

Ioannitius dicebat quod chyrurgia erat duplex: aut in carne; aut in osse. Intellexit enim carnem pro musculis neruis & venis que sub mollibus & mediocribus particulis comprehendebat Commentator nouus in tertio tegni. ¶ Solutio cōtinuitatis multas habet species in .2. fen. primi canonis Aui. vulnus vlcus apertura pūctura īcisio euulsio fractura & illud genus. Quorū descriptiones & differentie in suis locis dicentur. Nec de dissonātia nominum est curandum dum solum res intelligantur vnum pro reliquo sepe tamen poni inuenio. Vulnus eīn & vlcus in greca translatione idem sunt. In arabica vero differunt. Et pro certo greca translatio melius dixit: quia vulnerum siue vlcerū ſm Gal. quarto terapen. due erant differētie maxime: solum videlicet sine causa presente & associatum cum causa operāte. Vulnus autem & plagam idem reputat Haliab. sermone sexto dispositionis regalis. ¶ Species solutionis continuitatis suas sumit per differentias potissime a tribus: primo a natura particularum in quibus fiunt & ita dicimus in tertio tegni. ꝙ quedam fiunt in partibus consimilibus & omiomeris: quedam in organicis. Et que in cōsimilibus: quedam in partibus mollibus: quedam in duris: quedam in mediocribus. Et que in mollibus: quedam in carne: quedam in pinguedine. Que vero in duris: quedam in substantia ossis: quedam in iunctura. Et q̄ in mediocribus: quedam in neruis & ligamentis: quedam in arterijs & venis. Que autem in organicis: quedam in principalibꝰ vt corde epate & cerebro: quedam in seruientibus principalibus vt trachea arteria meri vesica &c. Quedā in non seruientibus eis vt auricula oculus &c. ¶ Albu. vero dicit ꝙ vulnera ſm loca distingūntur: quia quedam sunt in capite: quedā in collo pectore ventre &c. Et ſm res a quibus fiunt vt dicetur statim.

¶ Secunda differentia sumitur ab esse solutionis in tertio terap. ꝙ quedam est simplex; quedam composita. Simplex in qua non est aliqua dispositio cōplicata. Cōposita in qua est duarum aut plurium cōplicatio dispositionum iniquam non habentium rationem vt causae

operantes,

operãtes, maxime vulnus: sed sine quibus non obtinẽt sanationẽ in quarto terap. & sequẽti capitulo. Et magis de vulneribus dicetur infra.

¶ Tertia dr̃ia sumit a proprijs differẽtijs ipsius solutionis in tertio eiusdẽ: vt a magnitudine & paruitate equalitate & inequalitate ꝓfunditate & superficie totalitate: & ꝫm partẽ rectitudine & obliquitate: & id genus.

¶ A talibus autẽ differentijs sumuntur indicia & intentiones curatiue & auxilia & modus cum quibus cõplẽtur. Vnde Gale. tertio terapen. ꝙ vltra indicationes primas que nõ sunt partes artis ratione digne cum idiotis existunt note: oportet cõsiderare super indicatiões particulares & substantiam & vniuscuiusq; particularum actum vtilitatem atq; positionem: ex quibus procedẽs medicus non potentem sanare presciet & pro potente suscipere sanitatem de auxiliorum inuentione considerabit.

CAVSAE licet ꝫm Gal. in secundo de egritudine & sinthomate, vniuersaliter causæ omnium solutionũ continuitatis sunt hec quidẽ quę extrorsum procedũt. Alie vero ex ipso corpore. Nihilominus causæ vulnerum recentium inquantum vulnera sunt quecunq; extrorsum perforare aut cessare apta nata sunt. Et has specificauit Haliab. sermone quarto dispositiõis regalis dum dixit, quoniam causæ he aut a corporibus sũt inanimatis vt ense iaculo lapide & simili aut ab animatis vt venenosorum punctura atq; ferarũ morsibus. ¶ Ex quibus sumitur alia differentia vulnerum ꝙ quedam sunt incisiones. quedam confusiones. quedam vero morsure. A qua etiam sumitur curationis indicatio per accidens tamen quia probatum est quarto terap. ꝙ a dispositione sumit indicatio. a causa vero primitiua tanq; a non ente & tẽpore, significatio.

SIGNA vulnerum sensus & presentia demõstrat singularis.

¶ Quia indicia vulnerum & solutionum continuitates habentur per scientiam substãtie & actus. Et vtilitates particularũ & esse dispositionũ vt superius est allegatũ

pro tanto indicat Gal. in quarto terap. q vulnus & solutiones continuitatis magne & fortes nõ modicum habẽt periculum fiunt enim fortes tripliciter. Vel propter principalitatem patiẽtis partis. Vel propter malam morigerationem. Vel propter magnitudinem dispositiõis: propter quod & percussionum quecũq in capite intra thoracem & ventrem apprehendunt non paruum inferunt periculũ & maxime quando simul percutitur quid interiorum.

¶Sed & quoniã male morigerate cito fiũt omnes que in articulis percussiones fiũt fere omnes. vbi enim sunt tenantes. Et nerui & in carne & ossuose regiones periculum est & dolere & vigilare & spasmari & decipere. Et cum his quecunq magna fiunt vulnera q futura indigeant. vt supple que fiunt per totalẽ transuersum musculorum principalium. Et que magnas venas & arterias: & neruos atq medullas cõcutiunt maximum inferunt periculum. Primum cõsulit Gal. ex illo. 6. affõrum vesicã decisam aut cerebrũ: aut cor: aut dyafragma: aut aliquod intestinorum subtiliũ: aut epar: aut ventrẽ mortale. Secundum ex illis afforismis. ʒ. Quibuscũq ydemate id est tumores in vulneribus apparent nõ spasmant. Et si in vulneribus magnis & fortibus ydema nõ appareat hoc magnum malum. Et vocabat vlcera maligna: vt ipsemet Gal. exponit in commento vulnera que ʒm capita vel fines musculorũ: & maxime neruosorũ fiunt.

¶Iuxta quod aduertendum q per periculum intelligit mors totalis corporis: aut particularis membri que est priuatio vite aut malefactio seu mẽbri impotẽtia perpetua: & ĩcorrigibilis que est priuatio motus & sensus & proprie operationis ipsorum. Postquam membrum nõ dicitur membrum: neq pars corporis proprie sed denominatiue & equiuoce velut lapideus oculus aut ereus secundo de anima, & quarto meteororũ. Et istud est multum necessarium chirurgico disponenti in cura de vulneratis scire videlicet que vulnera sunt mortalia: & que malefica.

¶Pro qb⁹ est sciẽdũ ʒm intẽtionẽ Gal. in sexto affõrũ.

in cōmēto vesiccam decisam.ꝙ vulnera quedam sunt mortalia valde & necessario.quedā non necessario: sed vt plurimum.Et per oppositum quedā sanabilia omnino quedam vt plurimū.Mortalia necessario sunt vulnera substātie cordis que interficiūt statim: precepto eñ nature mandat̄ totus sanguis ad cor:ex quo fit emorosa gia resolutio apostema.& oppillatio prohibens delegare vitā ad vniuersum corpus. Cor vero diu non potest pati solutionē cōtinuitatis nec apostemata durante vita.vt ponit Aui. ¶Amplius mortalia necessario sunt vulnera magna & penetrantia substantiam cerebri & epatis dyafragmatis:stomachi intestinorum gracilium renum trachee arterie meri pulmonis & splenis chistis fellis & omnium aliorū membrorum principalium: & seruientiū membris principalibus seruitute necessaria ad vitam.Et causa est:quia de ipsis nulli sanantur vt rationabitur.

¶Consequenter vulnera mortalia non necessario: sed vt plurimum sunt vulnera parua & superficialia predictorum membrorum & penetrantia ad regionem ipsorum & capitum musculorum. Et causa est quia si bene non tractentur:de ipsis contingit mors, si vero bene:sanari:sicut ego vidi de parte posteriori cerebri:de qua exiuit parum de substantia cerebri: quod fuit cognitū per lesionem & memoriā quā post curam recuperauit. Non tamen dico ꝙ viueret si exiret tota vna cellula:vt de illo cellario narrat Theodoricus.Nec Galenus dicit de illis duobus quos vidit plagatos sanari in samaria viuente Magistro suo pelope ꝙ exiuerat substantia cerebri:sed solum plagatum fuerat cerebrum. Neq; de illo quem ipse vidit sanatum in mirnis vt narrat in.8. de vtil.dicens quod exiuit substantia cerebri.Sed in altero ventriculorum geminatorum fuisse vulneratum. Et cū hoc voluntate dei curatus putabatur. Si enim ambobus fuisset plagatus pauco tempore durasset. vt dixit ex quo concludit geminationis aliquorum organorum vtilitatem vt superius in anathomia fuit dictum. ¶ Et tam de isto quam de istis sana-

tio rara rarorū valde fiunt vt in preallegato dicitur cōmento. ¶ Causa quare vulnus cerebri & panniculorū eius sunt mortalia modo dicto: est quia ad lesionem cerebri: sequitur lesio thoracis & mēbrorū respiratiuorū ex qua eucrasia corrumpitur cordis in qua ex necessita te sequitur animal totum perire. vt quinto de interioribus ait Gal. ¶ De epate etiam vidi vulnera parua circa lumbos sanari: non tamen profunda: nec cū deperditione alicuius particule ipsius: sicut idem Gal. testat. Cuius causam reddit ipse in quinto interiorum. Quia propter deperditionē nutricationis mortificatur cor & perit animal: hoc tamen tempore fit ampliori. ¶ Vulne ra dyafragmatis precipue que ī locis fiunt neruosis incurabilia sunt. quia carent sanguine. & cū hoc hñt cōtinuum motū. ¶ Vulnera eñ non curantur nisi quiescāt & labia coniungantur. In carnosis tñ particulis consolidata sunt multoties fz ipsummet Gal. 5. tera. Vulne ra pulmonis quia citissime apantur etiam sunt incurabi lia vt plurimum: eo quia nec propria vulnerum pharmaca tangere possunt vlcus. Et quoniā mouetur fm re spirationes & agitatē fm tusses. ¶ Vulnera etiā trachee arterie magna precipue in parte cartilaginosa etiā raro curantur: quia sunt dura & exanguia & continuum re spiramentum per vulnus hñt. ¶ Vulnera etiā ysophagi magna nō curantur: quia transitus cibi & potus impediunt cōsolidationē. ¶ Vulnera etiā venarū organicarum magna nō curātē: nisi raro propter eius magnā emo rosagiā perit spūs & vita etiā: quia nō possunt sustinere timore suffocationis ligaturā necessariā ad restringē dam emorosagiam. ¶ Vulnera stomachi sunt mortalia modo dicto & intestinorum graciliū precipue circa ieiunum & matricis renum & vesicce & fellis: quia sunt neruosa & exanguia & est locus & transitus malignarum humiditatū: & eorum seruitus continue vite est ne cessaria: & cum hoc medicamina cōuenienter non possunt applicari. ¶ Vulnera splenis etiā cū habeat officiū toti necessarium cū sit alterū epar vt dixerūt multi, sunt periculosa, Sed nō sunt ita periculosa: vt aliorū mēbro

rum.¶ Vulnera etiã penetrãtia ad intrinseca membrorum iudicãtur mortalia: vt plurimũ pro tanto: quia aer qui ingreditur ad ea sine alteratione offendit intrinseca membra. Etiam quia p ea inspirant spiritus & offenditur & debilitatur virtus: & cum hoc nõ possunt bñ mũdificari. Et finaliter pariunt fistulas: & empimata cum quibus moriuntur.

¶ Signa vulnerationis istorũ membrorũ: & multa que omittuntur ratione breuitatis dicentur inferius in suis locis. ¶ Amplius vulnus & puncture que fiunt in capitibus musculorũ: vbi sunt nerui satis denudati & chorde & ligamenta ad tres digitos prope iuncturã & tempora sunt mortalia vt plurimum in ter io regni. ¶ Nerui vero & tenãtos punctura parata est vocare spasmos propter plurimum sensum quem referunt ad cerebrum, & p cõsequens mortẽ. Et cã est nocumẽtum quod venit a cerebro & mẽbris respiratiuis vt superius est dictum. Et propter hoc dicebat Hypp. in quinto affõrũ. In vulnere spasmus superueniẽs mortale. Non necessario sed vt plurimum inquit G. in cõmento. ¶ Membra particularia iudicãtur mortalia; qñ principales vene & arterie & ossa per vñ viuificabant & nutriebant, & sustentabantur penitus sunt incise & destructe: & incipiũt nigrescere mollificari & cadauerari ad modũ estiomeni vt in incisione brachiorum & tybiarum. ¶ Membra etiam iudicãt malefica & impotentia perpetue qñ nerui chorde & ligamenta q̃ regebant ea sunt abscissa: & penitus destructa & perdunt incontinenti operationem suam & incipiunt arefieri & desiccari. ¶ Vulnera vero sanabilia cĩno sunt q̃ sunt in euchimis corporib⁹: & in locis carnosis paucorũ neruorũ & venarũ nõ magne capacitatis neq; profunditatis. Et cã est; quia ad ea non debet sequi febris neq; mala accidentia dumtaxat qui bene regantur. Et ideo est bonũ ꝙ in dispositionib⁹ taliũ tu dicas hoc; & ẽt dũtaxat ꝙ aliud nõ supueniat: ꝙ de pñti nõ apparet neq; regulariter venire cõsueuit. ¶ Vulnera sanabilia vt plurimũ que cum quadam differentia dicta sunt mortalia vt plurimũ. Et ideo indif

ferentia & media: & ſm tertium ſignificatum neutra ſunt vulnera in capitibus muſculorũ: & cranei & thoracis & vẽtris. ¶ Et cauſa eſt quia ſi tractant̃ bene & artificialiter & adhibeatur bona diligẽtia & infirmus ſit obediens, & habeat que neceſſaria ſunt, ab extra poſſunt curari. ſi vero non, interficere. Et ideo in diſpoſitionibus talium de hoc caute oportet facere mentionem. Attende tamen in tua depoſitione ꝙ tu de vidẽdo vulneratum: & ipſa vulnera habeas preceptum de cura & quomodo nomines vulnera & loca vulnerum & reddas cauſam tue depoſitionis. Non ſis tamen rogo te in iudicando & deponẽdo velox & ſubitus: ſed deliberatus & preuiſus. Scriptũ enim eſt a patre noſtro Hyppo. Iudicium difficile. Et licet vt infra dicetur de vulnere capitis: terminus vltimus vulnerũ ſit quadraginta dierum primus intra ſeptem: medius ad nouem iuxta formam acutorum morborum. Nihilominus in ſuſpectis vulneribus expectanda eſt ad deponendum & iudicandum dies ſeptima: eo quia cõmuniter intra tale tempꝰ conſueuerunt apparere accidentia: & bona & mala: ſed de febre ſincopi alienatione ſpaſmo & cõſimilibus. Et interim conſiderande ſunt operationes virtutum per pulſum per vrinam per vomitũ & per alia expulſa. Cõſiderandus etiam eſt appetitus & tolerantia & aſpectꝰ vulnerati & cõſimilia. Et ſecũdum quod inueuies iuxta doctrinã hypp. & Gal. in pronoſticis cõpares ruborem virtutis & egritudinis. Et de hoc facias, niſi capitulum & clauem totius pronoſticationis: iudicij mortuorũ & ſaluandorum cum quo iudices & deponas.

¶ Nec valet ſi diceretur ꝙ nõ fuiſſet mortuus cũ toto malo regimine mũdi: ſi nõ fuiſſet vulneratꝰ. quia nec ẽt mortuus ſi voluiſſet: & ea q̃ ſunt rationis feciſſet. Oportet eñ nõ ſolum ſeipſum prebere: ſed & patientem. Licet eñ de his q̃ fiunt a fortuna ſit ars curatiua: nõ tñ eſt ars ꝯſeruatiua in tertio tegni. Natura humana multipliciter eſt ſeruãda. Et ſic ex ſe diuerſis periculis ſubiecta: vt in alia dicit̃ facultate. ¶ Eſt autẽ etiã intelligendũ ſecundũ Aui. in quarto de extractione ſagittarũ: ꝙ licet

vulnera sint mortalia: propter hoc non est dimittẽdum quin homo faciat secundum rationem illud quod erit faciendum: dumtaxat quod chyrurgicus sit bene requisitus. ¶ Sed premittatur bona pronosticatio ꝓpter verba stolidorum: eo quia multoties sanantur aliqui absq; spe mirabiliter. Et si nos dimitteremus accideret mors: & ꝓportionaremur ad paucitatẽ misericordie & pietatis.

¶ Vlterius scias quod vnitio in organicis partibus est impossibilis in tertio tegni. Et causa est: quia incisiuis omnino poris per vnde veniebat nutrimentum & vita & sensus ipsi membro organico secundum nouum Cõmentatorem supra tegni incontinenti expirantur spiritus & virtutes propter magnam subtilitatem quam habent quod non contingit in animalibus imperfectis & plantis non propter repugnãtiam medicaminum: vt dicebat Haliab. in commẽto. ¶ Preterea vnitio possibilis est in carne ꝫm intentionẽ primam. In osse vero ꝫm intẽtionem secundam. Vocatur autem prima intentio quãdo coniunguntur diuisa sine medio etherogeneo: sed cũ rore nutrimẽtali qui per modicam cõuersionem fit caro consimilis & vniformis priori.

¶ Secunda intentio vocatur quando coniunguntur diuisa per medium etherogeneum sicut erarius cõsolidat plumbum: vt dicit predictus Commentator. Et istud medium dicit̃ porus sarcoydes: quod fit ex humore magis grosso quam carnis & minus grosso quam ossis. Et causa quare os non consolidatur secundum intẽtionem primam est durities ipsius: vt ponit Gal. in textu: quia sola humida vniuntur prima vnione: & debilitas virtutis nutritiue alteratiue cum sit particule frigide: vt dicit Commentator nouus supra dictus. Non carentia materie spermatice: vt dicebat Halyab. quia ossa semper habent nutrimentum spermaticum per cõuersionẽ supple. & assimilationem.

¶ De neruis & venis dicit Aui. authoritate Hal. in. 5. terapen. ꝙ se habẽt medio mõ ꝫm ꝙ ipsa sunt mediocria īter duritiẽ & mollitiẽ. Vñ īcarnant̃ qñ sectio est parua.

& corpus est humidum: & non incarnantur in diuersifi cato ab eo. Vnde Gal. vbi supra. videtur aut̃ experien tia attestari rationi. In infantibus autem & mulieribus vidi consolidari arteriam propter humiditatem & mol litiem corporum. Et in vno iuuene breuem habente di uisionem. Et hoc confirmatur authoritate Hyppo. in. 6. afforismorum cum decisum fuerit os aut cartilago: aut maxille tenues: aut preputium: nec crescit neq̧ conglu tinatur. Neq̧ valet instantia de osse puerili quod est pos sibile cõsolidare vt ponit Gal. in tertio tegni. quia mol litiem habet & virtutis fortitudinem propter ꝓpinqui tatem natiuitatis. ¶ Nec de dentibus quia generãtur & non solum in pueritia: sed in alijs etatibus: quia nõ gene rãtur ex materia ordinata: sed ex superfluitate nõ a vir tute prima informatiua: sed nutritiua inducente actum generatiue: vt dicebat Albertus bonoñ. in lectura affo rismorum. ¶ Vltimo indicat Hyppo. in sexto affõrum quod ydropicis que in corpore fiunt vlcera nõ facile sa nanť. Vnde Aui. & solutio qdẽ cõtinuitatis & vlcera tio, & his similia: cũ in mẽbro fuerint bone cõplexionis cito sanantur. Et cum fuerint in membro male comple xionis longo resistunt tempore: & quanto plus cum in corporibus contingunt eorum que patiũtur ydropisim & constructionis malitiam & lepram. ¶ Preterea in. 5. affõrum. vlceribus frigidum mordax cutem indurat, do lorem sine sanie facit & rigores & passiones inducit. In dicatur quod solutiões magne male curate: maxime ex tra iũcturam inducunt maciẽ in particula sequẽte. ¶ Et hoc est propter oppilationem & virtutis debilitatem: vt dictum est & dicetur. ¶ Multa alia indicia oportet vt seruentur in capitulis singularibus: & in tractatu vl cerum in quibus communicant vlcera & vulnera: vt di cetur infra iussu dei &c.

CVRATIO Intẽtio communis omni solutioni cõ tinuitatis est vnitio vt in tertio tegni. & est indicatio prima omnibus nota ab esse egritudinis q̃ ꝑcipit abijcere contrarium per suum contrarium sumpta.

¶ Que quidem intentio generalis & prima perficitur a

duobus a natura tanq̃ a principali agente operãte cum suis virtutibus; & nutrimento cõueniẽti a medico tanq̃ ministro operanti cum quatuor intentionibus adinuicẽ subalternatis.

¶ Prima precipit remouere extranea: si qua sint inter distincta. ¶ Secunda adducere adinuicẽ partes distinctas distantes. ¶ Tertia conseruare partes replasmatas: & adinuicem in vnum adductas. ¶ Quarta custodire & preseruare membri substantiã. ¶ Sed quinta docet corrigere accidentia.

¶ De prima intentione que est remouere extranea.

PRIMVM cõpletur si solutio non est aperta & aliquod extraneum fuerit inter partes; vtputa squamula ossis separata pungens aut aliquod infixum vt sagitta seu aliud extraneum vt spina q̃ aperiatur: & si est aperta sufficienter q̃ remoueat̃ & extrahat̃ leniter & absq̃ dolore cũ digitis: aut pincecarolis: aut tenaculis: aut cũ aliquo ingenio per teipsum inuento.

¶ De ingenio extractiõis sagittarum & aliorum infixorum.

EXTRAHVNTVR enim infixa per inuentionem ingeniorum. ¶ Et modus inueniendi habetur p cõsiderationem nature & diuersitatem infixorum: & per cõsiderationem nature & diuersitatem membrorum. Ex quibus duobus extrahitur tertiũ. s. modus extrahendi & instrumentorum inuẽtio & diuersitas infixorum: licet sit infinita & certis literis nequeat scribi. Et ꝓpter hoc est consilium q̃ examinentur forme proiectorũ ab inimicis. Nihilominus Aui. sub diuisiõe octuplici ea cõprehendere conatur; de quibus accipio gratia breuitatis communiores, Infixorum quedam sunt ferrea: q̃dam spinosa: quedam ossosa aut alterius nature. Item quedã plana: quedam barbulata.

¶ Preterea quedam habent doleã in qua intrat lignum

quedam clauum ꝙ intrat lignum. Amplius quedã sunt venenosa: quedam non venenosa.

¶ Diuersitas membrorum habetur ꝑ anathomiã: quia quedã sunt principalia quedã nõ principalia. Et quedã carnosa in quibus debiliter infigũtur: quedam ossosa in quibus firmiter adheret infixum.

¶ Preterea quedam sunt apparẽtia in quibus parũ profundatur infixum. Quedã sunt profunda: in quibus submergitur infixum. imo aliquoties tantum profundatꝰ ꝙ venit ad partem oppositam.

¶ Instrumẽta q̃ ab his inueniũtur: licet sint multa: octo tamen apud me sunt magis cõia. Primum sunt tenaculum Auic. & sunt semilunares dentate. ꝯm est tenacule Albu. & sunt ad modũ rostri auis dẽtate. tertiũ tenacule canulose pro sagittis barbulatis. quartũ est terebella reuersata ad capiẽdam cãnam ferri. quintũ tñ est terebella directa ad ampliãdum ossa. sextũ sunt icisoria ad ampliãdum carnẽ vt facilius infixa extrahãtur. septimum impellentia cõcaua & surda. octauum est balista.

¶ Modus aũt operãdi qui a ꝑdictis orit̃ est talis. Quod si infixum in primo occursu nõ potest salubriter extrahi debet dimitti vsquequo caro marcescat & putrefiat. Et tũc eum circunuoluẽdo & mouẽdo illuc istuc leuius extrahetur. Nõ obstãte dicto Hẽrici: qui precipit quod statim extrahãtur: quia ita volũt Aui. & Albu. & Brunus deinde vulnus debet procurari vt alia vulnera: nisi quod sanguis alteratus ab infixo debet expelli vt vulnus a putrefactione securetur: & debet infundi cũ oleo calido maxime si dubitatur de dolore. Si aũt fuerit toxicatum procuretur vt morsure venenatorũ. Et si nõ põt leuiter per modũ dictũ haberi de armato patiẽte & preparatis preparãdis: & facta pronosticatiõe: si est necesse iuxta formam datam capiatur cum tenaculis communibus circũuoluendo & trahatur. Et si ille nõ valẽt capiãtur alie fortiores. Et si sunt barbulate apprehendantur barbule cum canulatis. Si lignum exiuit de dolio cum terebello reuersato immisso in doliũ extrahatur. Et si aliter non possunt extrahi elargetur foramen carnis si

est possibile cum rasorio & ossis cum terebellis directis aut cũ trepanis: & vt dictum est extrahatur. Et si hoc nõ valet ligetur balista cũ tenaculis: & patiente bene firmato disparetur balista & extrahatur. Si autem sagitta est inuersa & non potest extrahi per partẽ per quã intrauit impellatur cũ impellentibus cõcauis: aut surdis ad partem oppositã. Et si cõmode potest fieri per illam partẽ extrahat. Si vero nõ est possibile dimittat quousque natura eã extrahat aut manifestet. ¶ Albu. vero narrat multos in quibus sagitte diu steterunt occulte: qui cũ eis vixerũt longo tempore, absque nocumẽto, & in aliquibus alique fuerũt per naturã manifestate & extracte & sanati fuerunt. ¶ De istis incãtationibus & coniurijs nicodemi que ponit Theodoricus & Gilbertus non curo. ¶ De medicinis extrahentibus infixa operatus sum in spinis & arestis & lapidibus ac vitris: & in ossium frustulis. ¶ Et inueni ꝓpriũ medicamẽ sumptũ ab Aui. ℞. fermenti mellis aut sordiciei alueorũ añ. lib. ß. visci quartam .j. armoniaci. quartã ß. olei quartã j. fiat emplastrum. & desuper apponatur. ¶ Rogerius asserit probatum quod radix arundinis trita cũ melle apposita super fixum ipsum extrahit sine dolore. ¶ Plura alia in antidotis ponuntur & ita completur primum.

¶ De secunda intẽtione q̃ est remouere partes distãtes.

SECVNDVM completur cũ manibus trahendo & coniungendo partes distantes & membrum indolorosius quo poterit plasmando vt inferius in speciali dicetur.

¶ De tertia intentione que est conseruare in vnum partes replasmatas.

TERTIVM completur cum bona & decenti ligatura & situatione debita & futura si est necesse.

¶ De modo & qualitate ligandi.

CIRCA QVEM est sciendum quod secundum intentionem Auicen. in quarto triplex est ligatura: incarnatiua: expulsiua & retentiua. Ligatura incarnatiua competit vulneribus recentibus & fracturis: & fit cũ binda a duob⁹ capitib⁹ plicata ligata vsque

ad medium incipiendo ab opposita parte loci soluti du cendo vnum caput versus partem superiorem membri & aliud versus partem inferiorem capiendo de partib⁹ adiacentibus quantum videbitur expedire stringendo plus super locum lesum ꝙ in partibus adiacentibus. Caueat tamen a nimia strictura & nimia laxatione.

¶ Terminus sit bona infirmi tolerantia. Capita autem binde suantur. Et si necesse sint plures binde ponantur. & per eundem modum voluātur: per istum autem modum ligandi vnum labium cum alio cōiungitur & apostematio prohibetur. vt. 6. terapen. probatur. Nonnulli vero adaptant pannum duplicatum & stringendo suunt eum supra locum solutum. ¶ Ligatura expulsiua competit vlceribus & cauernis ad expellendam materiam de fundo: & ad defendendum quod altera materia non veniat in loco: & fit cum binda ab vno capite plicata. Incipiendo a parte inferiori ipsius membri ibi fortius stringendo deinde reuoluendo proceditur vsq; ad partem superiorem. Dico autem superiorem partē vt Gal. 5. terap. eam que est versus cor siue epar a quibus oriuntur omnia membra. Ego autem talem bindā in membris inequalibus velut sunt tybie adapto scindendo eam ab vna parte de palmo in palmum & suendo & eam perfilando rigide a parte arcuata & incisa laxe a parte dorsi & non incisa: & ligando partem largā dorsalem: teneo versus grossum membri partē curuā incisam versus partem graciliorem. Quot autem bona fecit mihi ista ligatura in vlcerib⁹ varicib⁹: & in phlegmonibus tibiarum nouit deus. ¶ Ligatura retinens medicamina competit membris in quibus non pōt fieri strictura neq; alia ligatura vt in collo & in ventre & in omnibus apostematibus & dispositionibus dolorosis, & fit cum binda vnius capitis aut multorum capitum siue brachiorum incipiendo super locum lesum ligando in opposito eiusdem. Modus disligandi sit suauis & indolorosus: & si ligamenta nimis se teneant tantū madefiant cum vino vsquequo separentur.

¶ Insuper vult Gal. ꝙ binde fiant de panno mūdo late

& longe ẜm naturã particularum: vt, que ligant humerum in latitudine, sex habere debent digitos transuersales. que coxam, quinqꝫ. que tibiã, quatuor. que brachiũ, tres. que digitũ, vnum. longitudo sit ẜm reuolutionum necessitatem. In hoc enim multum facit ingenium medici quod artem adiuuat & naturã operantẽ: vt dicit Damascenus. Et scientia plasmationis membrorũ: & hoc est quod dicebat Gal. in quarto terap. ligare enim vlceratam particulam non contingit bene aliquẽ absqꝫ hoc quod sumat indicationem a plasmatione particularum.

¶ De modo & qualitate suendi.

CIRCA quem est sciendum, ꝗ sutura est triplex. incarnatiua: retentiua sanguinis seruatiua labiorũ ad tẽpus. Sutura incarnatiua que competit in omnibus vulneribus elongatorum labiorum: si possunt proximari in quibus non sufficit sola ligatura que nulla habent extranea inter labia: & sunt recentia vel antiqua renouata ꝑ scarificationẽ & pellis remotionem. vt dicit Haliab. quod fit quintupliciter. vno mõ cũ filo forti equali & plano vt sericino. In cõib⁹ vulnerib⁹, primũ punctum ponẽdo in medio vulneris & aliũ in medio spatio cuiuscunqꝫ lateris: & ita ꝓcedendo in spatijs inter duo puncta faciẽdo punctum quousqꝫ sutũ sit conueniẽter. Quod erit qñ inter duo puncta spatium vnius transuersalis digiti remanebit. Acus sint longe plane & linite in cuspide triangulate in cauda propter locare filium vt non impediat transitũ cauate. Canula habeatur fenestrata. cũ qua appodietur altera pars labij vt non vagetur in immittendo acũ: & vt per fenestrã possit videri qñ transiuerit acus: & tunc trahatur acus & filũ appodiando labium iuxta filum cum tasta: vt trahendo filum labium non sequatur. Et ligetur primo cũ duabus inuolutionibus. & secunda cũ vna: deinde filum scindatur remote aliquantulum a nodo. ¶ Secundo modo fit sutura incarnatiua cũ acubus: aut cũ asta plume introducta cum acu in vulneribus magnis profundis: quorũ labia sunt multum separata. Acus infilatur infilatis tot

quot sunt necesse imponendo eas cum filo reuoluendo sicut faciunt mulieres quando super manicas acus reseruant insilatas remanent vsq3 ad vulneris cõsolidationem. ¶ Tertio modo fit sutura incarnatiua cũ canulis equalibus factis de stupis bene tortis gracilibus. nec vt palea longitudinis vt digitorum vnica aut de asta plume que quidem competit in locis qñ volumus ꝙ sutura duret longo tempore. & fit quando mittitur acus insilata per ambo labia: deinde retornatur acus per idẽ foramen vsq3 ad hoc ꝙ remaneat vna ansa in qua ponitur vnum de capitibus canule: & postea caude duorũ filorum stringuntur & ligantur super capite alio canule: & ibi scinduntur capita filorum: & remanet canula vsq3 ad perfectam consolidationem. ¶ Quarto modo fit sutura incarnatiua secundum Gal. cum hamis & debent esse parui ſm membrum ab vtraq3 parte curuati & infigendo in vno labio ducatur labium ad alterum labium: & in illa etiam figatur vt faciunt reconditores pannorum. ¶ Quinto modo fit sutura incarnatiua cum pannis: & conuenit in locis in quibus volumus ꝙ cicatrices non appareant vt in facie. Et sic fit ꝙ recipiuntur due species triangulate magne secundum membri quãtitatem & liniuntur cum linimento inuiscatiuo facto de puluere san. dra. thuris masticis sarcocolle picis farine volatilis molendini incorporata cum ouorũ albumine: ita ꝙ applicet̃ quelibet petia in quolibet latere vulneris ſm distantiam vnius pollicis. Et postq3 erunt desiccate suantur petie cũ subtilitate & adherebũt labia. ¶ Sutura restrictiua sanguinis fit cũ acub9 & filo intrãdo & reuoluendo sicut suuntur pelles: & hoc qñ alie suture nõ possunt fieri ꝓpter magnũ sanguinis impetũ. In vulneribus venarũ ista etiã est vtilis ad suendũ intestina & panniculos & loca carne denudata. suspecta tamẽ est: quia rupto vno puncto cetera relaxãtur. ¶ Seruatiua sutura fit vt alie: sed nõ est ita stricta: quia nõ fit nisi ad manutenendũ quousq3 vulnus sit firmatũ. Et cõuenit vulnerib9 dilaceratis: & in qbus deꝑdita est caro ad ꝓpinquãdũ ꝑtes vt citius cõsolidet̃ & in qbus est in

processu aliquid extrahendum. ¶ Tempus remouēdi suturam est quādo compleuerit finem suum. ¶ Modus remouendi est ꝙ ponatur aliqua tasta sub puncto: & supra tastam scindatur filum & ponendo tastam super labium per quod extrahitur ne dilaceretur extrahendo.

¶ De modo & qualitate plumaceolorum.

QVIA plumaceoli siue puluilli faciūt ad appodiationem & compressionem partium dissolutarum: & ad cōfortandum calorem naturalem membri disiuncti & ad prohibendam grauedinem ligamentorum pro tāto de ipsis est hic tractandum. ¶ Est tamen sciendum ꝙ quia antiquitus fiebat de pluma inter pānos suta talē assum pserūt denominationem: quia cum oportebat eos sepe renouare erat tedium: adinuentum est eos facere de stupis canapis precipue bene pectinatis & mūdatis: aliquoties fiunt de lana siue de cotone. Multi vero loco ipsorū applicant pannos suaues duplicatos aut triplicatos aut spongiam adaptatam. Et ponuntur due vel tres vel plures: sicut videtur expedire. ¶ Et aliquoties applicantur sicci aliquoties madefacti & infusi cū albumine oui vel cum vino vel cum oxicrato. Et aliquoties cum oleo ſm ꝙ dispositio requirit: & sunt trium formarum triāgulati triplici ſm ꝙ laudat Aui. ad incarnādum vnum in latere cuiuslibet labij supra ipsum vulnus se inungende. ¶ Sunt etiam rotundi qui ponuntur sicci super alios ad conseruandum calorem naturalem: & ad imbibendam sordem. ¶ Sunt etiam quadrati qui ponūtur ad prohibēdam lesionem ligamentorum.

¶ De modo & qualitate tentarum & lichiniorum.

CIRCA ꝙ est sciendum ꝙ tēta siue lichiniū in solis octo ponimus casibus. ¶ Primo in vulneribus q̄ volumus elargare mūdificare: aut aliquid a fundo extrahere vt sunt vulnera ꝓfunda que habēt necessitatem contra aperiēdi: propter ycorē qui cōgregaī in fundo & in spatiositate sua. ¶ Secūdo in vulnerib⁹ cōcauis in qbus debemus carnē generare. ¶ Tertio in vulneribus ab aere

alteratis que oportet mundificare. ¶ Quarto in vulneribus cõtusis. ¶ Quinto in apostemosis. ¶ Sexto in morsiuis. ¶ Septimo in vulneribus in quibus circa ossa est operandum. ¶ Octauo in vlceribus vlceratis. ¶ In omnibus autem alijs vulneribus siue tentis & lichinijs ad consolidandum intendimus. ¶ Propter quod est sciendum ꝙ tente & lichinia sumunt diuersitatem a fine pro quo fiunt: quia quedam fiunt ad mundificanda vulnera: & ista fiunt de carpia suauis panni precipue veteris. ¶ Quedam fiunt ad tenenda aperta labia: & illa fiunt de stupa bene mundata: aut de petijs panni supradicti: aut de bõbace vt faciebat Rasis: aut de cãna eris vel argenti perforata vt in naribus propter aerem. Et in vulneribus profundis ꝙ sanies per se exeat & nõ includat. ¶ Quedam fiunt ad amplificandum orificium vulneris & illa fiunt de spongia bene torta: aut de radice gentiane. Forma lichiniorum debet esse equalis: tentarum vero inequalis ad modum cauillarum. Et aliquoties applicantur sicce: aliquoties intincte in aliquo vnguento: ꝯm quod videtur expedire.

¶ Reliqua tangẽtia predictas operationes ingenio operantis relinquantur. Nã reprehendendus essem si te tua docerem in primo ad Glauconẽ: & ita perficitur tertia intentio.

¶ De emplastratione.

QVARTA intentio que est custodire membri substantiam & prohibere dolorẽ apationem & cetera accidentia completur emplastrando & liniendo membrum cum albuminibus ouorũ & rebu[s fr]igidis: vt dicit Ras. in primis diebus. ¶ Et post cum vino grosso stiptico & cũ apertionibus & cõtra. operationibus & figura apta & flebothomando & euacuando quãdo erit necesse: & cum bona & artificiali dieta. Non obstat ꝙ alij dicãt ꝙ vulnus inquantum vulnus non indiget istis: ꝙ cõcedendum est in paruis actionibus & in corporibꝰ eucraticis que vbi sunt querat dñs. In magnis aũt actionibus & in

corporibus

corporibus chachochimiis ad preseruandum accidētia est necessarium predicta conuenienter ordinare: & hoc dicebat G. in. 6. terap. supponatur quis deuenire ad nos punctus: & sup. vulneratus & disiunctus hic homo: si boni vlceris. i. eucrati fuerit absq; pharmaco trāsibit & nihil patietur praui. Si vero vlceris praui vel mali. i. chachochimi fuerit: primo quidem dolebit: post hoc autem iam pulsabit inflammabitur particula. In omni autem membro carnoso sunt nerui & vene que preparant ad ea mala: & ideo Hyp. accidentia dicebat primo ꝑnosticorum de melioribus rebus est vti preuisione.

¶ De flebothomia & euacuatione.

DE flebothomia cōsulunt sapiētes Rasis & Albu. ꝙ si sanguis a vulnere nō exiuit sufficienter: ꝙ fiat flebothomia: & fiat de parte opposita.

¶ Nā purgatio per antiparistasim in quarto terap. multum placuit Hyppo.

¶ De ventre.

SI FVERIT cōstipatus fiant suppositoria aut clisteria aut administretur aliquod lenitiuum de casiafist. aut de manna.

¶ De potionibus.

QVE consueuerunt administrari vulneratis: dico ꝙ non consueui dare aliquam potionem in vulneribus recentibus: quia cal'e sunt & apertiue & commouent sanguinem & preparant vulnus ad apa & ad fluxū. In antiquis tamen vlceribus infistulatis & cāceratis necnō & in sanguine congelato in interioribus: ac in sanie cōgregata in pectore & in glādulis intrīsecis & crepaturis vt in suis capitulis dicetur qñq; cōcessi. ¶ Antiqui tamē vt Rogerius quatuor magistri indifferēter administrabāt potionem omnibus vulneribus & fracturis compositis ex rubea maiori in plus & ex cōsolidis plātagine tanaceto canabo caulibus rub. herba roberti pede colūbino gariofi. lingua canis pimpinella pilosella & cōsimilib⁹. Et extrahebāt succum aut decoquebāt ea cū aqua vino & melle & dabāt quolibet mane quartam. ꝑ. & desuper folium inuersum caulis rubei de mane & sero ponendo

ligabat. Et assueuerũt tales emperici quod si potio euomitur malum signum est. Et si retinet bonum; & si exit talis qualis fuit per vulnus: ita iuuet eos deus. Peius est de Theodorico & Hẽ. qui pigmentũ fortissimũ iubent dare vulneratis recenter in capite & in pectore: nescio vnde venit ista insania. Scio vere ꝙ Galenus nõ ꝑcipit.

¶ De dieta vulneratorum.

DIETA omnium vulneratorum & dissolutorum in principio vsq; ad septem dies in quibus cõsueuerũt esse securi a febre & apate dz esse tenuis frigida & sicca precipue si patiẽs fuerit repletus: iuuenis: & aer sit calidus. ¶ Subtrahatur ergo sibi vinum precipue purum & carnes grosse & pisces grossi panis azimus male coctus caseus & fruct⁹ allia & cepa sinapis & omnes species acute & omnes res salite & acetose. Et vtatur pullis perdicibus auiculis paruis alteratis cum aqua ros. vtat̃ etiã auenato ordeato amigdalato spinachijs boraginib⁹ lactucis plãtaginibus brodio simplici aut composito cũ ouis. ¶ Potus eius sit aqua bullita in qua sit infusus panis grossus: aut aqua cũ ordeo: aut aqua cũ modico vino grosso stiptico: parũ cenet. Quiescat, a mulieribus summe caueat.

¶ Postq̃ autem securatus fuerit ab apate ingrosset dieta & redeat ad cõsuetudinem suam paulatim: vtatur ergo tunc bono vino bonis carnibus gallinarum caponũ & castratorum & omnibus bonum sanguinem generãtibus & reparantibus naturam. ¶ Et ꝙ talis dieta sit vulneratis vtilis sic probatur. Quia illa dieta est vulneratis vtilis que manutenet virtutem: & nõ commouet febres neq; apata: neq; emorrosagias excitat & nutrimentum conueniens preparat tempore conueniẽti talis est huiusmodi: ergo est vtilis. Et propter hoc eam cõmẽdat Gal. Ras. Haliab. & Aui. Brunus Guillelmus atq; Lanfrancus. Non autẽ Theodoricus qui a principio dietã vinosam & calidissimã precipiebat. Et plus miror de Henrico q fuit parisius nutritus ĩter philosophos: q eũ in hoc secutus est: de anglico nõ miror: quia nihil dicit nisi ꝙ ab Hẽrico habuit. Neq; rõ eorũ valet dũ dicũt ꝙ debili

tatus confortetur. quia cõtrariũ dicit Gal. in principio afforismorum. In his autẽ qui egrotant augere virtutẽ nõ properam⁹. Moderate em̃ diminuimus: aut qualis est saltim in cronicis custodim⁹. Nisi cũ eẽt tãta debilitas que postponeret oẽs alias indicationes: quod tñ nõ est in cõib⁹ vulnerib⁹. Etc um hoc aduersanti bus indicationibus nõ oportet alterius extremitatem cupientẽ obliuisci alterius penitus; sed miscere eas in septimo te rapen. vnde in. 8. circa finem exercitatum quidem natura & prudentẽ oportet esse medicum. Vt in vniuscuiusꝗ indicationis subtiliter ponderans virtutẽ adinuicem omnes cõparans. Vnũ aliud cap̃m coaceruet ꝓpriatũ laboranti dietationum. ❡ Illud autẽ ꝙ decepit eos fuit larabica translatio in quarto de ingenio cap̃o penultimo que dicit. Itẽ oportet te cauere vinũ dum apa ca̅m est. In alio vero t pe non. Quia debuit dicere dum apa esse põt. Quod patet per grecã translationẽ q̃ dicit palam aũt est qm̃ vini vsum cauere oportet in tempore phlegmonũ. Aliter non ꝓhibet dare nihil. Et ita conceditur ꝙ in principio vsꝗ ad septẽ dies: quod est temp⁹ phlegmonationis non detur vinum. Sed transacto illo tempore non prohibeatur; & ita cõpletur quarta intentio que erat membri substantiam conseruare.

❡ De quinta intentione.

SED QVINTA intentio q̃ est accidentiũ introductor correctio ſm accidentiũ diuersitatẽ cõpletur. ❡ Accidentia aũt q̃ cõsueuerũt venire ĩ dissolutis cõtinuitatib⁹ sunt dolor, apostema discrasia febres pruritus atꝗ spasmus paralisis sincopis atꝗ alienatio: vñ scientes ꝙ vulnus nunꝗ curatur quousꝗ ista corrigantur: accidentia em̃ que superant suam causam ordinem curationis preuaricant in principio ad glauconem.

❡ De dolore.

DOLOR quia ẽ cã trahẽdi materiã ad locũ lesum & gñandi apa super oĩa opꝫ ꝙ euitet: dolor vero cõiter sedat fomẽtãdo ꝑticulã cũ oleo ca̅o: & si oleũ eẽt rosatũ vtili⁹ eẽt. Et si cũ eo adderet albumẽ oui vel vitellũ vbi nõ ẽ magna caliditas nõ tm̃ macularet vuln⁹. et si eẽt ne

cesse aliquantulum sopire particulā oleum sit papauerinum. Et si est necesse addatur parum de apio aut de mādragora vt consuluit Guil. Quatuor autem magistri laudant ad hoc radicem solatri cum axungia porci incorporatam. Theodoricus multum commēdat emplastrum de folijs paruarum maluarum coctis & tritis: & cum cribratura furfuris mixtis. Si adderetur modicum olei rof. melius esset. ¶ Medulla etiam panis frumenti in aqua feruenti infusa optima est vt superi⁹ fuit dictū. Si autem esset dolor fortis significaretur ꝙ neruus esset lesus: & tunc ad vulnus neruorum habeatur recursus.

¶ De apostemate.

APOSTEMA generatur & cognoscitur curatur: ſm quod dictum est in tractatu secundo de apostematibus. Nihilominus Aui. laudat & appropriat omni mēbro a capite vsq͞ ad pedes empl̄m factum de granato dulci in vino stiptico decocto & pistato & applicato: si autem non potest repercuti nec resolui maturētur cū emplastris ad maturandum apata dictis. Et ad hoc dictat Rogerius embrocā de maluis absinthio arthemesia farina frumenti cocta cum vino. & parum mellis & satis de axungia. Et si sanies non deriuatur ad vulnus aperiatur in loco magis apparato.

¶ De discrasia.

DISCRASIA si est cal̄a quod cognoscitur per rubedinē & vesiccationē. Infrigida locum nō cū iusquiamo neq͞ mandragora: vt dicit G. quia nimis infrigidat. Sed cum rosis & plantagine & vnguento albo que siccando moderate infrigidant. ¶ Si est frigida quod cognosces per mollificationem & discolorationem. Calefacias locum non per resinam picem & aspaltum: sed cum vino & vnguento nigro fusco videlicet & basilicone: quia cum ista accidentia conuertunt vulnera ad vlcera ad doctrinam illam habeatur recursus. Si autē discrasia fuerit sicca & humida per sua contraria corrigatur & ita de compositis: vt dicetur infra.

¶ De febre.

SI SVPERVENERIT febris infrigidentur & regantur vt de apostematibus calidis est dictum. Et in hoc domini phisici vocentur.

¶ De spasmo.

PER SPASMVM intelligit Auer. decurtationē membrorum aut talē rigidationē non possunt flecti neqꝫ dilatari: quia in eo operatio non est ablata sicut in paralisi sed est mutata. ¶ Est em̄ spasmus in quinto de egri. & sintho. motus malus accidens in virtute motiua voluntaria a dispositione morbosa: & ideo est egritudo neruosa in tertio cañ. qua mouenī lacerti ad principia sua & inobedientes fiunt in dilatione. ¶ Causa enim eius ꝺm G. in eodem est duplex. vt hyppoc. indicauit impletio & euacuatio: in phlegmonibus quidem dispōnibus impletio: in ardentissimis autem & siccissimis febribus, euacuatio. ¶ Quod autē & impletur & euacuatur amplius vniuersis corporum neruosis tendere contingit. indicant chorde in organis tense. scindunī enim siue in humida siue in sicca: demum tense deponātur. Et propterea remittunt eas artifices añqꝫ deponantur. Et ꝺm illud idem indicant corrigie ad ignē & aeri scilicet humido exposite colliget tertio. ¶ Tertiū autē capl̄m addit Aui. licet ad materiam ꝓportionetur, est tamen nocumentum contristans cerebrum: ꝓpter quod nerui refugiunt & congregantur ad expellendū ipsam causam impedientem. ¶ Sunt ergo tres modi spasmorum inanitionis repletionis & cerebri compassionis. ¶ Primum causatur maxime propter fluxus magnos quinto afforismorum & caliditates immoderatas & putredines liquefacientes in secundo eorumdē: febrem in spasmo &c.

¶ Secundū fit propter apā & tumores dispergentes in fine. 5. afforismorum. quibuscunqꝫ ydemata. Et frigiditates immoderatas implentes & condensantes neruos in eodem quinto. Frigidum spasmus &c.

¶ Tertium vero fit propter dolorem. 5. tegni. 5. erui. & thenātos punctura. Et ꝓpter mordicationē mali humoris & qualitatis venenose in cōmento quinti Spasmus

ex elleboro. ¶ Spasmi autē prefati quidam sunt vl̄es q̄ fiunt qn̄ nocumētum peruenit ad cerebrum conās expellere nocumētum contrahit neruos & membra neruosa & spasmatea. ¶ Alteri sunt particulares qn̄ nocumētum non peruenit ad cerebrū: sed remanet in mēbro incuruās ipsum. Et hoc etiā Auenzo. testat. dico aūt vl̄es quia teneat maiorem partē membrorum ad differentiā epilepsie q̄ tenet oīa. Et ideo spasmus totius dicitur. s. humidus: est tn̄ & interpollatus non cōtinuus cū nocumento mentis & sensuum: prout tertio interiorum declaratur quod non est ī spasmis: de quibus fit hic sermo. Inquirere exquisite differentias: spasmi cās: & modum gn̄andi alterius est speculationis: quare dimitto. Sufficit chyrurgico scire quod dictum est & signa eorūdem & correctionis si que sunt. ¶ Signa cōmunia sunt mot⁹ membrorum difficultas colli tensio labiorū cōtractio ac si vellet tridere maxillarum & dentiū guturis strictura oculorum & totius faciei tortura. ¶ Signa specialia spasmi de inanitiōe sunt aduētus paulatin⁹ & post egritudines cōsumptiuas. ¶ De repl̄one vero sunt aduentus subitus: & post apostemata & repl̄ones & frigiditates spissantes. ¶ Spasmi autē cōpassiui signa sunt aduētus a causis extrinsecis & est cū dolore & mordicatione & cōtristatione. Si nocumēta spasmi veniāt ad membra anhelitus subito morit patiēs. ¶ Spasmus confirmatus nō curatur maxīe de inanitiōne: quia siccitas cū certissime cōpleta fuerit insanabilis existit. 7. terapē. Non cōfirmatus vero aliquā recipit correctionē spāliter de repl̄one quod innuebat hypoc. in. 2. affōrum febrem in spasmo melius est fieri q̄ spasmum in febre. ¶ Curatio & precustodia spasmi sicci est praua: vt dicit Aui. verum cōuenientior cura est tina & iuncto cū oleo humido post ipsā. Et ei⁹ iteratio multoties: & si eēt possibile q̄ tina fieret de lacte & nasalia & gargarismata & clisteria: & final̄r potagia optimū eēt: dūtaxat q̄ febris non adesset nūc eñ fiāt p̄fata cū aquis & oleis ī qb⁹ decocta sunt folia salicis: & ordeū fractū vio. atq̄ nenufar. et administrēt sup iūcturas & originē lacertorum. ¶ Cibaria ipsorū sint sorbitiōes pigues lenes facte ex amigda

lis ordeo & zuccaro bono: & aquacarnis assumpta ex carnibus agnorum & hedorum.
¶ Et si cum dictis misceretur modicum boni vini: vt penetrare faciat, non esset lõginquum a rectitudine. ¶ Cũ autem spasmus est humidus oportet vt curetur cũ euacuationibus fortibus humorum grossorum: vt est yera & pillule de agarico. Et clisteria acuta sunt optima & flebothomia quoqꝫ. Et gargarismata & nasalia & sternuratoria cum acutis sunt expedientia. Et inunctiones per collum sub assellis & inguina cum oleis calidis de lilio & costo de spica laurina pulegino acuatis cum castoreo & euforbio sunt bona. Et coopertura cum molli lana plurima. ¶ Rogerius ad talem spasmũ tale dictat vnguentum & ipsum acceptauit Theodoricus. ℞. olei mustellini. ℥. j. petrolei. ℥. ß. olei communis butyri. añ. ℥. iiij. cere. ℥. j. storacis calamite storacis rub. añ. ℥. ij. &. ß. masticis olibani gũmi hedere. añ. ℥. ß. omnia liquibilia ponantur ad ignem: & alia puluerizata misceantur. Vltimo ponatur storax & fiat vnguentum de quo ceruix & collum atqꝫ spina & totum corpus inungatur inter duos ignes. In isto vnguento videtur addere Theodoricus herbas que ingrediunť in vnguento arogõ & agrippa & oleum castoreum & pinguedinem limaciarum rubearum: & vocat eum alabastrum: & est valde propriũ ad contractionem neruorum. ¶ Et si acciderent febres: dũtaxat quod essent effimere esset bonum. ¶ Stuffe suffumigationes sicce: & ea que prouocant sudorem sunt conferentia ad hũc spasmum. ¶ Spasmus vero compassiuus: si fuerit ex dolore curatur cum leptomeris & alijs sedantibus dolorem: vt in de vulneribus neruorum dicetur. ¶ Et si est ex punctura ferarum curetur cum thiriaca & ventosis super locum. ¶ Et si fuerit ex mordicatione stomachi prouocetur vomitus & stomachus cõfortetur. Et in omnibus cerebrum consoletur. Et caput & collum dorsum asselle & inguina cum oleo de lilio inungendo: quia proprium medicamem est spasmo humido: vt Auenzoar dicit. Et quod baculus teneatur inter dentes vt ex toto non claudantur:

& si aliud nō potest fieri: neruus qui mādat nocumētū totaliter incidat. Vt cōsulebat Ras. quia melius est perdere operationem vnius membri ꝙ̄ totius.

¶De paralisi.

PARALISIS etiam sequitur vulnera & contusiones maxime capitis & totius dorsi: vt in tertio interiorum per multa exempla declaratur. Vtrum autē sequat vulnera eiusdem partis vel cōtrarie: infra de vulneribus capitis mentio fiet. ¶ Est autem paralisis neruorū mollificatio cum priuatiōe sensus & motus. Vt plurimum sicut erat spasmus durities cum motu malo & permutato. vt tertio colliget dicebatur. vnde tertio interiorum, sicut apoplexia est mollities totius corporis: ita & paralisis vnius medietatis: qn̄qꝫ quidem dextre: quādoqꝫ sinistre: quādoqꝫ quidē vnius partis vt pedis vel manus: & propter hoc suscipe illam diuisionem spasmi in paralisi vniuersalis & particularis vniuersalis totius lateris: particularis vnius membri.

CAVSAE vero paralisis & talis ablatiōis motus & sensus sunt duplices extrinsece & intrinsece. Extrinsece vt casus: percussio: incisio: dilatatio: frigiditas: apāta: & talia que ab extra separant: & claudunt spirituum vias. Intrinsece sunt humores grossi viscosi ꝗ oppillāt ipsos neruos in cerebro & in nucha que vicaria cerebri est dicta. Inquirere autem quomodo est hoc: & qualiter aliquoties perditur motus & remanet sensus & differētias & causas omnes exquisite alterius est speculatiōis. Sufficit enim chyrurgico scire quod dictum est: & cognoscere partem a qua oritur nocumētum. Nam si nocumētum est vniuersale: quia nerui qui regunt vniuersum veniunt a cerebro: scis quod nocumētum oritur a cerebro si particulare in membris superioribus: scis quod a collo. si in inferioribus, a spōdilibus. si in medijs, in medijs: prout hec leguntur in primo & tertio de interioribus. ¶ Humorem peccantem scis per signa humoris. ¶ Causas extrinsecas indicio patiētis. ¶ Indicari etiam potest

quod paralisis & omnes egritudines neruorum sunt difficiles ad curandum quia parum habent de natura calida: que est acris curationis. Et perinde dicitur quod paralisis in senibus difficulter curatur. ¶ Amplius indicat quod tremor & febres signãt bonum in paralisi. ¶ Preterea paralisis que fit ab ictu nõ conterẽte neruos vehemẽter: quãdoqꝫ sanatur vt apparuit a gal. in illo de mula. Si autem superflue cõterantur nõ est spes ꝙ sanetur: quia vulnera neruorum perfecte nõ cõsolidantur: vt dictum est. ¶ Et dixit Auenzoar: ꝙ si lesio fuerit neruis anhelitus moritur patiẽs suffocatus in breui. ¶ Si mẽbrum nõ diminuitur nec color mutatur spes est aliqua ĩ cura. Si vero diminuitur & color mutatur signum est malũ: vt dicit Gordonius.

CVRA paralisis a causis intrĩsecis pertinet ad dños physicos quam perficit hebẽ Mes. duplici regimine: cõmuni & proprio. ¶ Commune autem regimẽ nũc partem morbi tãgit: nũc proprietatem. Interdum vero dietam. ¶ Primum completur cum administratiõe omnis studij ad partem capitis posteriorem: & nucham: quia nocumẽtum ẜm plurimum oritur ab illis locis. Et hoc est commune in infirmitatibus quinqꝫ videlicet: paralisi: spasmo: tremori: stupori: & torture. ¶ Secũdum vero completur cum administratione medicinarum proprietate & virtute cõfortãtium neruos vt est achorus: yna: castoreum. ¶ Tertium completur cũ paucitate cibi & potus: & cũ regimine exiccatiuo dicto in capitulo phlegmatis. ¶ Regimẽ autem proprium capit quatuor tres. prima est adequatio materiei. secunda abscissio eius. tertia cõuersio sui residui ad oppositum & diuersum. quarta corrigit accidentia. ¶ Quomodo autem ista compleãtur dicet vobis doctor allegatus. ¶ Curam autem a causis extrinsecis q̃ erat a percussiõe: aut casu perficit Aui. si factum est apostema: & materia ad locum descẽderit cum flebothomia & medicinis calidis & euaporatiuis: vt sunt vnguenta emplastra super locum percussum: & ventose quandoqꝫ ponũtur. Ego autem cõsueui vnum linimentum laudatum ab hebẽ Mesue in passionibus

UNIVERSITA ... BIBLIOTECA

cordis:cnm quo vngitur collum dorsum & membra lesa. Et est multum bonũ. verba doctoris euangelici sunt hec. sermones inunctionis spine credo peritos medicos: & peritos philosophorum traditionem & memoriã & laudem tanti beneficij nature occultasse: cum eius beneficium in eorum tractatibus sit abscissum. Et est de elegãtioribus iuuamentis preseruans substantiam vite. Et sciuisti quod principium ossium & neruorũ est nucha: & generatur vel germinatur a cerebro: & spina est platea publica arteriarum neruorum spirituum & virtutũ: & lectus spiritualium membrorum: & continet medullam vere humiditatis: sic enim aggregabis multas bonas intentiones. Confortabis enim substantiam velatiuam & substantiam spiritualem: & neruos & ossa vniuersa.

¶ Subueniẽs paralisi in omnibus neruorum egritudinibus saltui cordis & tremori lassitudini subuenit manifeste. & est medicamẽ omnium medicamẽtorũ in celeri confortatione. Modus cõfectionis est. ℞. myrrhe electe aloes epatici spice nardi sanguinis dra. thuris mumie oppoponacis bdelij carpobalsami croci masticis gũmi ara. storacis liquide storacis rubee. añ. ʒ. ij. & ß. musci. ʒ. ß. terebentine ad pondus oĩm misce oĩa: hec puluerizata cum terebentina: & pone hoc totũ in alembico: & ingeniose distilla: & liquorem distillatum suscipe in vase vitreo & forti: vicinatur enim balsamo: & ego aliquoties addebam herbas paralisis: & erat pretiosius.

¶ De sincopi.

SINCOPIS est ꝑm Gal. in. 12. terap. subita & acuta cõcisio virtutis que cõsueuit sequi immoderatas euacuationes & dolores quã cognosces per pulsum deficiẽtem: & per colorem pallidum & motũ precipue palpebrarum & extremorum difficilem: ac si nõ posset erigere ea: & per sudorem maxime circa collũ frigidũ. ¶ Sincopis nullo modo est negligenda quia via est ad mortẽ: imo parua mors apud omnes dicitur.

¶Regimen & curatio quãtum est de presenti, est obuia re toto posse ꝙ non veniat sincopis cõsolando infirmũ & expellendo multitudinẽ gentium ne calefaciãt came ram neq͙ terreant eum. ¶Et est cautela ꝙ anteq͙ veniat detur sibi parua crusta panis albi infusa in optimo vino cum modico de aqua ros. Et potet modicum de illo vi no. Nam vt ait Gal. vbi supra: vinum quidem aliquod natura calidum ad anodosim. i. ad redditionem & con fortationem incedens his qui sincopizantur est dandũ & irroretur: & proijciatur fortiter in eius facie aqua ro sa. aut aqua frigida si non habet aquam rosatam: fricen tur extrema trahantur pili nasus & aures: & proprio nomine alte vocetur dentur alape: & cetera fiant que precipiunt domini physici in isto casu.

¶De alienatione.

DESIPIENTIE vero ſm Gale. in quinto de egri tudine & sinthomate omnes peccata existẽtes motio nes ygemonite. i. regitiue virtutis sunt que ab Auicẽ. in tertio cañ. alienationes dicuntur. ¶Et licet sint acciden tia ydropatientia & ꝓtopatientia. i. propria & cõicata hic tñ agitur nisi vt sunt accidentia ꝓtopassiua. i. venien tia ꝑ cõitatem & colligantiã q̃ cõtingunt in vulnerib⁹ & articulorũ percussionib⁹ vt in quarto terapẽ. diceba tur. Similis aũt est hec generatio sinthomatũ in tertio de interioribus his qui suffunduntur. i. imaginationes in oculis patiuntur ex dispositionib⁹ ventris. Nam si cut aliunde mandatur occasio. Ita vero & neruosis par ticulis patientibus paratiuis q̃ alijs veniunt desipẽtie. Quandoq͙ quidem ipso solo calore ſm cõtinuitatẽ ad caput ascendẽte. quãdoq͙ vero spiritu vaporoso seu fu moso. Et illa quidẽ sunt ex eis que finaliter desiccãt: vt ait Aui. vnde decimotertio terapẽ. Contingit eñ vt in sermonib⁹ quidẽ de his mõstratũ est ꝓpter frigiditatẽ eg dẽ ossiũ. ꝓpter calorẽ mot⁹ & ex malitia humorũ amen tia. ¶Cura seu regimen eorum est quantum spectat ad chyrurgicum quia incontinẽti dñi physici debẽt vo

cari:vt mali fumi perfricationes & ligaturas extremorũ a capite diuertantur:& in hoc casu clisteria sunt ab Aui.dilecta. & percussa particula omnino sedetur: & necessaria secundum eum etiam est percussio cum alapis:vt ad ipsum ipsius redeat ratio.Et ĩ principio Gal. 13.terapen.oxirodinum:idest oleum ros.cum modico aceto commendat.Expellere enim oportet a capite humorem & vaporem: & infusiones somnifere: que per papaueris semina fiunt optime. Et olfabimus & inungemus alias narium & fronte m similibus farmacijs. ¶Ex rebus enim conferentibus ꝯm Aui. est vt infundatur super capita ipsorum decoctio pedum & capitum. Et multoties sanat eos a sefur: que est radix vitis albe: cum ex eo bibunt aut comedunt ipsum diebus aliquibus cum aliquo cibo qui abscondat saporẽ ipsius.¶ De pruritu dicetur in quinto & sexto. ¶De duritie & impotentia motus qui sequitur solutiones prauas cõtinuitatis dicetur infra in sexto.

¶De passionibus iuncturarum:& in antidotario suo loco.

¶De vulnere facto in carne. Cap.ij.

VLNVS carnosum ꝓprie dicitur in tertio terapen.diuisio facta in membro carnoso cum sanguine absq; putrefactione:vt superius in capitulo communi fuit dictum: & non euacuatur ꝯm eundẽ quin sit simplex sine perditione substantie aut cum perditione eiusdem. Et quod est simplex non euacuatur a suis proprijs differentijs quin sit superficiale aut profundum & vtrũq; aut paruum aut magnum.¶Vulnus etiam cum deperditione substantie non euacuatur quin perdatur cutis quandoq; caro & cutis. ¶Et vulnera cum talibus differentijs nõ euacuantur quin sint pura sine accidẽtibus.& quin habeãt aliqua accidentia non habentia rationem cause, quia tunc caderẽt sub ratione vlcerum difficile sanabilium: de quibus dicetur in tractatu vlcerum infra.Sed habentium rationem sine quo vt superius fuit allegatum de-

cimoquarto terap.non obtinet sanatiuã:velut sunt discrasia dolor apostema pruritus:de quibus dictum est supra. ¶Nec curo si tales differentie dicantur differentie aut dispositiões que licet Gale. in tertio terapẽ.magnam fecerit determinationem:non multum tamen ꝓficit hoc ad curam. Est autem in principio terapen. Non ex nominibꝰ bene sanare egritudines;sed ex ea q̃ de rebus recta opinione.

DE CAVSIS vulnerum inquantum vulnera dictũ est supra:quod sunt quecunq; res que extrorsum perforare aut cessare seu mordere apte nate sunt. Ex quibus dispositionibus derelictis ab eis sumuntur intentiones curatiue. ¶Et significationes sumpte ab esse dispositionis:& natura membrorum & occurrentium accidentium diuersitatem que inueniunt auxilia:& modũ operandi:vt dictum fuit supra.

SIGNA ET INDICIA in capitulo vniuersali sunt dicta.

CVRA vulnerum carnosorum recentium vltra quatuor intentiones dictas communes habet specialem intentionem.vnam que est fluxum sanguinis retinere:modificatur tamen per Auicen. si superfluit: quia fortasse temperata quantitas confert:eo quia prohibet apostema oppilationem & feb.que summe prohibent vulnerum curationem. Et illud ſm Gal.in quarto terap.fuit preceptum hypp.fit enĩ vt & effluẽte sanguine siccius & per consequens sanius.cum omne siccum propinquius sit sano;humidum vero non sano. ¶Superfluus enĩ san.si non restringit cum his que pertinent vulneribus restringatur cum his que dicentur in capitulo vulnerũ venarum. Intentiones vero omnium vulnerum: licet quomodo cõplentur in genere sit dictum: spãlis tñ modus quomodo cõplentur in carne inuenitur ſm differẽtias iam dictas per hunc modum.

¶De incisione & vulnere simplici paruo sine perditione substantie.

IN QVO Gal.in tertio terap.nõ precipit nisi appropinquare labia cũ sola ligatura.vnde inquit:si cõduxe

rit inuicem diligenter ea que distant absq; alia quacūq; extrinseca ingeniatione conglutinat̄ & Rasis illud idē.
¶Cōmunis tñ cursus habet: & Lanfrancus ponit albumen oui agitatum cum leui stupata: & bene quia ꝯm Gal. in vndecimo simplicium farmacorum restringit sanguinē & sedat dolorē alterat & ꝓhibet apā nō solū in oculis: sed in oībus locis vlceratis super omnia caue a dolore: quod em̄ dolet ꝓuocat reuma & apā vt sepe dictum est. Quomodo sedat̄ dolor iam superius dictū est. ¶Et nō remittetur vsq; ad tertiū diem quia ꝯm G. in tertio, parue aūt sunt ita ꝙ si cōgregate fuerint vna die vel plus indigent duabus ad vniēdū. Et si non esset consolidatum remutetur post: vt statim dicetur.

¶De incisione & vulnere magno superficiali & non profundo.

IN QVO quia nō sufficeret sola ligatura ꝑcipit Gal. suitionē & laqueationē. ¶Cōis tñ vsus post suitionē cōsueuit ponere puluerē rubeū īcarnatiuū & cōseruatiuū qui fit de duab⁹ ꝑtib⁹ thuris & vna sanguis draconis. Albu. addit tres ꝑtes calcis viue: & Lanfranc⁹ cōsentit. Ego aūt loco calcis bolum ar. addo. Haliab. sandalos ponit. ¶Et ponitur solus puluis. Cauendo vt nō ingrediatur intra vulnus: neq; etiā puluis: neq; oleū: quia consolidationē impedit ipsorum vnusquisq;: vel potest incorporari cum albuminib⁹ ouorū: & desuper vnā aut duas stupatas infusas cū albuminibus dictis: & pannū subtilē etiā balneatū in his immediate supra vulnus apponit vt stupate in eleuatiōe nō dilacerāt puncta. Et si cū oleo rosa. inungerētur circunferentie ad ꝓhibēdum dolorem & apostemationē: bonū eēt. Que aūt ligatura & sutura & stupate cōueniūt: & quomodo fiunt in sermone cōmuni iam dictū est. ¶Et nō remutetur vsq; ad quartum diē: nisi dolor aut aliud accidēs infestet. ¶Et post quartum diem nisi inueneris consolidatum cū vino calido stiptico lauetur: & infundantur stupate & expresse applicentur & ligētur. Et de die in diem remutentur: quia intra breue tempus erit consolidatum. Testante Gale. in quarto cōtra thesilum qui prolongabat curā

vulnerum ad mẽses: quam in sex diebus aut plurimum in septem poterat perficere. prima preparatio laudatur cum albumine ouorum. Et illo puluere: quia refrenat & prohibet & sedat sanguinem dolorem & apostema. Secunda cum vino: quia vinum ſm Gal. in tertio optimũ farmacum est omnium vulnerum in quantum vulnera sunt. i. que non habent aliquam dispositionem cõtradicentem implicatam. Quod probatur ita: vulnus inquãtum vulnus indiget siccare & stipticare precipue magnum. Sed vinum facit hec duo. ergo maior ꝓbat: quia in hoc tempore ſm Gal. opus est farmaci siccãtis particula: vt siquidem iam fuerint ycor adiacens consumat. Et eum qui debebat confluere ad vacuas regiones ꝓhibeatur. Et propter hoc debet esse maioris siccitatis cõsolidatiuũ: siue conglutinatiuũ, quod idem est in tertio tegni: ꝙ incarnatiuum: videlicet vsq; ad ſm gradum. Minor deducitur: quia vinum in septimo simpliciũ farmacorum: nouum est calidum in primo: antiquũ in tertio medium in secundo; proportionaliter autem caliditatibus sunt & eius siccitates. Et ideo ſm diuersas naturas desiccat & consolidat: non autem humectat: neq; infrigidat: vt dicebat Theodoricus. Et hoc est quod Gal. dicit authoritate Hyp. in quarto terap. vlcera vniuersa nõ oportet madefacere. i. lauare nisi cum vino. Et causam ait dicens. Omne siccum propinquum est sano: humidũ vero non sano: & propter hoc dicebat magister Arnoldus: ꝙ recentia vulnera cum aqua ardente lota sanationis effectum citissime cõsequentur: quia desiccatiua est multum. Nonnulli vero post primam remutationẽ ponunt empl̃a & vnguenta que ad hoc habẽt propria: & stupatam desuper. Gal. autem in hoc multum commendat vnguentum nigrum Aui. vnguentum de lino. Ego autem consueui vnguentum factum de rubeo puluere incorporatum cum terebẽtina lota.

¶ Quorum forme vna cum multis alijs in antidotario dicentur.

¶ De vulnere profundo & occulto.

VVLNVS profundum & occultũ multoties curat

cum futura & debita ligatura. ¶ Et si nō fieret, iubet G. in tertio tegni. in posteriori tempore per effluxiones & contraria diuisione & figura apta curare. Aptam vero figuram intelligit Aui. ꝙ orificiū vulneris semper sit inferius: & fundum superius vt ycores possint libere exire. De qua figura dicit authoritate sapientis in secūdo ad glauconem: ꝙ curauit vulnus profundum in coxa: cuius profundum erat circa genu: & orificium versus coxam cum preparatione figure absq; contra apertionem: fecit enim sibi tenere genu eleuatum: & tunc orificium fuit inferius. Idem posset in brachio preparari. ¶ Si aūt non posset apta figura preparari neq; vulnus bene expurgari per foramē fiat ꝓm consilium Gal. contra apertio. vnde in fine. 3. terap̄. Si vulnus concauitatem habuerit profundam & occultam: scrutādum est: vtrum ycores possint conuenienter expurgari vel non: sic eadem est cura cum alijs. ¶ Si non possimus ingeniare bonam effusionem cum pressuris: & bona ligatura expressiua q̄ incipiat in fundo: finiat vero circa orificium: bonum est. Si vero potest fieri oportet nos ingeniare alias effluxiōes. Duplex vero est ingeniatio: quandoq; quidem te incidente totam concauitatem: quandoq; autem contra diuidente solum in profundo. Qualiter autem oportet singulum horum efficere: locorum indicabit natura & vlceris magnitudo.

¶ Nam si loca fallacem habēt diuisionem & vlcus fuerit magnum melius est econtra diuidere. Si vero contrarium melius est incidere & ligare: vt est dictū. Brunus autem in tali contra apertionem suellos siue tentas in vtraq; parte imponit. Ego autem cum cotone transeo: quia melius mundificat & transit per totum: & minorē infert dolorem: & pono ipsum cum intromisso facto ad modum acus: aut tastā ligneam impono: & desuper securius incisionem facio & desuper aliquod mundificatiuum: & stupatam appono: & bis in die remuto.

¶ De vulnere concauo cum deperditione carnis.

IN CVRA vulneris huius ꝓm Gale. in tertio tegni. duplicem

duplicē oportet habere intētionē: qa & dispositio. Duplex continuitatis qdē solutio vlcus siue vulnus deperditio substantie concauitas. vna in vnitiōe. Alia vero in deperdite substantie generatione. Et oportet primo curare cōcauitatem: deinde vnire aggredi. Eo quia ipsarū rerum indicat natura nō posse vulnus sanari: nisi primo concauitas repleatur. Omnis enim cōcauitas preter naturam indicat repletionem quare & que in carnosa particula: hec autem repletio terminus inuentionis sanationis fuit: & indicatio que omnibus idiotis extitit nota.

¶ Vt autem inueniantur que replebunt artificis est: & ratione indigemus multa & multis particularibus indicatiōibus & methodo rationali certitudinaliter. ¶ Particulares ergo indicationes cum quibus inueniūtur que replebunt concauitatem vulneris, sunt quatuor. prima sumitur a substantia vulneris: secunda a natura corporis & particularum. tertia a coniugatis. sed quarta ab indicationum contrarietate. Talis enim fuit ordo Gal. in tertio terap̄. Substantia enim vulneris secū importat differentiarum propriarum indicationes de quibus tractatur in fine. ¶ Prima enim intentio seu indicatio inuenitur quod quia in generatione carnis que fit ex sanguinis coagulatione materia℞: effectiue vero a natura semꝑ occurrūt due supfluitates: vna grossa: altera subtilis. ¶ Si volumus eas extirpare tanq̄ res preter naturā per contrarietatem, nullum erit tempus in quo nō indigeamus vtriusq̄ farmaci exiccātis humiditate: videlicet & mundificantis sorde non simpliciter, sed moderate ꝟm primum gradum: maius enim appositum consumeret: & non coagularet materiam carnis velut sunt thus & ordeacea farina: & farina fabarum: & orobi: & yreos & aristo℞. cadimia & panax & terra sigillata. Omnia enim talia ad inuicem differūt in eo ꝙ magis & minus. aristologia enim & panax magis exiccant alijs & calidiora sunt natura. Ordeacea & fabarum farina minus multum exiccant: & minori caliditate participāt. Thus autem calidū est moderate minus tñ alijs exiccat. Orobi vero farina & yreos ī medio aristo. & panacis sunt.

¶ Secunda intentio inuenitur ꝙ quia corpora & particule hec quidē frigidiora sunt: hec calidiora: hec sicciora: hec humidiora: ꝟm naturam oportet ea seruare: sicut quod dictum est preter naturam abijcere. Si ergo simile seruat suum simile: sicut & contrarium corrupit suū cōtrarium. Calidiora ꝟm naturam calidioribus indigēt auxilijs: frigidiora frigidioribus &c. carnem enim que supernutritur similem oportet esse preexistenti: sicciori igitur existēte priori: sicciorem oportet generare nouā. quare oportet amplius eam siccari: in humidiori vero econtra. Et propter hoc thus in humidioribus naturis desiccat & carnem generat. In siccioribus humectat & suppurat.

¶ Tertia vero intentio inuenitur ab annexis. vt primo a compl'one innaturali. Si eñ inquit Gal'. vel ꝟm aliquā formam vel per ipsum tempus vlcerationis vulnerati caro fiat calidior decēte vel frigidior: decebit farmacū non solum moderate siccare: sed & calefacere & infrigidare intantum inquantum & subiecta caro superegressa est ab eo quod ꝟm materiam: vt dictum est supra. Si vero hec ita se habent coaspicere oportebit: & cōsequēter nos aeris crasim. oportet enim farmacum apponi in moderationibus eius. Et propterea Hypp. frigidioribus quidem vtitur in calidis humoribus: calidioribus vero in frigidis seruando semper naturam.

¶ Sed quarta intentio sumitur a contrarijs indicationibus non que fiunt ꝟm diuersa tempora: de quibus dictū fuit in quodam notabili de indicatiōibus supra in capitulo executiuo primi tractatus. Sed de his que fiunt ꝟm idem tempus vt quando crasis laborantis est humidior decēte: particula vero siccior: vulnus humidius annexa sicciora. Indicabis farmacum quod desiccet in secundo & tertio gradu. ¶ Si autem fuerit ecōuerso quod desiccet solum in primo gradu: & hoc est quia in prima multum distat. In secunda parum egritudo a dispositiōe mēbri: vt dicit Aui. vniuersa autem ista inquit Gal'. per cōiecturam sumuntur. Et quia coniecturare optime potēs est q̄ est exercitatus in ratiocinijs: puta de cōplexionib⁹

& de farmacis manifestum est. ¶ Vides igitur aperte quod eget cōsiderationib⁹ vir debens ſm rectā methodū vlcus sanare. Quia enim inuēta est humiditas existere in passione siccatiuum indicat farmacum. Sed quoniam hec quidem eorum magis exsiccātia: hec aūt minus hec autem calefactiua: hec infrigidatiua ex vlcerū differentia: id quod vtile assumptū est & ex laborantis natura & eorū annexis. Nō enim faciebat ita thessilus: nec etiā multi qui hodie thessilym aut credētes vnā curā omniū hominū ad instar malorū semel latorū: qui ſm prouerbiū vna forma calcei omnes calceāt. nono terap. cap. decimotertio & quinto custodie sanitatis. capi. xl. ¶ Cōmunis vero practica in talibus vulneribus habet quod restricto sanguine & loco ab apate & dolore securato: lauatur vulnus cū vino calido deinde ipso exsiccato ponitur puluis aut vnguentum carnis regeneratiuum. Post vero lichinij aut plagelle de carpia & emplastrum aliquod aut vnguentū carnis regeneratiuum: de quibus in antidotario dicetur copia. Desuper ponuntur stupate sicce: aut in vino infuse. Et ligatur ligatura medicamina tenēte: & remutatur bis in estate: & semel in hyeme.

¶ De vulnere cum cutis deperditione.

DE QVO in tertio tegni. ait Gal. ꝙ qn̄ repletū fuerit quod est cōcauū equale vlc⁹ existit alterā intentionē afferre accidit. media em̄ noua carne stāte inter labia vlceris vniri qd̄ē ea est impossibile. Intētionē vero curationis aliā inuenire oportet. Et hoc eēt operire cute si esset possibile. Cū igitur generatio cutis sit impossibilis propter ei⁹ duritiē aliquid simile cuti: carnē callosam videlicet faciēdū: erit aūt hm̄oi caro siccata. Siccātib⁹ igit̄ & stipticis sine mordicatione farmacis erit opus ad cicatrisationem. Non similiter sed extēsiue ad tertium gradum. ¶ Sunt igitur in vulnere necessarij tres gradus siccantium scilicet regenerantiū carnē: quorū siccitas: vt dictū est ad primū pertingit gradum. Incarnātium quoqꝫ siccitas etiā vt dictū est ptingit ad ſm & tertiū.

Tertius cicatrisantiū excedit omnes:eo ꝙ nō tm̄ habet desiccare accidentalem humiditatē que influit:sed & naturalem: vt caro fiat callosa ad modum cutis. Et hoc quidem fit per se a stipticis:que vt plurimum frigida sunt & sicca velut sunt galla viridis corticis mali gna fructus spine egyptiace & similia que dicentur infra. Per accidens vero fit a calidis consumptiuis velut sunt calces:alumen:es adustum: scoria eris : vitriolum. & similia non quocūq; modo sed adusta & lauta & bene puluerisata in parua quantitate:& nō in magna.

¶De cicatricibus reparandis.

CICATRICES turpes reparantur: vt dicit Rasis tenues cum dyaquilone:aut cum litargirio nutrito: & grosse & antique cum oleo de balsamo aut ꝙ totum superfluum cum rasorio incidatur:aut cum cauterio remoueatur & postea cum pinguedine galline aut anatis & mastice curetur.

¶De vulnere in quo est caro superflua.

DE QVO dicit Gal.5.terap.ꝙ eius magnitudo preter naturam indicat superabundantie ablationē:a pharmacis autem fit hoc solum & non a natura econuerso inuiscatione & incarnatione. Illorum enim nature & pharmacorum sunt opera. Istius autem soloiū pharmacorum siccantium fortiter veluti sunt omnia genera atramētorum calcantium vitriolum spongia radix affodillorum hermodactilorum stupe minutatim incise albumen vnguētum viride &c.

¶De vulnere contuso:& ab aere alterato doloroso & apostemoso.

IN OMNIBVS autem istis supponitur regimē cōmune de flōia & euacuatione atq; dieta: quia oia ista trahunt materiam ad locum. Etiā & quod corpus non esset plenū:& ꝑparant ipsam ad vlcera maligna. ¶Curatio eorū localis est prohibere consolidatiua & desiccatiua. Et administrare circuncirca & non supra locū prohibentia fluxum de oleo rosa. aut mirtillorū:vel de vnguento facto de bolo oleo & aceto. Supra vero locū oleum apponantur lenitiuum vel lenitiua mollificatiua

& maturatiua. Nam secundum Gal. hoc fuit preceptũ hyppo. vulnera quecunq; a iaculo aut super lapide vel baculo compressa est & abcissa caro hanc medicare vt suppurabilis cito fiat minus etiã inflammat. Et necesse est cõpressas & abscissas alteratas & putrefactas carnes pus facientes liquefacere: deinde nouas generare carnes. ¶ Ex quibus duas habemus intentiones in hmõi vulneribus. ¶ Prima completur cum calidis & humidis maturantibus qualia sunt malue cocte & radices maluauisci; & trifarmacum panis triticeus: & reliqua dicta superius in de apematib⁹ & inferius in antidotario dicendis & cum mundificantibus de farina aqua & oleo & melle; aut cũ mundificatiuo de apio aut cum alijs in antidotario dicẽdis. Et in oĩbus istis concedatur tenta & intingatur cũ melle rosa. aut vnguẽto apłorũ: & supra vnguentum aut empłm mũdificatiuum ponatur stupata sicca; & ligetur ligatura retinente medicamina vsq; ad pfectã mundificationem. ¶ Deinde sequatur secũda intentio & regeneretur caro minuendo & dimittendo tentã & incarnetur & consolidetur. Si vero caro esset multũ dilacerata: & q̄ futura esset vtilis futura laxa retinẽte labia suatur: si etiam vulnus esset alteratum nisi habeat aliam repugnantem dispositionem cum scarpello remouendo eorum labia renouentur & suantur.

QVIA contusio in carne sine vulnere exteriori notabili que dicitur a Gal. in quarto terapen. echachimonia & ab Aui. in primo canoñ. fen. quarta alfac. est qdã spẽs vulneris & solutionis cõtinuitatis ꝓ tanto gratia coniunctionis cũ dicto vulnere dicetur qd de ipsa. ¶ Est enĩ cõtusio separatio & dilaceratio facta profunde in carne musculosa a re contundente ad quã sepissime sequitur dolor & effunditur sanguis plurimus: quare aliquoties apostematur; vt plurimũ tñ resoluitur & parit vestigia & liuores; & quandoq; excoriationes. ¶ Iudicatur quod magna concussio est periculosa: & suspecta ad corruptionem mẽbri: & per cõsequens corporis. ¶ Iudicatur etiam quod cutis separata pendens raro inuiscatur: quare melius est; vt incidatur & exsiccetur cũ medicis

aut dimittatur sine ligatura: quia aer adiuuat ad reparādū eam. vt dicit Aui. ¶ In curatione eius multe sunt intentiones vt ponit Gal. vbi supra. Semꝑ eñ vt dicit in multitudine dispositionum prime intentionis curationū sunt equales in numero. ¶ Prima autē intentio est ꝙ materia fluens euacuando deriuet. quare dicit Auic. quod non est excusatio a flobotomia, imo opifices artis preparāt ad illud: quāuis corpus sit mundū. ¶ Secunda ꝙ dolor sedetur. Et locus prohibeatur cum frigidis et stipticis domesticis: ad quā intētionē Rasis et Lanfrancus acceptant inunctionē cum oleo rosato. & sparsionem desuper pulueris mirtillorū cum mediocri ligatura: vsus tñ cōmunis in principio ponit albumina ouorum cū oleo rosa. ¶ Sed tertia quod post principiū resoluatur: si possibile est, vt quādo materia est subtilis, aut superficialis cū aliquo de resolutiuis dicendis: aut si non est possibile extrahat cū scarpellis, & si adhuc nō est possibile regatur regimine superius dicto exiturarū. ¶ Resolutiuū domesticum fit primū de vino melle & sale. ¶ Secundū fit de farina ordei & calamento & vino. ¶ Tertiū fit de cera & cimino. Quartū fit de floribus camomille melliloti & sticados cimino bullitis in vino. ¶ Quintū cū maluis furfure absinthio: & cimino aut aneto bullitis in vino. ¶ Sextū fit cum farina ordei fenugreci croco cū modico de auripimēto bullitis cū aqua calamēti &c. ¶ Et ad hoc faciūt potiōes ab intus adiuuantes ad carminandum & resoluendū sanguinē mortuum velut sunt bdelliū costus centaurea cum syrupo acetoso: & alia que dicent infra de casu & offensione: ad quod capitulum pro istis est recurrendum.

¶ Quomodo curentur liuores & alia accidētia que sequūtur dicetur in suis locis.

¶ De vulnere morsiuo & venenoso.

DE HVIVSMODI vulneribus succincte trāseo: quia rarissime accidunt. Et quādo accidūt populares absq; chyrurgico: de allijs & cepis & oleo suas faciūt medicinas. si tamē exquisite volueris istā materiā intelligere videatur

Aui. Rasis Rabbi moyses & Henricus qui plenarie de omni veneno tractauerũt. phy sicum enim magis est q̃ chyrurgicum: nisi quantum ad vulnera.

¶ Morsura & punctura est duplex: quedam est nõ venenosa: quedã venenosa. Non venenosa est vel quasi morsura hominis canis porci equi pulicum muscarum & id genus: venenosa est vt canis rabidi lacerti serpẽtis scorpionis apum & similium.

¶ Quorum curationes in aliquibus conueniunt in alijs differunt. Conueniunt autem quod non debent desiccari neq; repercuti: imo attrahi mollificari & mundificari & postea incarnari. Differunt tamen in hoc quod in nõ venenosis sufficiunt domestica attrahentia & maturãtia qualia sunt cepe allia siluestria domestica cocta & pistata: & cum fermento oleo & sale incorporata.

¶ Si autem morsura & pũctura fuerint venenose: quod cognosces per dolorem & mordicationem & mutationem coloris vulneris & per angustiam arsurã & obdormitationem quã sentit in corpore: potes iudicare quod est periculosa: quia venenum per sui naturam semper petit cordis destructionem: & cum hoc quod nõ est securetur morsus a cane rabido: quoniam licet a pricipio non sentiat eius vestigium ſm Gordonium post mensem annũ: imo post septem annos potest apparere. Propterea ydroformicus postq̃ abhorret aquam nunquam curatur.

CVRATIONEM omnium morsurarũ venenosarum ponit Gale. 13. terapẽtice per hec verba. Cum autem a fera pugnante vel mordente dolorem fieri contigerit. Duplex dolorationis intentio est euacuare & extrahere venenum: & alterare quod dolorem operatur. Igitur euacuant omnia que calefaciunt: & que sine calefactione attrahere habent vehementer quemadmodum ventose & cornua cum quibus aliqui operantur: quidam autem per ipsum os suggendo cum labijs attrahunt venenum. Adheret quidem predicte intentioni cauterium: & quecunq; farmaca que similiter cauterijs escaram operantur. Igitur omnia hec quidem

euacuant substantiā totam eius quod contristat. Aliud autem genus auxiliorum alterātium qualitatem per cōtraria inuenitur.

¶ Ex quibus habemus duas intentiones attrahere venenum & sanare particulam.

¶ Propter primam laudatur istud emplastrum. ℞. galbani serapini oppoponacis asse fetide myrrhe piperis sulphuris aña. ℥. ß. calamenti mentastri. añ. ℥. j. stercoris columbini anatis. añ ℥. ij. dissoluantur gumme cū vino & incorporētur omnia cū melle & oleo antiquo & fiat emplastrum. Nonnulli vero ad suggendum cula gallinarum & aliarum auium deplumant & applicant: & si moriuntur habent signum quod venenum est extractū.

¶ Propter ſm in vtraq; laudaẽ istud. ℞. cere picis nigre resine axungie mōtonis olei antiqui añ. quartā. j. galbani. ℥. j. fiat vnguentum: & est magistri Dyni.

¶ De vulnere & fluxu sanguinis venarum & arteriarum. Cap. iij.

QVONIAM igitur de vulneribus quę in carnosis particulis fiunt; plurim' sermo tractatus est, Iam tempus est de his que in arteria & vena pertransire, sequentes doctrinam Gal. v. terapenti.

¶ Si quidē aliqua arteria vel vena percutiatur magna emorrosagia grauis aduenit confestim: dicendum est de vtrisq; in parte prius quidem de emorrosagiis: quia magis infestant; & priori indigent curatione. Secūdo vero de vulnere quod consequenter est curandum. Effundaẽ autem ſm eundem Gal. vbi supra sanguis & tunica eorum diuisa vel ſm finem apertis & crepatis vasis vel vt vtiq; dicat quid exūdans. Et quia pro duobus vltimis vocantur domini physici, agetur hic de primo qui consequitur vulnus qui ad chyrurgicos magis pertinere videtur.

¶ Fluxus enim sanguinis aliquando exit de arteria, aliquoties de vena. Et quandoq; exit de vna: qñq; de pluri

bus. Et quandoq; de grossis: quãdoq; de paruis. Ampli⁹ quandoq; est cum vulnere in quo nõ est deperditio substantie: quandoq; cum illo in quo substãtia est deperdita. Propterea quandoq; est cum corrosione: quãdoq; est absque ipsa. Item quandoque est actu: quandoq; est futurus fieri: quandoq; causa aperiẽs est vt sagitta vel corrosio presens: & non extracta de vulnere. Iste sunt differentie principales a quibus sumuntur indicationes curatiue.

CAVSAE fluxus sanguinis sunt causæ plagatiue & compressiue atq; etiã corrosiue. Plagatiue sunt res acute & incisiue: vt sagitta vel gladius: compressiue seu cõcussiue sunt res dure & graues: vel lapides & masse: corrosiue sunt humores acuti velut cholera & melẽcholia aduste.

¶ Ex quibus apparet, quod non potest vulnerari vena quin vulneretur caro & cutis: quare restricto sanguine oportet in incarnando ab ipsis sumere indicationem vt dicetur.

SIGNA vene & arterie incise est fluxus sanguinis, verum cum exit cum saltu & impetu & pulsu & est subtilis rubicundus, significatur quod exit de arteria. Si autẽ exit quiete & est grossus declinans ad quãdam nigredinem purpuream: significatur ꝙ exit de vena. ¶ Indicatũ per omnes ꝙ omnis emorrosagia est periculosa: quia si non restringitur ducit ad mortem. Sanguis enim thesaurus est vite.

¶ Ampli⁹ sincopis spasmus alienatio atq; singultus in emorrosagijs mala sunt, vt dicit aui. ¶ Magister Arnoldus dicit mirabile ꝙ latidinalis materie arterie sectio promptius consolidat q̃ apertura ſm longum.

INCVRATIONE emorrosagie Ga. ꝑcipit duas intentiones: & Aui. addit tertiam: vt de omnibus trimẽbralis fiat diuisio. ¶ Quod causæ restringentes san. quedam sunt diuertentes: quedam refrenantes: quedã vero locales: & subdiuidunt: quia diuertentes que magis appropriantur fluxui venarũ q̃ arteriarũ: quedã sunt sine euacuatione: vt ille q̃ fiũt cum ventosis siccis ignitis: &

que fiunt cum fricationibus & ligaturis incipientibus a propinquiori parte ad remotam: quedam vero sunt cū euacuatione vt que fiunt cum flo͞ia stricta partis opposite per locum longinquum s͞m lineā rectam vnius dyametri: vt de dextra manu ad sinistrā. & ecōuerso. Et de latere dextro capitis ad pedem dextrum nō ad sinistrū. Et de sinistro latere ad sinistrum pedem. Etenim inquit Gal. hic Hypp. sunt inuentiones communes omnis immoderate euacuatiōis. Deriuatur igitur ad loca propinqua. Antispasatur autem ad opposita.

¶ Causæ vero refrenantes: quedā sunt refrenātes ingrossantes vt lentes risum iuiube citonia: & omnes fructus stiptici: qui in fluxibus consueuerunt administrari: quedam sunt stupefacientes vt aqua frigida potata & proiecta circuncirca: vnde influxit etiā super ea quinto affo rismorum. & omnes res frigide in excessu & aduentus sincopis in quo propter retractionem sanguinis infrigidatur totum corpus restringitur sanguis.

¶ Causæ vero locales licet per Aui. ponantur octo modi locales ad restringendum fluxum sanguinis. Ego mihi reduco eos quātum est de presenti ad quinq;. Quorū primus est per suitionem. Secundus per lichinationem. Tertius per totalem vene incisionem. Quartus per ligationem vene. Quintus per adustionem.

¶ Primus modus qui fit per suitionē cōueniēs vulneribus in quibus nō est deperditio substātie cōplet: q͞p mūdificato bene vulnere a trūbis si qui sunt vniātur cū manibus labia vulneris: & suātur sutura cōi: aut pelliparioꝛū q͞n fluxus est impetuosus. Et suēdo accipiat satis profunde de carne. Deinde supponat puluis cōstrictiuus et restrictiuus: & stupate balneate ī medicamine facto de albumine oui: & puluere illo restrictiuo de quo fiet sermo infra. Et post liget & situetur decēter. ¶ Quod autē iste modus sit vtilis patet: quia per ipsum cōgregātur in idem labia distātia: & infrigidatur locus & stipticatur. sicut volebat Gale. 5. terapentice. & Auicen. in. 4. multoties inquit est necessarium: vt consuas fissuras carnis &c. Et Theodoricus & Henricus hec consentiunt.

Non obstante ꝙ multi dicunt ꝙ Gal. non precipit suere venas neqꝫ intestina: quia tanqꝫ dura & exanguia nõ poterãt consolidari. Certe cum reuerẽtia ipsorũ, Gal. nõ inhibuit: sed si tacuit affirmauit: imo certe textus hoc sentire videtur. Non eñ possumus inquit suere arterie vel vene plagã. sicut vtiqꝫ dicent qui nullam explagatorum mẽbrorũ sub̃a & natura indicationẽ fieri dicunt. Sed tñ supple per regulã oppositorũ sumim⁹ indicationẽ ab eis suem⁹ eas. Et si non eas separate suemus cõiuncte cũ carne ad modũ sissacis: & si non consolidantur ſm primã intentionẽ: consolidantur ſm secundã: vt superius fuit dictum in sermone communi.

¶ Secundus modus qui per lichinationẽ qui est cõueniens vulneribus in quib⁹ est sub̃e deperditio. cõpletur ꝙ locus puluerisetur cũ puluere cõstrictiuo & impleaẽ decenter cũ lichinis & stupatis balneatis cũ medicamine & ligetur & situetur. vt dictum est. Quod autẽ iste modus sit vtilis, testaẽ Gal. in preallegato loco. Obstruetur autem orificium a trũbo & ab eis q̃ extrorsum apponuntur vt sunt vocata testaritia i. lichina & pharmacorum quecunqꝫ amplectuntur.

¶ Tertius modus qui fit per truncationem vene magis est conueniens venis que in profundo carnis sunt: & cõpletur secundum Gal. abscindendo totam venam: reuellitur enim ita ad alterutram partem: alterutrũqꝫ & occultatur & tegitur a superiacentibus carne & cute. Et desuper ponantur pulueres & stupate cum medicaminibus ligetur & situetur.

¶ Quartus modus qui fit per ligationẽ est magis conueniens arterijs que in profundo sunt, & fit secundum Aui. ꝙ excorieẽ arteria: & cũ vncino trahaẽ: & cũ filo serico inuoluatur & ligetur fortiter: deinde medicamen incarnatiuum apponatur: & ligetur & situetur. Vnde Gal. infallacius vero facies laqueum quidem radici vasis circumponens. radicem autem vasis vocat priorem eius partem que epati copulatur: vel corde. horum in collo quidem est ꝙ inferius in manibus vero & cruribus quod superius. hec autem gerendo carnosare ci-

tissime plagam anteq̄ defluat a vase laqueus. nisi enim anticipaueris que supernutritur caro constringere regionem que in circuitu abscisse carnis fiet emborisma. ¶ Quintus qui fit per adustionē magis est cōueniēs venis apertis per corrosionem & cōpletur cum ferro calido aut cū medicina adustiua que cū caliditate habeat stipticitatem velut calcantium & vitriolum vstum & non vstum: non tñ per calcem: quia non habet stipticitatem. excidunt igitur citius huius escare: inherent vero corporibus amplius que ex stipticitantibus. Et stant vt cooperculū quousq̄ vena fuerit incarnata. Non em̄ festinet casus escare. multoties em̄ emorrosagia vix dētib⁹ secuta est in escararū excidētijs. Et propter hoc dicit Aui. q̄ preceperūt vt fiat cauteriū cū igne vel cū ferro vehemēter ignito profunde: ita vt facias escaras grossas & profundas; quarū casus non sit facilis. & propter hoc inter medicinas cauterisantes laudat Theodoric⁹ & bene arsenicū sublimatū: quia incontinenti omnem fluxum restringit; & profundā & durabilem facit escaram. ¶ Est autem alter mod⁹ spālis restringēdi fluxum: qui licet actu nō sit, aptus tñ est fieri qñ extrahit̄ infixū quod iam existit in loco. Et est q̄ p̄parētur pululli seu stupate rotunde tres vel quatuor pforate in medio infuse in medicamine. & faciēdo intrare stipitē sagitte p foramen stupatarū cōprimantur per ministrū supra vulnus circa stipitē sagitte & tunc per magistrū extrahat̄ sagitta. & ipsa extracta vniātur & cōprimātur plumaceoli supra vulnus: & alij nō perforati applicētur. ¶ Isti sunt modi cōstringendi sanguinē a venis & arterijs vulneratis qui in sui artificio requirunt aliqua documenta.

¶ Primum est Gal. in quinto terap. quod in omni fluxu confestim apponatur digitus ad os vene quod in vlcere firmans suauiter & premens indolorose, simul em̄ detinebis san. & trūbum supercoagulabis: plage autem trumbatio & testaritia & coagulatio sunt de restringētibus vt dictum est.

¶ Secundum est quod in omni fluxu post appositionē pulueris restrictiui applicentur tres aut plures stupate

infuse primo in aceto & aqua expresse: deinde cum medicamine linite & superligentur.

¶ Tertium est eiusdem de ligatura. ligetur inquit cum binda de pãno primas quidem immissiones quater vel quinquies stringendo in ipso emorosagiante vulnere: deinde ad circunferentias paulatim relaxando: & ita repellitur materia & constringitur vena vt dicit Auicẽ.

¶ Quartum quod membrum conuenienter situet. Vn̄ de Gal. extra predicta vniuersa emorosagie est auxiliũ apta figura percusse particule: apta vero fit duabus his existens intentionibus. indolorationis: & sursum repositionis. Si vero deorsum repens vel dolorosa facit emorosagias mouebit & flegmones augebit.

¶ Quintum etiam est Gal. ꝙ de tribus aut quatuor diebus non remutetur: & quando remutabitur eleuentur caute binde & stupate & lichinia: & si est necesse: humectentur applicando per aliquas horas de primo medicamine: aut albumine oui cum oleo agitatis: aut made fiant cum vino grosso.

¶ Sextum documentum est quod claudantur oculi patientis: aut stet in loco obscuro: vt non possit videre sanguinem suum neq; inspicere res rubeas: imo semper dicatur sibi quod amplius non fluat quod est ad vtilitatẽ ipsius & ita confortat̃ virtus naturalis per contrariam imaginationẽ. Et propter hoc dicebat Aui. ꝙ grauis accidentiũ animaliũ mouẽtiũ imaginationẽ est modꝰ sanguinis & consecutio eius q preparatus est ad eũ cum multũ intentus fuerit ad considerandũ res rubeas. ¶ Vltimo dicendum est de medicinis constrictiuis. quarum prima est Gal. in quinto terap. & est quod ℞. thuris partem. j. aloes partem semis. misceantur & puluerisentur & cum albumine oui incorporẽtur tanta multitudinẽ vt melleam substantiam habeat: deinde sumat̃ cum leporis pilis mollissimis: & in vase vel vena & vlcere apponatur. Et sequitur: hoc farmaco multiformiter vtor: aliquando quidem vt dictum est miscens in aloes duplicatum thus in mollibus corporibus: aliquãdo ex ambobus equaliter in duris. ¶ Secunda medicina accipitur ex

datis per Aui. & eſt totius communitatis. ℞. boli armeni. ſanguinis dra. aloes ſuccotrini an̄. partes equales fiat puluis: & vt dictum eſt ponatur.

¶Tertia eſt bruni: & eam accepit a libro diuiſionum Raſ. & ab Albuc. quantum ad calcem: ipſa enim ſola reſtringit ſanguinem. vt dicit ℞. calcis viue ſanguinis dra. gipſi aloes thuris vitrioli an̄. partes equales: pulueriſentur & cum albumine oui & tela aranee incorporentur et ſupraponantur. ¶Haliab. autem multum commendat gallam combuſtam in vino vel aceto proiectā tritamq̄ & ſuper arteriam applicatam. ¶Rogerius in iſtis pulueribus conſolidam addit.

¶De cura vulnerum venarum.

RESTRICTIONE ſang. ad curam vulnerum cundum eſt vt ſuperius fuit dictum.

¶Et licet ſecūdum Gal. diſcurabilior ſit arteria ꝗ vena & ſup. ꝗ caro: non tamen permutatus eſt multum vſus armacorum alterutriuſq̄. Sed eſt idem ſecundum ſpeciem in eo quod magis & minus differens: tanto enim indiget ſiccioribus farmacis arteria ꝗ vena: & ſupple vena ꝗ caro: quanto ad naturā ſiccior cōplexione. ¶Si nulla ergo eſt ſubſtantie deperditio tentare oportet id conſolidare cum ſanguinolentis ſeu cōſolidatiuis vocatis farmacis. Si enim fuerit ſubſtantie deperditio facta in plagatione vel ſecundum caſum eſcare in cauterijs: vel quādo laqueatur vtemur omnino farmacis quibus vti methodus nos docuit in concauis vlceribus.

De vulneribus neruorum chordarum & ligamentorum. Cap. iiij.

VVLNERA neruoſarum particularum ſecundum Auicen. in quarto qn̄q̄ ſunt puncture: quandoq̄ ſciſſure: quandoq̄ vero attritiones ſiue cōquaſſationes. ¶Et que puncture: quedam ſunt excecate: quedā aperte.

Que vero sciſſure: quedam ſunt ſm lõgum. quedam ſm transuerſum. Et vtraq; ipſarum: quedã ſunt abſq; deperditione ſubſtãtie carnoſe: quedam cum deperditione tali quod neruus apparet denudatus.

¶ Et oĩno in quibuſdã eſt dolor & apatio occaſio ſpaſmandi: in alijs nõ: imo tranſiuit: ab iſtis enim differẽtijs indicationes ſumuntur curatiue.

CAVSAE omnium iſtorum ſunt oĩa quecũq; apta nata ſunt perforare incidere & ceſſare: vt in ſermone cõmuni fuit dictum.

¶ Ex quibus apparet: ꝙ nõ põt neruus vulnerari: quin caro & cutis vulnerẽtur: & aliquoties vene: ex qbus cõtingit emorroſagia & complicatio diſpoſitionum &c.

SIGNA & indicia. Signum vulnerationis neruorum eſt dolor: & ad hoc adiuuat locus neruoſus leſio motus & ſenſus. ¶ Iudicatur per Gal. in tertio tegni, quod vulnus neruorum & thenãtum chordarum ſunt magna & doloroſa: propter ſenſum particule continuationem ad cerebrum: & per conſequens apoſtemoſa: & ad ſpaſmũ & alienationẽ ſuſpecta: vt dicit Aui. In vulneribus neruorum ſi tumor appareat: & poſt diſpareat: hoc ſignũ eſt ſpaſmandi & alienandi: & ideo laxa bona: cruda vero mala quinto afforiſmorum. ¶ Propterea dicit Gale. in ſexto terap. inciſio nerui ſecundum latitudinem non totalis periculoſior eſt totali: eo quia in non totali nerui non diuiſi portant nocumentum ad cerebrum: diuiſi vero non: licet in totali inciſione vtplurimum membri perdat̃ operatio vt de ſpaſmo ſuperius fuit dictũ. ¶ Amplius memoratur ꝙ frigidum magis eſt vulneribus neruorum mordax q̃; carnoſorum.

CVRATIO. Simillimam autem neruis ſecundum Gal. in ſexto & thenantibus habentes ſpeciem colligationes curam eandem tolerant: differẽtem tamẽ ſm magis & minus ſiccioribus tamẽ & fortiorib⁹ farmacis ĩdiget colligatio precipue q̃ ab oſſe oritur q̃; neruus & thenõ: que vero in muſculis prouenit quãtum impericulo ſior eſt thenãte & neruo tãto alijs colligationibus fallacior ſi non bene curetur.

¶ Curatio neruosarum particularum.

CVRA igitur vulnerum ipsorum easdem intẽtiones habet & quasi eodem modo completur quo & vulnera carnosorum membrorum: nisi quia accidẽs ꝙ est dolor ita superat intentiones communes & vniuersales: quod oportet ea cum quibus complentur durante dolore: ita mediare quod taliter succurratur dolori: quod non obliuiscantur intẽtiones communes & vniuersales superius dictas: que videlicet erãt. Prima remouere extranea. secunda adducere adinuicem labia. tertia in vnum cõseruare: & quarta substãtiam partis custodire. mediatꝰ autẽ modus per ꝙ completur ſm differẽtias iam dictas a simpliciori que est punctura incipiendo &c.

¶ De punctura neruorum.

CVRA puncture non indiget vnitione nec custodia vnitorum. Sed extrahere infixa: si qua sint & custodire substantiam partis. ¶ Quomodo autem extrahãtur infixa iam superius dictum est. Custodia substantie preter quod est remediare dolorem: & prohibere apostemationem que possunt esse causa spasmi: vt superius dictum est. tres vel quatuor habet intentiones. prima est ordinatio vite. secunda subtractio materie antecedentis. vt ratione doloris non currat ad locum. tertia est premunire corpus a nocumento spasmi. Et iste tres intẽtiones sunt communes omnibus vulneribus neruorum: sed quarta que proprie puncture est sedando dolorẽ extrahere eruginem a profundo puncture.

¶ De prima dicit Aui. quod oportet vt sit regimẽ vulnerati in neruis subtile in vltimo subtilitatis: iuxta formã dictam superius de vulnere in sermone communi. Et vltra hoc oportet quod stratus eius sit humidus & mollis: & stet in tranquillitate & quiete: vt dicit Gal.

¶ De secunda ait Gal. in sexto quod oportet absqꝫ superfluitatibus custodire vniuersum corpus cũ flebothomia partis opposite: etiã si non fuerit corpus plectoricũ propter

propter dolorem vt superius sepe fuit allegatum. Et cũ farmacia si corpus fuerit cachochimum.
¶ De tertia fuit dictum superius de spasmo: quod quando superuenit ipsis vulneribus cõsolidetur caput collũ: & dorsum totum cum oleo de lilio: aut oleo cõmuni calido. vt docet Gal. in sexto.
¶ Ad apata appropriat Haliab. & Aui. empl̃m mineralium cum aceto non pultes putrefactiuas: neq̃ aquã calidam que alios consueuit iuuare flegmones: eo quia talia putrefaciunt: & deuastant neruos: & allegat eum in tertio cathagenorum: in nostra tamen assumptione nõ est. Et eius forma est. ℞. calcade. ℥. j. & quartam: dragagãti. viij. ℥. & ß. corticum thuris. ℥. j. & ß. lecardi galbani. ℥. j. cere. ℥. viij. olei tantũdem aceti fortis lib. ij. & quartã. terantur medicine sicce cum aceto decem diebus: & soluantur ea que soluuntur & infundantur & misceantur omnia in olla & moueãtur motu exquisitissimo donec coquantur. Ego tamen eum non assueui. Sed illud Gal. & Aui. probaui bonum: quod fit de farina ordei & fabarum & orobi coctis cũ aqua cineris. Aui. ponit in decoctione mel & acetum.
¶ De quarta q̃ est magis propria puncture cõsulit Gal. in sexto non pauca farmaca que in plaga apponũtur ad effluxionem aperiendam ycoribus. Infallacius tamẽ est adaperire cutem cum rasorio aut cũ tenitemo & melius vt dicit Hẽricus. & post exsiccare. vt dixit Gal. in tertio tegni. cum medicamine leptomero potẽte pertrãsire ad profundũ perforati nerui: quale est vt ipse eligit in sexto oleũ sabinũ nõ rof. nec mirtinũ vt multi: quia claudũt: & nõ dyaforãt calidũ nõ frigidũ. Nã ƒm q̃ dictũ est in quarto afforismorum. frigidum inimicum est neruis.
¶ Ad hanc vero intentionem etiam per ipsummet Gal. vbi supra eligitur. & per Aui. confirmatur terebentina atq̃ resina per se in infantibus mulieribus: & alijs mollẽ carnem habẽtibus. In duris vero cũ pauco euforbio. Et sequitur ꝙ nos iam cõposuimus vnguẽ: ũ ad hãc intẽtionem per ceram resinã & terebẽtinã picẽ & euforbiũ: cere q̃dẽ immittẽtes partẽ. j. terebẽtine & picis alterutrius

partem mediam euforbij partem cere duodecimam & plus: si eum volueris facere fortius. Ita aūt & populeos: & fex mellis per se: & cum euforbio & serapio & opoponaco vsus sui in durioribus corporibus molliēs ea cū oleo & terebentina & sulfur non viuum nec lapidosum propter subtilem partem ipsius sperauimus iuuare neruos plagatos in tanto oleo subtilis partis miscentes vt fiat glutinosum: probatum enim est & hoc experientia. Et hoc etiam Auenzoar expertus est: dicit. De lota calce: quia magis propria est neruis denudatis dicet infra. Supra vero medicamina stupata de suaui lana cū ligatura decente ponatur.

¶ De incisione neruorum.

SCISSVRE neruorum vltra tres intētiones dictas indigent alijs tribus aut quatuor intentionibus specialibus. prima si fuerint sine deperditione substantie: quod cum carne suantur. secunda quod in loco magis depēdēti aliqua tenta suauiter apponatur. tertia quod aliquod medicamen sedatiuum & incarnatiuum proprium neruis superponatur. quarta quod cum stupata de molli lana desuper mediocriter ligetur. ¶ Quod autem sit vtilis talis sutura probatur: eo quia per talem suturam cōgregantur & seruantur in idem labia distātia: & cum hoc custoditur neruus propter coopertura cutis & carnis a frigiditate ipsum dissipante. Et ita vult Aui. dum dicit in quarto. Si autē disrumpatur in latitudine neruus: tūc necessarium est suere ipsum: & si nō: nō conglutinatur. & Guil. de saliceto & Lanfrancus idem testantur: non obstante quod multi dicūt quod Gal. nō precipit suere ipsos: quia nō poterant cōsolidari: & quia pūctura acus erat aduocatiua spasmi certe cū reuerētia Gale. nō inhibuit. Sed si tacuit affirmauit: imo hoc certe videt cōsentire in sexto terap. ca. quinto. dū dicit. Abscisso vero toto neruo periculū quidē nō est aliquod nocita vero particula erit. sanatio vero corporis erit aliud ab alijs vlceribus supple similis. Certū aūt est q alia vlcera suunt: vt seruētur partes approximate. Et hoc etiā designauit: qa in tertio tegni nullā fecit differētiā curatiōis vulnerum

neruorum ab aliis nisi de sola punctura. Necq; in sexto terap. nisi de ipsa & de vulneribus nerui denudati: & de accidente solius incisi totalr & nõ totaliter: & de attritione ipsorum. Et ad hoc facit ꝙ cum tali sutura partes neruose ventris ẜm ipsum cõglutinentur. Nec valet ꝙ dicunt de punctura nerui cũ acu: quia perforata est: & & nõ excecata cum pertrãseat totam substantiam. Nec ꝙ dicũt ꝙ nõ cõsolidant quia si nõ cõsolidãt ẜ3 primã intentionẽ: consolidant tamẽ ẜm secundam vt dictum fuit supra. Et si dicatur quod non perficit: quia ita parũ postq; incisus est neru⁹ quia nõ consolidat: nisi ẜm secũdam intentionẽ que fit per alienã secundã perdit perforationẽ continuã: ita ꝙ spũs non feruntur: & sic perdit motus particule. Dico ꝙ proficit ad duo primo in pueris in quibus consolidant quasi vere. Et si perditur pars operationis nõ perditur tota. In iuuenibus vero etiam & dum magis approximant partes nerui minus interponitur de substantia aliena: & ita aliquis spũs potest elucere & cum hoc mẽbrũ magis decorat. Ego vidi & audiui in multis neruos & thenanton incisos: & eos ita restauratos cũ sutura & aliis auxiliis ꝙ erat postea incredibile ipsos fuisse incisos. ¶ Quod autem debeat poni tenta suauis patet ꝙ aliter posset includi putredo supra: & iuxta neruum & corrumpere. Et hoc intellexit haliab. dũ dixit. Cum aũt vulnus in neruos ceciderit nõ oportebit carnem superinducere .i. incarnare penitus donec multi pertrãseant dies ꝙ ab apostemate & spasmo fuerit securus, hoc tamen Ras. de stricto vulnere solum intellexit.

¶ Medicamen autem conueniens talibus vulneribus est vnguentum de vermibus. quod ℞. centauree minoris: lingue canis lanceolate pilosełle fe. g. consolide maioris & minoris añ. M j. vermium terrestrium lib. ß. olei lib. j. vini lib. j. ß. pistentur simul & nutriantur ita septẽ dies: deinde pistentur cum eis sep. arietis mundati lib. j. picis nigre resine ana. quar. j. armoniaci galbani opoponacis dissolutorũ in aceto añ. ʒ. v. bulliantur modicum quousq; vinum & acetum sint consumpta: &

colentur. Et postq erit quasi infrigidatum addatur terebentine quarta p.thuris masticis sarcocolle.añ ʒ.iij. croci.ʒ.ij.ducendo cum spatula fiat vnguentum.est eñ pretiosum.Consimile ponitur a Rogerio:& addit mil lefollium & a Lanfranco.Nihilominus pse precipit q facta futura per duos dies fomentetur vulnus sutum cũ oleo rof.decoctionis vermium terrestrium: & desuper aspergatur puluis conseruatiuus suturarum. Ego autẽ addo cum illo puluere tantundem de vermibus di= ctis desiccatis & puluerisatis. De vermibus ita scripsit Gal.xj.simplicium farmacorum.Terre igitur intestina siue lũbrici subtiliant ac neruis diuisis apposita mira biliter conferunt. ¶ De centaurea dicitur in alio q ma= gna & difficile consolidabilia vulnera conglutinat & sanat:imo testatur Aui. in secundo quod dicitur: q si ipsa centaurea coquatur cum carne incisa coniungit eã Alemani in plaga:cum glutino vt dicetur statim de of sibus totum membrum sustentabant:vt propter motũ non impediretur consolidatio.

¶ De neruo denudato.

SI AVTEM neru⁹ appareat denudat⁹ nõ opʒ huic neruo predictorũ farmacorum vllum afferre: quecunq per euforbium.& ita acria emplastra fiunt. Non enim ita sustineret virtutem ipsorum sicut per mediã cutem. Optimum tunc est lotam calcem cum oleo plurimo vti.Optimũ etiam est quod per ponfilicon & thuciã lo tam cum oleo rof.liquefactam.Sint eñ ista lauta esta= tis hora multoties cum bona aqua.Quecunq eñ ex me tallis sunt lauare oportet vniuersa debentia siccare im= mordaciter.Bonum etiam est mel mixtum cum optio rondino & terebẽtina resina atq cera:lauare etiã opor tet omnia ista.ex omnibus enim lautis mundantur & absterguntur immordaciter acres & mordaces ycores. ¶ Si vero qui vulneratus est fortis fuerit: & vulnus cũ putrefactione multa:& cũ hoc absq superfluitatibus, tunc possibile est in eo vti aliquibus fortiorum farma= corum.Sicut aliquoties primo ego feci polipodij trocis= cos mittens in syreo quod vinum coctum nuncupatur

apud nos qui in asia tepefaciens in aqua calida tingens in hoc testaritia & lichinia apposui:lauare etiã oportet eius ycores cum lana infusa in puro vino cocto calido, non cum aqua neq; cum oleo:aqua enim putrefacit neruos & oleum cõmaculat eos. Non enim est idem nudo neruo afferre oleum, & per mediam cutem.

¶ Si est autem necessarium mundificare suauius, mundifica cum vnguento facto de vermibus: aut cum aliquo mundificatiuo in quo sint mel & terebentina & farina ordei ac fabarum: aut cum vnguento de resina:aut cum aliquo de dicendis in antidotario. Rolandus cum Rogerio attestatur:quod si capita neruorum incisorum sine tactu carnis cum ferro candẽti tangantur q̃ optime consolidantur;& ita faciunt chirurgici terre nostre.

¶ De attritione & conquassatione neruorum.

QVASSATIO neruorum secũdum Gale. in sexto quãdo simul cum cuti quassata fit vlceratio farmacis indiget intentionem quidem siccandi habentibus cũ quadam constrictione. vt esset a principio oleum rosatum cum albumine ouorum:et post sedato dolore vinũ grossum stipticum. Si autem absq; vulnere cutis fuerit, quassatio fomentetur frequenter cum oleo calido dyaforetico. Propterea testatur Gal. experientia edoctus athletarum in vtroq; casu valere cathaplasma; quod per oximel & farinam fabarum fit.

¶ Si vero dolor aliquis affuerit quassationi de pice liquida miscere oportet;& coquendo bene apponere calida sicut facit Lanfrancus in pedum contusione & contritione manus. Idem facio ego. Quando vero siccius vis facere misce orobinam farinam;& si magis volueris siccare yreos illiricam cordis procuratio cum dieta & purgatione his communis est, vt dicit.

¶ De vulneribus ossium & cartilaginum Cap. v.

LICET secundum Gal. in sexto omnes solutiones continuitatis ossium secundum linguam grecorum fracture vocentur. Nihilo minus habet consuetudo latinorum vocare fracturam solutionem ossis que fit sine incisione de qua dicetur infra.

¶Incisionem autem que fit cum incisione de qua dicitur hic. ¶Est enim vulnus ossis incisio facta in osse cum ense aut aliquo alio incidente seu perforante. Que quãdoq3 est totalis, q̃doq3 partialis. ¶Ex quib9 apparet quod non potest vulnerari nec incidi os, quin incidãtur caro & pticulæ supiacẽtes: quare cõtingũt sepe accidentia de fluxu sanguinis: & dolore q̃ dant indicationem.

SIGNA sunt manifesta. ¶Gal. indicauit in tertio tegni: & sexto terap. quod fractura ossis vel incisio non restauratur secundum primam intentionem: secundũ vero secundam consolidatur & ligatur per porum sarcoydem ligantem partes ossis diuisi: excipit tamen os puerile quod secundũ primã intentionẽ consolidari potest. Causa vero reddita fuit in sermone communi: propterea Hyppo. in septimo afforismorum indicat q in osse denudato herisipilla malum: licet raro accidit fm Gal. in commẽto. ¶Amplius recordare q frigidũ summe nocet ossibus denudatis: propterea secundum Rogerium & Lanfrancum incisio totalis magnorũ ossiũ vt adiutorij coxe & duorum fociliũ insimul taliter q exeat medulla est periculosa & vt plurimũ mortificãs membrum: & cã est; quia in tali magna incisione inciduntur vene & arterie: & nerui magni qui portabant vitam membro. Non obstante Guil. de sali. qui hoc negat propter malum intellectum Aui. in quarto qui dixit. Et quod dicitur de incisione medulle: quod interficit, est intentio cui non est vtilitas: habet enim medulla lenitatem & viscositatem & non inciditur. Auicen. vero hoc intellexit de fractura sine vulnere: quia credo quod medulla non inciditur licet elongari possit ppter viscositatẽ ei9; sed q nõ possit ĩcidi ĩ totali incisiõe

ossis,quis dubitat?Et forte intellexit quod non moritur propter deperditionem medulle:sicut & ego credo. & Albuc.testatur de illo iuuene.30.annorum:quem curauit de perditione ossis cruris cum extractione medulle: maxime quia restaurationem habet:sed quia nõ homo sed membrum posset mori:amputatis vijs per vnde venit vita:non consonat cum hoc quod est dictum in sermone communi:organica em̃ videtur incisio vbi multitudo omiomerorum est incisa:quorum vnitio est impossibilis in tertio tegni.Summe tamen est cauẽdum ne extrahatur aliquid ossis lesi cum violentia:neq̃ subito. Nam quod extrahitur ita non euacuatur quin faciat accidere fistulam & timorem spasmi & permixtionis & fe.vt dixit Aui.in quarto melius autem est extrahenda: aliquantulum dimittere & naturam cum aliquo medicamine attractiuo adiuuare:vt superius de extractione sagittarum fuit dictum:q̃ ea subito cum violentia extrahere.

IN CVRATIONE vulnerum ossis de intentionibus communibus specificãtur quatuor.prima est extraneis infixis & frustulis si sint extractis adducere partes separatas ad inuicẽ.& suere ꝓfunde & firmiter vulnus carnis.secunda eligere cum quibus auxilijs medicabitur.tertia est ligare taliter quod vulnus quãdo erit necesse possit mutari absq̃ quod dissoluat totalis ligatura & firmatura.quarta ꝙ postq̃ securatus fuerit ab apostemate regimen fiat taliter quod porus generetur.

¶ Quomodo cõpletur primũ dictũ est ĩ sermone cõi de sutura.Et ꝙ sutura vulneris carnis sit vtilis in proposito sic probatur.Quia illud quod facit ad appropinquationem disiũctorũ & conseruationẽ adiunctorũ & custodiam substãtie partis est vtile in ꝓposito:vt patet in sexto terap̃.& inferius de fracturis declarabitur magis. sed talis sutura est huiusmodi:quia caro ibi cõiuncta tenet propinquatas partes:& stat loco ligature & assellet & est defensoriũ vt aer nõ alteret os ipsum:in quo multum est aduertẽdũ.ergo &c.Et Gal.videbatur hoc sentire vbi supra,dum dixit ꝙ eorũ farmaça iubet Hyppo.

esse sanguinolēta. Melius autem medicamē vulnerū sanguinolētorum est sutura & ligatura. Aui. autem Halia. & Albuc. per totum de fracturis cum vulnere iam illud preceperūt. Guil. etiam de saliceto & Theodoricus atq; Hēricus idem voluerūt. Nō obstante Lanfranco qui generalem regulam cōstituit quod in vulneribus in qbus ossa sunt vulnerata nūquam caro debet super os per medium cōsolidari: nisi os plenarie prius reparetur. Quomodo em̄ reparabitur os nisi per carnem mediā nescio: nōne nutrimētū a quo fit porus venit a carne: credebat quod nihil nutrit vera nutricatione: nisi veniat a stomacho ad epar: & ad venas dissеminatas per carnem. Et dehinc ad ossa de virtutibus naturalibus p totū. ¶ Carne em̄ dimittēdum est repleri vulnus: & ipsa cum desiccatiuis induranda vt fiat porus & caro desuper calosa nō alia: quia cōcauitas incurabilis remanet: vt dicebat in. 3. tera p̄. c. secūdo. ¶ Secūdum cōpletur quod facta sutura in loco magis depēdēti ponatur tēta vt si quid remanserit extraneum de frustulis aut de sanie si generatur per hinc valeat expurgari. Desuper vero ponat̄ puluis cōseruatiuus suturarum & albumē oui in primis diebus. Et post super incarnatiuum commune de puluere illo cum terebētina insimul incorporato: & deinde de alijs: ſm quod videbitur expedire apponatur: & tētula cum melle ro. in quo sit puluis incarnatiuus cū mirrha: que ſm Auic. cooperit ossa denudata humectetur. Et si os esset detectum cum tali puluere & lichinijs bene carpie cooperiatur: & desuper emplastrum & stupata balneata in vino calido applicetur. ¶ Tertium completur si os est totaliter incisum quod facta sutura totū membrum: vt Raſ. precipit inuoluatur: excepto vulnere cū pāno duplicato in primis diebus infuso ī albumine ouorum & postea in vino calido stiptico: & ligetur cū binda lōga & lata ſm membrum & incipiatur versus finē membri: & voluēdo vsq; prope vulnus faciat eam trās ire per partem oppositam vulneris. Et deinde ascēdēdo versus corpus vertēdo bindam voluēdo reueniat inferius quousq; sit prope vulnus. Et tūc faciat eam trāsire

per partem oppositam supra aliam vt veniat ad locum vbi incepit:& ibidem finem suum cũ suo principio no det:& ita remanebit vulnus discoopertum. Deinde ponãtur due vel tres asselle bene polite & aptate ꝑm membrum cooperte & munite de bono pãno taliter sustinẽdo membrum quod nõ cooperiat vulnus:& ligẽtur cũ bindello. Et hoc nõ dissoluatur quousqꝫ sit curatus:nisi dolor aut pruritus seu apostema compellat. Ad q̃ quomodo succurratur ĩ sermone cõi fuit dictum. Et vulnus ab extra cũ stupatis & bindellis ligetur. & qualibet die remutetur & mũdificetur & exsiccetur:& vt cetera vulnera tractetur. ¶ Nõnulli vero vt supra fuit dictum de neruis in isto casu & in vulneribus neruorum glotonicum:& instrumẽtum mechanicum factum cum duab⁹ astellis & ligno rotũdo in clausura manus & plato ĩ sola pedis ligãdo superius apponũt:& ita prosequũtur curam vt prius. ¶ Quartum quomodo completur dicetur infra:quãdo tractabitur de fractura iussu dei. ¶ De duritie quomodo cõsequitur solutiões & algebras ĩ sexto de artetica & passionibus cõiũcturarum:& in antidotario dicetur.

DOCTRINA II. De speciali cura vulneꝛũ prout insunt membris organicis compositis.

¶ De vulneribus capitis Cap. j.

QVANQVAM Gal. & Aui. de diuersitate cure membrorum organicorum extrinsecorum nõ determinauerint exquisite, nisi de capite & vẽtre: nihilominꝰ quia aliqua diuersitas in alijs particulis ꝑm diuisionem datam superius:saltem inligando suẽdo situãdo & aptãdo instrumenta & modum applicandi medicinas inueniendo:a particulis enim organicis sunt huiusmodi medicationes ꝑm G. in. v. terap. sicut que in siccando a substantia eorũ que in omiomeris. Quatuor enim sunt indicationes que a natura particularum sumũtur vt in doctrina secunda tractatus apostematum fuit dictum pro

tanto gratia iuuenum: pro quibus est huius conscriptio tractabuntur vulnera secundum particulas organicas ex quo sunt tractata in doctrina precedenti secundum omiomeras & consimiles particulas a capite incipiendo &c.

CAPVT QVANDOQVE contingit vulnerari cum incisione: quandoqꝫ cum contusione & vtraqꝫ quandoqꝫ est absqꝫ vulnere & fractura cranei quandoqꝫ cum fractura eiusdem. Et que cum fractura: quedam est penetrans: quedam non penetrans. Et vtraqꝫ quedam parua: quedam vero magna & cum hoc quedam sunt pure: quedam cum accidentibus de dolore & apostemate & panniculorum lesione composite. Iste sunt diuisiones communes vulneribus capitis. Speciales vero tales sunt vulnera cum incisione cranei penetrantia: quedam sunt sine deperditione substantie; quedam vero cum perditione eiusdem. Et vtraqꝫ istorum quedam sunt plana & equalia quedam aspera & squammosa. Et vtraqꝫ etiam istorum: quedam sunt in summitate capitis: quedam in lateribus. Etiam vulnus cum contusione & fractura cranei penetrantia: quedam est parua talis quod non facit compressionem neqꝫ compunctionem supra cerebrum: quedam vero est ita magna quod compressionem & punctionem facit in ipso.

¶ Iste sunt differentie proprie vulneribus capitis a quibus sumuntur indicationes curatiue que sunt assumpte ex dictis Pauli sexto lib. suo de fractura cranei. G. autem non fecit mentionem nisi de illis in quibus erat maior diuersitas. s. de simplici fractura magna. In summitate capitis & in lateribus facta penetrante: & non penetrante: de paruis autem fracturis non curauit: quia solum erant forma & sedes eorum que percusserunt. Et cum hoc determinauit de magnis contusionibus: vt videbitur infra. Albucr. vero vltra illas addit vnam in qua facit ingredi laminam ossis ad interiora: & fit in loco concauitas: sicut accidit caldarijs eris quando occurrit eris percussio quod plurimum fit in capitis

bus puerorum. Nonnulli vero ex dicto Aui. in quarto volunt dicere quod est alia que non est fractura in parte in qua percutitur: sed in opposita que diuisio est reprobata in sexto chirurgie Pauli Auic. non videtur curasse nisi de vulneribus carnis cum incisione & contusione: & de fractura etiam cum incisione & contusione cum vulnere carnis & sine ipso: quia per diuisiones communium fracturarum intellexit differentias dictas.

CAVSAE VVLNERVM capitis sunt que aliorum vulnerum dicte superius in sermone communi.

SIGNA ET INDICIA fracturarum capitis est intelligendum quod quedam significant fracturam cranei: quedam incisionem cerebri & panniculorum eius: quedam apostemationem quedam lesionem causa tam ex materia descendente & grauante cerebrum & panniculos eius.

SIGNA fracturæ cranei sumuntur a multis.

¶ Primo sumuntur a cõsideratione cause frangẽtis: vt quia cecidit ab alto: aut fuit percussus cum re forti.

¶ Secundo a consideratione quantitatis lesionis quia magna contusio: aut magnum vulnus.

¶ Tertio a qualitate loci quia dolet & sepe ducit manum ad locum & cum digitis & probis percipitur tenuitas in cute & separatio ab osse: & quando sufflat: aut anhelitũ retinet videbitur humilitas pullulari per fissuram.

¶ Quarto ab accidentibus que occurrunt in hora: vt apoplexia scotomia destructio vocis vomitus &c.

¶ Quinto a consideratione soni: quia rauce sonat: dum eius caput percutitur cum virga.

¶ Sexto a cõsideratione stridoris dentium: strident eñ dum percutitur filum quem tenent cum dẽtibus & dũ conãtur frangere nodum palee: aut rem durã leduntur.

¶ Septimo a consideratione encaustri & linimenti masticis super fissuram quia remanet nigredo in fissura & siccitas in linimento supra locum fissure: & hoc est signum certum.

SIGNA INCISIONIS panniculorum etiam a multis sumuntur.

¶ Primo a dolore: quia statim a principio sequit̃ scotomia & verti go & similia.

¶ Secundo a colore faciei & oculorũ: quia facies rubet & pustulatur oculi rubẽt eminent & obscurãtur &c.

¶ Tertio ab exeuntibus: quia sanguis exit per nares aures & palatum. ¶ Quarto a lesione virtutũ. quia cũ difficultate mouetur loquela turbatur angustiatur est totus prostratus & stupidus febricitat riget male dormit nihil appetit nauseat & euomit male assellat & vrinat.

¶ Signa incisionis cerebri.

SVMVNTVR a multis. Primo ab exeuntibus quia exit substantia grossa globosa & medullaris non saniosa. ¶ Secundo a lesione virtutũ: quia perditur ratio si vulnus est in anterioribus partibus capitis memoria in posterioribus: & cum predictis accidẽtibus adest stupor & desipientia maior.

¶ Signa apostematis superuenientis.

ETIAM A MVLTIS sumuntur. ¶ Primo a tumore: quia inflantur panniculi & eminẽt extra vulnus & rubẽt & non mouẽtur. ¶ Secundo ab oculis: quia rubent & inflãmantur & a capite egredi vidẽtur mobilitantur & obliquantur. ¶ Tertio a calore: quia febriũt & inquietantur. ¶ Quarto a virtutibus: quia alienãtur & spasmantur & febricitant & freneticant. ¶ Signa ꝙ materia que descendit infra ledit & grauat panniculos & cerebrum.

SVNT PREDICTA signa incisionis panniculorum venientia paulatiue post principium.

INDICIA, fractura cranei est periculosa apud oẽs. Preterea incisio cerebri & pãniculorum eius corruptio ac lesio est mortalis: ꝑm Hypp. nisi fuerit parua. Exponitur Gal. vt supra de indicijs in vulnerib9 fuit dictũ. Et

ideo accide͂tia mala vt febris acuta tremor spasm⁹ alienatio sincopis abscissio vocis egressio tenebrositas & rubedo ac strabositas oculoru͂ sunt timorosa et mortalia precipue si maneant & non remitta͂tur. ¶ Amplius dicit Aui. in tertio de plaga et incisione capitis & in vulneribus peruenientib⁹ ad pa͂niculu͂ cerebri accidit laxitas in latere vulneris & spasm⁹ iu opposito & ꝓpter illud vult dicere Guill. de sal. quod qua͂do fit vuln⁹ in dextra paraliticatur sinistra et econuerso. quia nerui qui veniu͂t ad partem dexteram sunt radicaliter in sinistra & econuerso vt dicit. Considera si litera dicit hoc, & super hoc consule secu͂du͂ de egritudine & sintomate. ¶ Preterea in fractura capitis pericula & accidentia mala ꝫm Rog. expectant̄ vsq͂ ad ce͂tu͂ dies: & ꝫ legistas & iudices ad 46. quia talis est vltim⁹ termin⁹ acutaru͂. Et ꝫm quatuor magistros ad 15. qui est co͂is termin⁹ acutaru͂. ¶ Preterea denigratio dure matris que no͂ mundificatur cum melle significat mort͂e, inquit Paulus. ¶ Preterea fractura cranei in plenilunio est vere͂da vt dicit Rogerius. ¶ Preterea in solidatione cranei apparitio carnis rubee bonum. ¶ Amplius in vulnerib⁹ capitis tumor paruus & saniei bona digestio bonu͂. Tumor vero magnus & precipue si cito euanuerit sine causa rationabili malum. Item in fractura cranei expectatur porus debilis & rarus ad. 35. dies.

CVRATIO. Circa curandi modum est intelligendu͂ quod multitudo discordantium cura ipsum ostendit iudicium curationis ipsius difficile.

¶ Nam Gal. Paulus haliac. Aui. Albu. Rogerius Iame. Brunus & Guil. de sali. videntur aut saltem eis imponit̄ indifferenter procedere in omnibus fracturis capitis discooperiendo ruginando trapanando & ossa cum ı͂strumentis ferreis euellendo fundantes se, vt dicunt super illo co͂muni quod necesse est detegere & incidere os vt virulentia que infra craneum coadunatur co͂uenienter possit mundificari & desiccari.

¶ Alij vt magister Anselm⁹ de ianua: & aliq͂ Paduanis & fere omnes gallici & anglici procedunt incarnando

& consolidando cum suis emplastris & potionibus & bono vino & ligatura fundantes se super illo communi, quod si possumus saniem sine ossium expulsione expellere: melius est quod facere possumus cum medicinis precipue: quia secundum modum illum non generatur sanies: sicut secundum modum aliorum imo inhibetur: & si generatur conuenienter cum illis mundificatur & desiccatur.

¶ Nonnulli vero vt Theodoricus Henricus & Lanfrancus qui inter ceteros melius dicit nitũtur tenere viã mediam: sed differenter. Nam Theodoricus incarnat recens cum potione & vino cum stupis. Et Henricus sine positione cum suo empl°. Et ambo antiquas fracturas: postquam transeunt quatuor vel quinq; dies trapanant & eleuant: vt antiqui. Lanfrancus vero in omnibus procedit incarnando cum lichinijs tinctis in partes duas olei rosa. & vna mellis & supra mundificatiuum de farina ordei & melle aut de cera & resina cum puluere capitali exceptis duobus casibus in quibus ꝑcedit ruginando aperiendo trapanando: & ossa eleuando.

¶ Primus casus est quando os premit. Secundus quando pungit. & fundant se cum fundamentis duarum viarum addendo quod in operatione instrumentorum possunt sequi multa pericula. propter alterationem quam facit aer & dolorem quem facit operatio: & apostema quod procurat vtrumq;.

¶ Ego autem videns istam discordiam impositam magistris reddebam me dum eram iuuenis anxium.

¶ Postea vero consideraui opera & accusationes: & nouas experientias inuenientes discordes suspectos habui.

¶ Quod autem ex dicto duorum vel trium omittatur totaliter sententia bonorum malum est. Scriptum eñ est in primo de alimentis. Iniustum est vni pre alijs credere sine demonstratione.

¶ Et Haliab. in secundo sermone partis secũde libri dispositiõis regalis. tutius est vti inuẽtis q̃ vti nouis expe

rimentis. ¶ In experiendo em̃ medicamina corporibus hominum periculum imminet animarum: & in periculis communior & probabilior via est tenẽda. Et ꝑpter hoc auxiliante rerum omnium opifice non discedẽdo a via Gal. quia illa fuit diuini Hypp. vt ipse in sexto tera. testificatur dicens. quod in his vulneribus que in capite sunt, scriptus est liber integer ab Hyp. docẽs omnia que oportet gerere in his. Et nos cum hoc compleuerimus ipsum commentabimur. Nec etiam discedam a via Halab. & Pauli atq; Aui. imo eos interpretando cõcordabo dicta ipsorum toto posse cum hoc quod euidẽter apparet. Tales enim debent esse demonstrationes medicorũ: vt superi⁹ in cap͡lo executiuo fuit allegatũ. Noscoq; a ꝓlõgare verba existimabor. sed necessariũ est ꝙ vbi maius imminet periculum cautius & longius sit agẽdum.

¶ Et vt non oporteat in cura cuiuslibet differẽtie communia resumere premitto nouem documẽta huic curationi multum necessaria.

QVORVM primũ per viã notabilis est ꝙ vulnus capitis maxime cũ fractura ossis multas specialitates & differẽtias habet a vulneribus aliorũ mẽbrorũ tũ ꝑpter propinquitatẽ & nobilitatẽ medulle cerebralis: tũ etiã quia propter eius formam sphericam non potest vniri: neq; seruari cum ligatura vt alia membra.

¶ Secundum est quod vulneribus capitis precipue notabilibus oportet vt seruentur intentiones communes dicte superius in sermone cõi de flebothomia & purgatiõe & vẽtre saltẽ ꝙ semel in die assellet ꝑ se: aut cũ suppositorio: aut clisteri: aut cũ aliquo lenitiuo. De dieta ꝙ sit magis tenuis. De extractiõe infixorũ minus molesta. De fluxu sãguĩs ꝙ restrĩgat. Et de accñtiũ correctiõe & ꝓseruatiõe vt dictũ fuit & dicet. ¶ Tertiũ est ꝙ ĩ vulneribus capitis añ oĩa remoueanť crines & radať caput illud humectãdo cũ aqua & oleo vt dicit Guil. taliter cauẽdo ꝙ pilus aqua & oleũ in vulnere nõ ingrediant: nã cõsolidationẽ impedirent: vt superius fuit dictũ. Et ꝙ in principio materia & dolor refrenentur supra & infra vulnus ponẽdo albumẽ oui, & post principium cetera

fiant:vt in proprijs locis dicetur. Ad mundificādum & incarnandum. Et in circunferentijs semper inūgatur cū vnguēto de bolo:aut cum oleo ro.vt dolor & discrasia sedentur & apostematio prohibeatur.
¶ Quartum quod caueatur a frigore:quia vt sepe audiuisti a Hyp. frigidum inimicum est neruis ossibus & medullis:& cum hoc aer offendit & alterat principalia membra. Et ideo consulebat Guil. quod in hyeme quādo preparabūtur ponantur carbones incēsi iuxta ipsos & clausis fenestris habeatur lumē cādele & ꝙ post ligationem cooperiatur caput cum coffia de pelle arietina.
¶ Quintū ꝙ si in eis est facta sanies remutētur in die semel in hyeme:bis vero in estate:& ꝙ remutatio & mundificatio cum cotone carpia atq; pānis mollibus suauiter & indolorose fiat. ¶ Sextū ꝙ desuper lichinia frustū suauis spongie apponatur:vt per ipsum suggatur & recipiatur sanies quo ad cerebrum non descendat.
¶ Septimum quod ligatura couenies adaptetur ligature capitis vt quādo vulnus incarnare volumus ligatura duorum capitum fiat que saltem est semi incarnatiua & sic quod habeatur binda plus vnius brachij lōga lata quatuor digitorum & voluatur tota preterq; duo palmi cum quibus incipiatur ſm frontis longitudinem trahēdo versus aurem oppositam vulneris & aliam partē volutam versus aurem vulneris:aures tñ nō cooperiēdo ducendo eam vsq; ad caput aliud binde:& ibi iuxta aurem circūuoluatur stringēdo:& caput palmorum ducāt versus inferius:caput volutum ducatur superius versus caput reducēdo ipsum per partem posteriorem capitis versus caput palmorum:& iterum prius eam cum illa circūuoluēdo & reducēdo super caput. Et toties illud fiat quod totum sit coopertum & bene ligatum. Deinde ligāt Bonoñ. duo capita sub mētone. Parisiē. ea sunt in medio frontis.
¶ Si aūt vellemus solum tenere medicinam faceremus ligaturam capitum multorum que fit in capite per hunc modum. habeatur magna petia linteoli lōga trium palmorum lata duorum & incidatur in quolibet latere ad latitudinem

latitudinem trium digitorum vsq; non remaneat nisi vnus palmus in medio. Et tunc vnum de illis capitibus cum alio stringẽdo ſm capitis circuitum ligetur retro: aliud vero cum alio trãſeũdo per collum ligetur a parte anteriori sub mentone.

¶ Octauum documentum est ꝙ ad cautelam: si aliqua squamma ossis remansit cum vino administretur audacter: si nõ fuerit febris ille puluis capitalis de pimpinella bethonica gariofilata valeriana osmũda: & quãtum de omnibus tantum de pilosella.

¶ Nonum ꝙ situetur & iaceat vulneratus in principio super partẽ in qua minus grauabitur: post vero si facit saniẽ super locũ vulneratũ vt sanies possit melius excolari. Et his premissis documentis communibus veniẽdũ est ad curam secundum differentias.

¶ De vulnere capitis facto per incisionem absq; cranei fractura.

SI EST SIMPLEX absq; deperditione substantie suatur & ligetur: & vt alia vulnera curetur & incarnetur. Si autem fuerit cum deperditione substantie regeneretur caro & cutis cicatrisetur cũ suis lichiniis & propriis pulueribꝰ vnguẽtis & emplastris: & vt cetera vulnera tractetur.

¶ Quod autem sutura sit vtilis nõ solum in talibus simplicibus vulneribus capitis: sed in multis aliis nõ paruis intellige sed magnis, probaẽ ita: quia illud est vtile multis vulneribus capitis quod facit permanere partes distãtes approximatas in idem. Et cũ hoc prohibet aeris alterationem que est multũ nociua: sed sutura est huiusmodi in tertio tegni. & terap. per totũ. ergo &c. Et ista fuit intẽtio Aui. in quarto dicẽtis. In fissuris vero in quibus nõ est nisi scissura si est plurima suaẽ. Et quod est fortius loquiẽ qñ est cranei fractura: vt patet per ꝓcessum capituli. Et notãter dicit si ẽ necessariũ: qa si talis fissura esset in summitate capitis nõ sueref: sed in lateribus bene suereẽ: vt diceẽ infra. Et hãc talẽ suturã cõcedit Guil. de sali

ceto Lanfrancus & Henricus:& intantum Hēricus cō cessit ꝙ sibi fuit visum ꝙ Theodoricus eā concesserat ꝗ cōtra Aui.vna cū appositione olei ros.penitus negauit. Et male.nam multoties Aui.& Paulus cōcesserūt & iubent infundere vulnus capitis cū oleo ro.ad sedandum dolorem qn̄ vulnera pertingūt vsqꝫ ad pelliculā neruosam cooperiētem carnē.Et ad mollificandum ossa adherētia vt leuius extrahant.Et ad reprimēdum acuitatem qn̄ volumus pāniculos interiores mūdificare cū melle. Nec ratio eorū valet quātum ad futurā:quia ligatura incarnatiua in capite est multū defectiua:vt dicetur.Nec quātum ad oleū ros.quia licet vnctuosum maculet vulnera simplicia:nihilominus cōposita cū dolore & alijs dispositionibus indicātibus oleū rectificat & emendat. Medicare em̄ semꝑ iubet Gal.indicatiōes aduersantes.

¶De vulnere capitis facto per incisionem cū cranei fractura non penetrante.

VVLNVS TALE aut est magnū aut paruum:si paruū quidē rimulā vocauerūt multi.eodē modo curatꝰ sicut precedens sine fractura cranei:quia in tali vulnere pauca generatꝰ sanies.Et ꝓpter eius grossitudinē ꝑ talē paruam fissurā descendere non pōt.¶Si vero fuerit magnum aut est in lateribus capitis:aut in superiori parte: si fuerit in lateribus:eadē etiam cura curatur vt primum simplex:nisi ꝙ in inferiori parte ponitur tenta:vt si aliqua materiā retinebatur in illa fissura per foramen tēte valeat expurgari.Si in superiori parte nō suatur sed fiet ibi cura.Gal.in.6.terap.dicit. Simplices igitur rupture vsqꝫ ad disploam.i.medium duarum tabularum cranei peruenientes dictorum rasorum.s.ruginorum strictorū indigent:esse aūt eos oportet multos quidē quantitate: non equales aūt magnitudine:vt nō careat vltio opus: deinde denudato ſm cōsuetudinē patiente osse vti primo quidē ampliori.secūdo vero post ipsum strictiori.Et deinde ita cōsequēter alijs vsqꝫ ad strictissimum:hoc autem vtendum in ipsa disploi.Deinde si dolor aliud non requirit curare siccis pharmacis confestim & vsqꝫ in finē.que vtiqꝫ vocatur cephalia de quibus in fine capituli

fiet sermo cũ suis lichiniis & exsiccatoriis: & aliis auxiliis opportunis. Quare aũt istud vulnus nõ suitur: quia existens in medio capitis nõ est potẽs expurgari per se. Et nisi imbiberetur sanies & cũ lichiniis & aliis auxiliis desiccaretur posset retineri aliqua materia in medio tabularum: & ibi putrefieri & putredinẽ in ossibus generare.

¶ De vulnere facto cum incisione cum fractura cranei: sine deperditione substantie vsq; ad interiorem superficiem penetrante.

TALE VVLNVS aut habet squirlas: aut non. sed est planum & equale. Si squirlas q̃ possent pũgere duram matrem squirlis & aspiratibus planatis & equatis cum lenticulari: & aliis instrumentis eodem modo curatur vt immediate fuit dictũ. Et hoc est quod dicebat cõsequẽter Gal. in eis vero q̃ vsq; ad miringã perueniunt siquidem fuerit sola ruptura & scissura. Et nõ cassatura predictis rasoriis vtendũ. Et hoc quantũ ad illa q̃ sunt in bregmate. i. in superiori parte. In illis vero que sunt in latere non multũ curauit de instrumẽtis. nisi q̃ suerentur & cũ tentis mundificarentur. Et hoc in fine capituli narrauit in duob⁹ exemplis. Vidi deniq; bregmatis quidem os fractũ: quod vero est deinceps os vocatum temporis vbi squamiformes immissiones esse accidit vsq; ad multum maximam habens scissuram quã nos omnino non tangentes: sed solum abscindentes ea que bregmatis curauimus hominem vt adhuc viuat ab annis multis. Si vero his qui bregmatis reliquerimus ita putrefieret vtiq; cito supposita erat mirinx anteq̃ porosaretur fractura. Gal. dat causam vtriusq; cure. Nã si nullus ex patientibus ycorinthus fieret superfluum esset abscindere os modo: quia ĩ tẽpore quod est in latere ex patientibus ycor non descendebat: & si descendebat in loco habili erat ad expurgandũ: ꝓpter hoc non erat necessariũ cũ instrumẽtis abscindere. Sed in bregmate quia nõ erat in loco habili ad expurgãdũ ycores: imo poti⁹ ad retinẽdũ ꝓ tãto fuit necessariũ ãpliare & cum

lichinijs & alijs auxilijs opportunis ycorem prohibere & generatum extrahere & desiccare.

¶ In alio vero exemplo eodem modo fecit: quia dubitabat ꝙ moueret cerebrum propter duritiem ossis temporis: & perforamẽ: si ipsum faceret exiret cerebrum. Et cum hoc quia per latera exeunt multe explantationes neruorum nobilium.

¶ De vulnere cum contusione & parua fractura ossis.

SI HVIVSMODI fractura est cum squirlis pungentibus cum lenticulari & alijs instrumẽtis applanabuntur & postea supposita prima remutatiõe in documentis superius dicta petia panni delicati: aut sindonis mollis infusa in melle & oleo ro. desup apponat ipsam aliqualiter cũ cauda probe inter os & duram matrẽ imponendo vt defendat ꝙ suo motu panniculi non ledantur in osse. Et desuper lichinia delicata infusa saltim primo cum eadem mixtura. Et supra ipsam & ipsum os petiam panni etiam infusam: vt inhibeat quod sanies inferius non descendat. Antiqui tamen ponebant petiam vnius ciphi & erat truffa. quia assistentes qui non erant in secunda remutatione credebant quod ibidem loco ossis deperditi remaneret: & desuper in vulnere carnis ponantur alij lichinij sicci vel petia spongie vt imbibat saniem. Et desuper emplastrum capitale perforatiuum vt non includat saniem & vltimo stupatas balneatas in vino calido & expressas: & vnam non infusam: & ligetur ita delicate quod ligatura retineat, & non comprimat. Et quãdo erit bene mundificatum remoueatur pannus primus: & ponatur puluis capitalis: & continuetur ad incarnandum & vltimo quando erit incarnatum puluere cicatrisatiuo claudatur & consolidetur: & in ista operatione satis laudo Henricum.

¶ De vulnere cum contusione absq; fractura cranei.

EST CONSILIVM Aui. quod materia refrenetur a principio cum cõi remutatione de albumine oui. Et si vis addere oleum ro. quia mitigatiuum bonũ est. Post vero resoluatur materia cum vino salito: & melle

aut cum aliquo ex dictis in capitulo de contusione in sermone communi. Et si fiat sanies maturetur & aperiatur: vt alie exiture.

¶ De vulnere cū contusione & parua fractura.

EST CONSILIVM Gal. ꝙ si fractura est parua ꝙ curetur vt prefata contusio: eo quia Gal. non faciē do mentionē de differentia: quā vocauit solū sedē ecrū que percusserunt: tacendo etiā de cura voluit affirmare quod curaretur vt alia. Tota cura stat ꝙ taliter resoluatur vt saniē saltim notabilē nō faciat. ¶ Aui. vero in iij. cā. de soda a percussione & regimine eius cui accidit commotio cerebri dicit ꝙ oportet vt sit tota tua intentio in hoc casu vt dolorē sedes quātum potes: & elonges materiā a loco leso vt nō apostemet. Et hoc cū euacuatione & attractione ad cōtrariū cū flebothomia & clisteribus acutis & pillulis cochijs: etiā emplētur locus in principio cū eo quod cōfortat: sicut sunt empla que fiunt ex aqua mirti & salicis virge pastoris vel ex oleis myrtino & liliaceo & rosaceo. Et ex pul. ro. balaustiarū cipressi calami aromatici lentium camomille mellilotí boli armeni aluminis mirrhe olibani atq; citonijs confectis cū vino. Et dare in potu stichados cū aqua aut melle. Ipsi enī cū eo liberantur. vt dicit. ¶ Et cū egredietur propter pcussionē sanguinis ex cerebro oportet vt patientē potes cū cerebellis gallinarū assatis cū aqua granatorū. Et Theodoricus ad hoc facit emplm cū baccis lauri cimino aniso sale mastice thure atq; cribratura furfuris coctis cū vino quod mihi placet in fine. Et in ista fractura potiones possunt administrari cōueniētes: quia tanq̄ per se parue aut cū modico auxilio adiuta natura potes eas rectificare.

¶ De contusione cum fractura magna.

SI FRACTVRA est magna necessario est eundū ad chirurgiā & dilationē fracturarum: quod probauit Gal. in. vj. & Aui. in. iiij. per tres rationes. ¶ Illud opꝫ fieri per aperturam: quod non potest fieri per ligaturā. Sed prohibitio apostematis & descensus materiei que

est principalis intentio in omnibus fracturis conquassatus non potest fieri in capite per ligaturam: quia ineptum est propter formã vt ibidem deducitur. ergo &c.

¶ Preterea quod minus videtur inesse & inest & id ꝙ magis sed minus videtur ꝙ in brachiis: & in aliis ossib⁹ esset necessarium aperire & extrahere ycores ꝙ in capite: & tñ est necesse aliquoties: ergo plus est in capite necessarium propter cerebrũ.

¶ Amplius si esset aliqua excusatio hoc esset per medicinas. Sed ille nõ valent sine ligatura: vt dicit: & est verbum notabile. Necessariũ est ergo in magnis contusionibus denudare & dilatare aliquam partẽ fracture: vt possimus abstergere & leuare a miringa ycores. Nõ audiantur ergo verba illorum Theodoricorum & Ianuẽsium qui se iactant omnẽ fracturã capitis cum suis pigmentis & potionib⁹ absqꝫ chyrurgia & eleuatione ossium curare: quia licet de paruis est possibile vt dixi: de magnis tñ nunqꝫ vidi: neqꝫ ratio Conciliatoris valet ꝙ fortes medicine eleuare & extrahere pñt a profundo. Nam tales suspecte sunt. propter eñ nimiã fortitudinẽ specialiter in dispositis: quod vt plurimũ sunt corpora nostra vt supra quartum Aui. dicit Dinus: possunt adducere apostema. Nec illa Henrici ꝙ ipsi possunt curare omnia vulnera absqꝫ notabili sanie: quia in magnis contusionibus saniem notabilem oportet aduenire tecap. 4. Neqꝫ quod allegant de natura potenti: hic eñ de parua intelligitur materia: quia in magna oportet contra aperire. vt in empimate sub quarta costa: sicut infra dicetur: & magis miror quando dicunt ꝙ vltra quartã diem non valet potio eorum credebam quod plus valeret post, eo quia vulnus de fluxu & dolore & apostemate est curatũ. Neqꝫ dicũt qd esset faciẽdũ: si potio nõ valeret credo quod faceret vt de malo nauta dicit. 5. tera. qui propter negligẽtiã pdens nauẽ: deinde dãs tabulam cuilibet nauigatorũ vt p eã si possit adipiscat salutem.

¶ Necessario igit eũdum est ad chyrurgiã cranei fracturarũ quã Gal. sub quodã epilogo 1. 6. ter. sic põit. Si vero cum cassatione aliqua sup. magna fuerit abscindere opꝫ

quod conquassatum est vel per terebella in circuitu pri mo perforando: deinde ita vtēdo abscissorijs vel per tor tellos mox a principio. ¶ Verum quia breues sermones in practicis nō sufficiunt commētando epilogū Gal. fa ciam duo. ¶ Primo premittā octo documenta valde ne cessaria ad operationē istam: deinde ponā operationem concordatam per Gal. Haliab. Paulum & Aui.

¶ Primum documentum est ꝙ non exerceatur operatio in eo in quo virtus est debilis: quia ſm Gal. 2. afforismo rum vbi est indigentia non oportet laborare.

¶ Secundum ꝙ ante omnia premittatur & protestetur de periculo vt homo euitet sermones stolidorū in quar to cañ. Aui.

¶ Tertium vt in operatione fugiat commissuras ꝗ̄tum poterit timendum enim esset de casu & lesione dure ma tricis: vt in anathomia fuit dictum.

¶ Quartum ꝙ caueat de plenilunio: quia in eo cerebrū augmentatur: & ad craneum appropinquatur in tertio de creticis diebus.

¶ Quintū ꝙ dilatatio fiat magis in loco decliuiori: quia talis est aptior ad expurgandum. terapen. 13.

¶ Sextum ꝙ in dilatando nō cōsequatur finis fissurarū. sufficit enim ſm G. auferre tantum de osse quod sanies possit expurgari.

¶ Septimū ꝙ si os quod debet extrahi repugnat extra ctioni: cum oleo rof. infundatur ad hoc: vt taliter mūdi ficetur quod indolorose extrahatur.

¶ Octauū ꝙ citius ꝗ̄ poterit expedias te de operatione maxime in cōpressione & pūctione pāniculorū: quia ad ista citissime cōsequunt̄ apā & accidētia mala: neqꝫ ī de scēsu materiei de superius speres alias expectes in estate diē septimā. Neqꝫ ī hyeme quartā: quia post suspicat̄ in pāniculis eē facta talis īpressio quod opatio nō valeret.

¶ Consequenter operationē cōcordatam per Aui. inue nio in quarto qualiter inquit fit curatio nos dicemus in hoc illud quod dixerūt primi. Inquiūt oportet vt radat̄ in primis caput vulneratū. Et fiāt in eo due fissure secā tes se ſm figurā crucis; aut ſm figuram cifre de. 7. vt dicit

Lanfrācus:& oportet ꝙ vna earum sit sectio percussio nis deinde oportet vt excorietur anguli & discooperia tur os totum quassatum in quo debet fieri concauatio. Quod si accidit inde fluxus sanguinis oportet vt imple= atur vulnus cū pānis infusis in aqua & aceto: aut cū al= bumine oui. Et si non accidit fluxus impleat̄ pāno sicco tenui: deinde pone super ipsum puluillos ī vino & oleo infusos: & administra ligamentum quod conuenit ad il lud: ita vt cum fuerit mane si non acciderit aliquod ex accidentibus malis tunc incipias cauare os fractum. Et illud est: quoniam oportet vt tu facias sedere infirmum ſm quod conuenit: deinde oppila aures eius cum lana: aut cum cotone vt non ledatur ex voce percussionis: & solue ligamentum vulneris: & aufer pannum ex eo: & absterge ipsum. Deinde precipe duobus ministris vt te neant cum pānis subtilibus angulos excoriatos: vt si pū gantur cum filo poterit hoc facere vnus: & tūc si os fue rit debile; & parum se teneat: separa ipsum cum inciso= rijs & lenticulari: & si est necesse percutere cū malleo: fiat cū facilitate. Si autem os fuerit forte oportet vt per= foretur cum trapanis foraminibus multis vnum prope aliud ad q̄titatem taste ſm quod volueris expellere de osse. postea cum incisorijs separa cum vno foramine ad aliud foramē quousq̄ fuerit separatum os. Et tūc ipsum cum eleuatorio eleua: & ipsum cum digitis aut paruis te naculis extrahe. Post vero cū lenticulari & malleo om= nes squirlas & asperitates applana & vulnus carnis & ossis curentur: vt fuit dictum de fractura cum ossis de= perditione.

¶ De correctione accidentium.

SI OCCVRRERET apā quod vt plurimū eue nit propter compressionem & puncturam ossis & tēta rum & ligamētorum: aut propter frigus: aut ꝑpter ma= lum regimen: tunc festina ad eleuationem & separatio= nem causarum. Et subtrahe materiam cū flebothomia & alijs euacuationibus & mitiga locū cum oleo ro. cali

do: aut cum aqua calida decoctionis altee fenugreci seminis lini camomille & similium: & empl'm de maluis: & hoc multum laudat. ¶ Si autem nigredo acciderit in miringis ex natura medicaminum abstergatur & mundificet cū melle & oleo ro. Quod si acciderit ex seipso: & peruenerit ad oculum cū signis alijs malis: tunc oportet vt dictū est ꝙ nō cōfidas de salute infirmi. Nā illa nigredo significat ſm ꝙ dicit Paulus caloris naturalis destructionem. De carne superflua & alijs accidētibus dictum est in sermone communi.

¶ De medicinis capitalibus fit sermo.

MEDICINE vulneris capitis in prīcipio quousq; ab apostemate fuerit securus debēt esse mitigatiue qualis est mixtura trium partium olei ros. & vna mellis. Et tamen senex sexto terap. oximel apponebat. Et si dolor non infestabat ad melius mundificādum debēt esse ecōuerso tres partes mellis vna olei ro. ¶ Postq; autem fuerit securus ab apostemate debet esse medicina desiccatiua sine mordicatione qualis est puluis capitalis q fit ſm Gal. de yreos illirica orobi farina manna q̄ est thus minutum. aristol. corticis radicis papaueris. Brunus vero addit mirrham: sarcocollam: & sang. dra. Lanfrācus vero & Guil. mirtillos & nucis cipressi.

¶ Emplastrum capitale de bethonica quod ponit desuper ſm Hericum sic fit. ℞. succi bethonice succi plātaginis: succi apij colatorum añ. li. j. resine cere noue. añ. quartam j. terebētine lib. j. coquātur primo vsq; ad succorum cōsumptionem: vltimo addatur terebētina, & fiat emplastrum. ¶ Empl'm de cētaurea, quo ego libēter vtor, in vulneribus capitis sic fit. ℞. centaureæ mi. M. vj. tempe:ētur per vnā noctem in vino albo. deinde coquātur ad cōsumptionē medij: deiñ colētur, & colatura bulliat vsq; ad spissitudinē mellis: de quo recipias ℥. iij. lactis mulieris ℥. ij. terebētinæ libr. j. ceræ nouæ quartā j. resin. quar. m. thuris masti. gū. ara. añ. ℥. j. fiat empl'm. ¶ Potio ad vulnera q̄ in capite dicta est in isti' capi. documētis.

¶ De instrumentis cum quibus fit operatio.

INSTRVMENTA capitalia sunt sex & debent esse de qualibet forma tria. maius minus & mediũ. Primo sunt trapana que sunt ad faciendum foramina pro ossis eleuatiõe & sunt diuersorum modorum. Gal. facit ea ad modum terebelli cum quadam circũuolutiõe eminente parum supra eam: que in terebello acutam extremitatem: vt perforando non cadat supra duram matrẽ. ¶ Parisieñ. ad euitandam multitudinem formarum que debent esse ꝑm spissitudinem ossis loco illius eminentie faciunt trapana forata super acuitatem: & cum vna cauilla mutando per foramina adaptant eam ad spissitudinem ossis: vt hic apparet. ¶ Bonoñ. ea faciũt ad modum lãcee quia pars acuta potest intrare & lata prohibet vt contra voluntatem intus non cadat vt hic.

¶ Duo sunt separatoria ad separandum de vno foramine ad aliud & sunt duarum formarum. prima gallicana vt hic. Secunda Bonoñ. vt hic.

¶ Et de eius cauda potest fieri eleuatorium.

¶ Tertio autem sunt eleuatoria ad eleuandum os trapanatum & separatum: vt hic.

¶ Quarto sunt rugina ad ampliandum fissuras: & sunt ad modum rugine fuscariorum: vt hic.

¶ Quinto sunt lẽticularia: & est instrũm multũ laudatũ a Gal. qa multũ applanat & separat asperitates separãdas cũ securitate: ꝓpter eminẽtiã lẽticularẽ quã habet in capite. Et est in forma scindipenniũ cum lenticula in acuitate sua: vt hic. ¶ Sexto est malleũ ad percutiendũ retro lenticulare & debet esse de plumbo vt in parua quantitate magis ponderet & sonet magis obtuse: vt hic.

¶ De vulneribus faciei & partium eius Cap. ij.

VLNERA faciei vltra intẽtiones communes quantum ad eius totalitatem nihil habent ꝓpriũ nisi quod qa est mẽbrum decoris: & honoris: ita caute tractetur ꝙ vniones & cicatri-

ces non fiant turpes. Et ideo vbi erit possibile suere eum cum petijs pannorum vt dictum est fiat vbi autem nõ erit possibile & fuerit pars carnosa fixa non mobilis sufficienter suatur cum filo sutura separatorum punctorũ vbi vero fuerit pars mobilis suatur cum acubus inuolutis remanentibus in loco. Si autem pars fuerit sicca suatur sutura pelliparioruum. Et vbi erit possibile ligare ligatura incarnante fiat. Albu. autem nasum aures & labia dum sunt sanguinolenta & recẽtia: aut renouata cũ scarpello aut rasorio suere precepit sutura q̃ dicetur in ventre. ❡ Verũ quia facies quodam modo participat cũ capite in rotũditate & figura spherica deficiat ab illa ligatura. Et cum hec accubitus eã relaxat necessariũ est eam mediare appropinquando melius quod erit possibile ad incarnatiuã. Et propter hoc est cõsiliũ oĩm operantium ꝙ vulnerati in facie habeãt in capite coffiam seu capellinam de panno lineo fortem bene & firmiter ligatã cum capite in qua oẽs ligature consuantur. Etiã est necessarium quia facies est plurimarum paruarum ꝑticularum: ꝙ loco stupatarum aliquando ponantur panni duplicati aut triplicati: vt melius applicentur & leuius remoueantur. Quantum ad suas autem ꝑticulas habet proprium.

❡ Primo de vulneribus oculorum.

VVLNERA oculorum sunt timorosa: ꝓpter ipm visum: & propter eorũ propinquitatem ad cerebrum. imo vidi multoties: quod etiã attestatur Beneuenutus propter vulnera circunstantiarũ oculi sequi oppilationem neruorum opticorũ & catharactas: quid ergo dicã qñ fuerit in substãtia oculi: certũ est ꝙ si effundantur humores sequit̃ destructio oculi: & ipsi⁹ actus. Et si Gal. in quarto de egritudine & sinthomate vidit illum puerum punctum grafio ex quo effusa fuit confestim aquosa humiditas: curatũ hoc fuit de raro cõtingentibus. Et potuit esse ſm naturã. Non obstante ꝙ Rabbi moyses: quasi deridẽdo G. dicit quod fuit de mirabilib⁹ ipsius. partes em̃ spermatice ĩ pueris quotidie regenerãt̃ vt videtis. ❡ Cura est secũdum Iesum prohibere mãm ne fluat

ad oculum. Et si sanguis non exiuerit collirisetur cũ thu cia & modica camphora. Si autem sanguis exiuerit cũ sedeng. curetur: quia ad hoc multam habet virtutẽ & po ne super oculum albumen oui: & ligetur cum instita fir miter. Beneuenutus in hoc casu summe laudat germi= na ouorum agitata & ducta in mortario in forma vn= guenti. Et vocat hanc medicinam virtutem a deo datã.

¶De intrantibus in oculo.

SI AVTEM aliquid intrauerit in oculũ & vulneret & doloret & offendat eum. Quod sit velut firmuspul= uis lapillus: aut palea siue arista precepit Iesus distillare in oculo lac mulieris vel aquã dulcem pluries: quia mũ dificat eũ & extrahit omne quod in eo cadit & si non recedit reuersa palpebras: & si vides hoc inuolue stilum aut digitum cum panno suaui lineo & absterge illud. & si nimis se teneat cum picicareolis remoueatur, & di stilla in oculo lac mulieris puellam nutrientis.

¶Ad tarsen & sanguinem qui infra oculum euenit propter vulnera & percussiones.

LAVDAT Iesus instillationẽ lactis puelle & albu= minis oui & sanguinis columbini qui est sub ala. ¶Et emplastrare oculum cũ medulla panis in vino infusa est optimũ. ¶Et si non dissoluatur distilla in oculo aquam ameos & salis gemme: & fomenta oculũ cũ aqua deco ctionis ordei & ysopi sicce.

¶Et si non recedit accipe claram aquã in qua steterit arsenicum puluerisatũ & proijce in oculũ. ¶Et ex hisq̃ proficiunt tarse est sief. Quod ℞. sedeng. abluti. ʒ. iij. eris vsti. ʒ. ij. coralli margaritarũ non perforatarum. añ ʒ. ß. gummi arab. dragaganti añ. ʒ. ij. & ß. piperis grana. xxx= ij. ceruse lote ʒ. j. arsenici rub. san. dra. croci catabie. añ. ʒ. ß. fiant sief. cum sanguine gallinarum & vtantur cum lacte puelle.

¶De vulneribus palpebrarum.

PRECIPITVR quod suantur cum acubus cur= uatis: & si fieret sutura cũ cauillis: propter motum pal= pebrarum magis esset tuta specialiter quando area pilo rum est incisa; tante enim cartilaginositatis est quod

difficulter vnitur. & post cum pulueribus: & pannis bene sustinentibus artificialiter & ingeniose ligetur.

¶ De vulneribus nasi.

NASVS QVANDOQVE vulneratur: quandoq; frangitur: quandoq; atteritur & quassatur. hic aũt proprie agetur de vulneribus & incisionibus: quia plurimum accidunt ꝙ reliqua: gratia tamen communionis dicetur & de aliis: vt de capite fuit dictum. Nasus quãdoq; abscinditur ex toto quandoq; non sed adheret: & tenet se cum carne labiorum. Si nasus ex toto ceciderit amplius nõ potest reuniri: vnitio enim in organicis est impossibilis in tertio tegni. Et cã in indiciis vniuersalibus fuit dicta. Quicquid dicant garrulatores. Si autem ex toto non fuerit incisus si sanguinolentum est: aut si non quod scarificando renouetur vulnus suatur caute & decenter: eo modo quo dictum est superius de sutura cum filo faciendo tot puncta quot erunt necessaria. Et si acus recte non possunt bene ad suturam adaptari calefaciendo eas in igne curuentur & imponantur in naribus due tente rotunde de stupis aut cannulate de pennis anseris vt aer & sanies sua possint habere spiramina. Et postponatur puluis & applicentur plumaceoli de panno decẽter facti vnus in quolibet latere: & alius desuper qui comprehendat totũ balneati in prima preparatione cum albumine oui: cum vino albo calido. Et quando erit necesse curetur cum emplastro vel vnguento incarnatiuo & consolidatiuo & ligetur ingeniose.

¶ Ligatura nasi.

DE LIGATVRA istius particule multi altercati sunt. Albuc. enim & Aui. eam defendere videntur. Lãfrancus & Theodoricus: vt facit sibi credere Henricus precipit ligare cum duabus ligaturis vna subtus nasum ad sustinendum: alia super nasum ad tenendum medicamina. Rogerius & Guil. ligant cum vna binda incisa per medium per vnde nasus possit transire ad modum capistri. Henricus totum hoc reprobat, imo dicit

quod melius staret sine ligatura: quia si ipsa est strictior nasum deformabit, si laxior parum proficit. Et vtraq; in somno poterit nocere ex compressione & versione & motu inordinato. Nihilominus in casu concedit q; ligetur subtus: & non desuper.

¶ Ego autem de hac altercatione parum curo: quia vt dixi in facie non potest dari certa regula de ligatura incarnatiua: quare quilibet faciat secundũ quod per suũ ingenium melius inuenire poterit: dumtaxat quod in capite sit bona coffia aut capellina in qua suantur ligature: & quod suendo & ponendo satis de stupis & idoneis sustentamentis: vt precipit Theodoricus: meliori modo quo erit possibile adaptetur: vt teneant partes approximatas & medicamina applicata sufficit.

¶ Si autem nasus esset infrigidatus & alteratus consulit Henricus quod cum caliditate naturali pullorum tantũ calefiat quod rectificetur. Si autem non potest rectificari remoueatur & tardius quo poterit propter diffamiam populi locus curetur & cicatriset. Et stet prima preparatio per tres aut quatuor dies. Alie vero bis in die remutentur. Os nasi intra. xviij. dies speratur quod restauretur.

¶ In fractura additur quod cum intromissione digitorum: aut alicuius baculi ab intra nasus sustẽtetur & ab extra cum manu altera æquetur. Et post intromittantur tẽtæ cõueniẽtes & iuxta & desuper plumaceoli ĩ primis infusi cũ albumine oui. Et post cum dyaquilone in quo farina volatilis & puluis rub. cum oleo ro. fuerit malaxata & caute sustineatur & ligetur. Et quando cum fractura fuerit attritio curetur vt alie contusiones. Si autẽ est cartilaginis separatio conglutinetur.

¶ De vulneribus aurium & labiorum.

NIHIL HABENT proprium suantur & ligentur meliori modo quo erit possibile: & vt alia membra carnosa curentur.

De vulneribus colli & partium eius Cap. iij.

VVLNERA IN COLLO quedam fiunt in sola carne: quedam vero in ossibus spondilium: quedam in ligamentis lateralibus: quedam vero ī venis organicis: quedā in vijs ciborum & anhelitus. Propterea ꝙ vltra intentiones communes habēt propriam ligaturā. Et aliqua propria pronostica & pauca curatiua.
LIGATVRA COLLI incarnatiua fit cū binda longa duorum capitum ponendo medium binde ab opposita parte vulneris voluendo collum: & ea ducēdo ſm crucem supra vulnus: & postea faciendo trāsire per subassellas reducuntur ad collum eum reuoluēdo: & ibidem suēdo. Et si est capellina in capite suatur cum ea vt eam manuteneat ꝙ non descendat. Ligaturam medicaminum retentiuam precipit facere Rogerius. ita scindit ligatura ab vtraqꝫ parte: & duo brachia superiora transeundo super aures ligentur in fronte. Alia duo inferiora transeundo subassellas ligent̄ in pectore. Alia vero duo media ligentur per medium colli.

Pronosticatio.

PRONOSTICATVR autem & iudicatur de vulneribus colli per Rogerium: ꝙ si neruus seu chorda incidatur in collo raro est vt de cetero collum liberum habeat motum.
Amplius dicit quod si vulnus veniat vsquequo exeat nucha mortale & incurabile iudicatur. Nam passiones nuche similes sunt passionibus cerebri: vt in secūdo de vtilita. in anathomia fuit allegatum. Si autem nō perueniat ad medullam: licet sit curabile timendum est propter lesionem neruorum orientium ab illa parte nuche de nocumento sensus & motus neruorum & membrorum ad que delegantur nerui & infra de fractura spondilium dicetur Propterea vulnera que pertingunt ad neruos reuersiuos perpetuam generant raucedinem.

Et si pertinguunt ad quędam neruum qui transit iuxta aures dicitur ꝙ nunꝗ generabit homo. ¶ De incisione cuiusdam vene spermatice est trussa: vt supra in anathomia fuit allegatum. Propterea vulnera venarum & arteriarum grossarum sunt periculosa: quia propter emorrosagiam ipsorum cito exhalatur spiritus & vita. ¶ Amplius dictum est ꝙ vulnus meri & trachee arterie sunt periculosa: quia habent seruitium vite immediate necessarium. Et cum hoc sunt difficilis consolidationis: quia sunt transitus aeris & cibi.

CVRATIO autem ipsorum quantum ad vulnus carnis nihil habet proprium: suātur & cum pul. & vino & alijs auxilijs curentur. ¶ Quātum ad neruos & chordas etiam suantur profunde: & cum oleo vermiū & emplastro curentur. ¶ Quantum ad venas & arterias grossas suātur: & cum pul. G. & pilis leporis cum albumine oui emplastrētur. Et si hoc non valet excoriētur capita venarum & ligentur vt superius de fluxu sanguinis fuit dictum. ¶ Quantum ad vias aeris & cibi suantur: & cū puluere: & cum alijs auxilijs ab extra tractentur. Ab intra dragagantum: aut dyasimphitum ad lambēdū inferius tribuatur. ¶ Quantum ad nucham infundatur vulnus cum oleo ro. calido & desuper ponatur in principio vitellum oui. vsquequo dolor fuerit sedatus. Postꝗ aūt fecerit saniem mundificetur & incarnetur cū isto Guil. & Lanfrā. ℞. mellis ro. colati. ℥. iiij. farine ordei. ℥. v. terebētine. ℥. iij. cere resine. añ ʒ. ij. thuris masticis. añ. ʒ. j. mirre sarcocolle mumie. añ. ʒ. v. olei masticis. ʒ. iij. fiat emplastrum.

¶ De vulneribus homoplatis & brachiorum Cap. iiij.

VLNERA istorum membrorum nihil habēt proprium nisi pronosticationem & ligaturam: & situationem: & fiunt quādoꝗ in carne: quandoꝗ in ossibus.

¶ Pronosticatio.

IVDICATVR quod vulnera spatularum ꝑpter

neruos

neruos qui descendunt ad brachia sunt suspecta de dolore & amissiõe sensus & motus brachiorum. Propterea vulnera plicature cubiti sunt timorosa: propter venas grossas: quia magnam faciunt emorosagiam.

¶ Amplius vulnera cubiti & omnium iuncturarũ sunt suspecta ad dolorẽ & apationẽ & indurationẽ seu particularem spasmationem: propter infiltrationem ossis & ligamentorum: & propter loci situationẽ quia in basso. Non enim complete possunt mũdificari: & ita materia que includitur remanet & indurat̃ & motus perdit̃ iuncture. ¶ De vulnere ad duos vel tres digitos prope iuncturam iudicatum fuit supra.

¶ Curatio.

CVRA ENIM ipsorum parum differt a cõi cura dicta nisi ꝙ sutura vulnerũ humeri indiget fortitudine: & prope cũ cauillis ꝓpter magnitudinẽ & põdus brachij.

¶ Ligatura humeri.

ET LIGATVRA incarnatiua fit cũ binda duorũ capitum & ponẽdo spherã de stupis sub assella ĩcipiat̃ ꝑ medium binde ibidẽ & ascendẽdo bindam supra humerum voluẽdo ſm crucẽ supra vulnus ligetur: aut suatur sub altera assella: & toties sic reuoluat̃ ꝙ sufficiat. Que autem est ad tenendũ medicamina fit ad modum vnius manice cũ duabꝰ vittis ligãdo in subassella. ¶ Et in vulneribꝰ brachiorũ. Oportet ꝙ brachiũ cũ mãdili teneat̃ in pectore suspẽsum ad collũ preterꝙ̃ in vulnere cubiti: in illo eñ oportet ꝙ brachiũ situet̃ ſm rectũ: vt nõ disiũgat̃ vulnꝰ ligature & sustẽtamẽta digitorũ: & totiꝰ manꝰ fiãt ſm igeniosum arbitriũ operãtis. ¶ De mollificatiõe duritierũ q̃ remanẽt post curã vulnerũ istorũ mẽbrorũ dictũ est in parte in cura sclirosis & dicet̃ magis infra.

¶ De vulneribus thoracis & partium eius Cap. V.

DE VVLNERE thoracis magnum est mirabile: quia ita parum de ipsis maxime quãtũ ad membra continentia inuenimus tractatũ a G, neꝙ̃ ab Hali, neꝙ̃ ab Aui. Quantum autem

ad contenta multa dixerũt. Alios autem qui post istos tractauerũt de ipsis satis inuenimus discordes. ¶ Nam Rogerius Rotlandus Iamerus Brunus Guil. & Lãfran. videntur velle saltem in penetrantibus quod nullo modo stringantur: neq; retineatur sanguis in profunditate eius sed quod teneantur aperta cum lichinijs & tẽtis & mundificentur cum vnguentis & emplastris & lauamẽtis attractiuis. Et fundant se: quia si materia retineretur intus recurreret ad cor: & ad alias particulas & interficeret infirmum.

¶ Theodoricus vero & Hẽricus volunt quod omnino claudantur & nullo modo ponatur tenta sed suantur si est necesse. Et quod ad confortandum naturam detur pigmentum cum pul. quod in vulneribus capitis dare cõsueuerunt. Et fundant se; quia nisi citissime clauderetur calor vitalis p predicta vulnera exhalaret & frigiditas aeris confundens ipsum subintraret.

¶ Nos vero excusando Gal. & suos sequaces & cõcordando discordes in hac cura. Quãtum est de presenti dicemus: illud quod euidenter apparet a substãtia rei incipientes. Vulnera thoracis tam a parte anteriori quã ab alijs partibus: quandoq; sunt extra & non penetrantia: quandoq; vero penetrantia sunt intra spatiositatem: & que penetrant qñq; sunt simplicia absq; vulnere membrorum cõtentorum: qñq; membra vt cor pulmo dyafragma sunt vulnerata. Et vtraq; qñq; parum sanguinis cecidit in spatiositatem intrinsecã: qñq; multũ. he sunt differentie a quibus sumũtur in talibus vulneribus indicationes curatiue &c.

CAVSAE dictorum vulnerum ſm quod dictum est in sermonibus cõmunibus sunt oĩa que apta nata sunt perforare & incidere vt sagitte telum & ensis.

SIGNA ET INDICIA. Signum quod vulnus thoracis penetrat est anhelitus per vulnus emissio maxime; qñ os & nares infirmi claudũtur que per candelã incẽsam: aut per lanã seu cotonem carpinatũ posita iuxta vulnus demorat. Nõ eñ cũ intromisso est ita secure pbatio. Signa cordis vulnerati sunt sanguinis exeuntis

nigredo extremorum frigiditas sudoris copiositas & sincopis minuta & locus sub mamilla sinistra. ¶ Signa vulnerati pulmonis sunt ꝙ sanguis qui exit est rubicundus & spumosus & eger calefit: & tussit: & palesit: & locus circa latera. Istud autẽ quod dicit Gal. de exeundo multum & absq; dolore intelligitur per os in rupta vena. ¶ Signa dyafragmatis vulnerati sunt spissus & magnus anhelitus tussis sonãs & dolorosa alienatio sputum liuidũ: sitis & cibi fastidiũ: cum eructatione: rigor pungitiuꝰ: & locus iuxta falsas costas. ¶ Signa ꝙ sanguis descendit infra & corrumpitur & saniatur iuxta illud Gal. afforismorum. Si ad ipsum ventrem sanguis effundatur preter naturã necesse est putrefieri: sunt enĩ signa grauitas & pondus laterum: iuxta falsas costas & sputum putridum cũ tussi multa & incipit febrire. Et cum his addit Iamerius & anhelitus qui exit per os & per vulnus fetet intolerabiliter: & panni qui imponũtur sanguine coagulato & putrefacto educũtur infecti. ¶ Iudicatur de istis vulneribus ꝙ illa q̃ penetrant a parte dorsi sunt periculosiora q̃ꝫ a parte anteriori: propter venas & arterias & neruos & meri & tracheam & ligamenta cordis que iacẽt a parte illa & cum hoc lesio nuche que nõ parua cõputatur. ¶ Iudicatur de istis vulneribꝰ etiã ꝙ que non penetrãt non habent periculum: ¶ Alia iudicia & cause eorum querant̃ in sermone cõi.

CVRATIO. In cura vulneris thoracis que non penetrant vltra intentiones communes dictas nihil habẽt proprium: nisi ligaturam.

LIGATVRA PECTORIS que quidem incarnatiua fit cum binda longa lata incipiendo a parte opposita vulneris ducendo reuoluendo duo capita supra vulnus secundum crucem: & deinde ducendo & reuoluendo toties quod sufficiat. Et capita binde in parte anteriori longe a vulnere suantur.

¶ Et vt dicit Henricus annectetur fasciola vna que trãseat super humeros & altera sub coxis.

¶ Retentiuam medicaminum facit Rogerius cum binda lata perforata in vno capite: & in altero incisa: ita ꝙ

facit intrare humerũ per foramẽ. ¶ Deinde circũuoluen do thoracem redit ad humerum vbi incepit: & cũ brachijs binde incise ligentur in illo humero. Et si posset fieri vt dicit sine incisione voluendo thoracẽ leuius esset ligatura. Pro apostematibus subassellarũ fit cũ binda incisa ab vtraq; parte & vna pars ligatur voluẽdo pectus ab altera assella & altera transeundo super humerum ꝑm cutẽ reducitur per partem anteriorẽ: & posterius ad alterã assellam. ¶ In cura vulnerũ penetrantium si constat per signa quod aliquod membrũ intrin secum non fuerit lesum, neq; quod aliqua materia intus descenderit sine tenta cũ emplastris & vnguentis incarnatiuis & stupatis balneatis in vino & ligatura & remutatione tarda vt alia curantur. Et propter hoc Gal. & alij sequaces de ipsis: quia nullam habebant diuersitatem ab alijs non fecerũt mentionẽ spãlem. Et ꝙ in talibus vulneribus non debet poni tenta. nec ipsa tenere aperta ostenditur: quia tenta ponitur vbi necessarium est aliquam materiã congregatã expellere per vulnus: sed in talibus supponimus esse nullam. Ergo inuanũ tẽta poneretur. Et supposito ꝙ esset aliqua in parua tamẽ ꝗtitatẽ natura eam resoluit & euacuat. Nec de regione dubitetur: quia forti nature nihil est impossibile: nõ solum facit transire materias ꝑ panniculos: sed per mediũ ossis: vt dicit Gal. 7. afforismorũ. Et si vis eã iuuare cum tua potione facere potes. Et cũ ponere tentã ꝓcederent nocumẽta q̃ dicũt alij de debilitate & aeris alteratione que nocumẽta reputauit magna Auenzoar de squinantia qñ inciditur vulua tractatu quarto. ¶ In penetrantibus vero in quibus membra intrinseca sunt vulnerata si materia nulla descenderit eodẽ modo curantur ab extra vt dictũ est. Sed ab intra oportet ꝙ dentur ad lãbendum medicine viscose & glutinose. Et hoc est quod dicebat. 5. terap. Siccare igitur oportet tentare oĩno de pte opposita extrorsum pharmaca: & ea que bibuntur per aquam & vinũ subtile. Sunt autẽ & horum aptissima que diasparmaticon dicuntur consuetũ nobis quo ad thoracis confortationem semper vtimur ꝙ per casiam

& per diasparmaticon videtur intelligere Aui. dyacodion quod est dyapapaueris vł dyagragā. aut dyasimphitum per casiā eā q̄ ponunt ab extra vt essent embrocatiōes cū vino: aut emplastra desiccātia: quale est oleū rosꝑ. & maluinū in estate: in hyeme aūt nardinū & emplastrū quod fit de calcitē quod dixit in principio carthagenorū. credo quod sit dyapalma. Vnde & in quarto terap. loquens de vlceribus intrinsecis. c. pe. Cōis autem in omnibus intrinsecis particulis indicatio est eligere assuetissima animalis cibaria & pharmaca: fugere vero & auertere q̄ cōtraria vt eruginē eris & cachimiam ponsiligos q̄ est tucia & lithargirū & cerusam & similia quia dictum est in tertio de cōpōnibus simplicium pharmacorū: ꝙ ista licet consolidēt mēbra extrinseca: nihilominus irritant & aperiunt intrinseca. Eligere vero cibaria si quidem in cicatricē ducere vel glutinare voluerimus q̄ sunt austera & viscosa & immordacia velut sunt hypoquistidos balaustia galla psidia terra sigillata sumach rose & acatia: dare aūt oportet ea per aliquam stipticorū decoctionē vt malorū citoniorū vel rubi extremitatū vel nucum vel mirti vel aliquod austerorum vinorum dūtaxat ꝙ nō sit tempus phlegmonis. Adhuc autem & comeos quod est gumma arab. admiscendo. ¶ Si vero expurgare voluerimus abstergētia dabimus moderata. Ad hec enim optimū omnium est mel coctum. Et generaliter cū omnibꝰ talibus medicinis admiscendū est mel: redditionis em̄ eorum organum existit: & est velut vehiculum titillationis cum eo quod nō nocet vlceribꝰ. Nō obstāte Rotlādo & Theodorico qui de hoc etiam reprehendendo Rotlandū qui iactauit se curasse partē pulmonis abscissam ab extra cum puluere rubeo. Affirmant illud idem vidisse. ¶ Si vero in vulneribus penetrantibus cognoueris per signa dicta quod materia ad intra descenderit non tardes in eius eductione: imo vt consulit Guił. quod tota intentio tua sit disslocare vulnus vt manifeste & libere sanguis vel sanies generata intus per ipsum vulnus possit exire cū tēta bene facta ampla ab extra ne cadat intus;

& ligata cum filo: vt si caderet posset extrahi & infusa in oleo calido. Et post precipit Rogerius ꝙ patiens supra discum vertatur hac illac ducendo materiam & extrahendo per vulnus. Vel secundum Iamerium per tres vel quatuor dies inijciatur cum clisteri infra pectus certa quãtitas vini vel mellicrati: & reuoluẽdo corpus huc illuc extrahe liquorem considerans ꝙ̃titatẽ & qualitatem. Et quando minus inueneris ꝙ̃ miseris & exiuerit mundũ & clarũ sicut intrauit cessa & consolida tenens semper cotonẽ vetustum: vt dicit Albu. non in orificio vulneris vt suggat illud quod egreditur de eo ex humiditatibus. Et fac vt dormiat infirmus super vulnus: vt currat quod aggregatur in eo. Si autem dicit ad idem Albu. preterierint tres dies vulneris: & non acciderit infirmo spasmus neq; tremor cordis malus: neq; strictura anhelitus & vides dispositiones eius bonas: tũc scias quod vulnus est sanũ & natura fortis: cui nihil est impossibile: vt supra fuit dictum.

¶ Cura ergo ipsum post diminuendo cotonem siue tentam cum sua curatione.

¶ Si autem per tuum motum & iniectionem parum facias: vel quod infirmus non possit sustinere tales reiterationes. cura vulnus secundum Guilelmum diminuendo tentam in ipso & supra ad modum emplastri ponatur mundificatiuum: quod sic fit. ℞. mellis ros. collati. lib. j. mirrhe thuris sarcocolle an̄. ℥. ß. farine ordei farine fenugreci an̄. quod sufficit ad inspissandum. Et si vis addere modicum de terebentina bonum erit. Et tunc iudicio meo potes dare tuas potiones factas de centaurea costo nepita gariofilata: pimpinella: pilosella summitatibꝰ canabi rubea teneritatibus caulium rub. tenasceto rubea liquiritia an̄. decoquatur cum vino & melle. Et administretur qualibet die & mane vnus paruus gobeletus.

¶ Si autem penetratio vulneris fuerit dubia: nec per tentas infusas in oleo rosa. nec cum aliqua re poterit manifestari: vel quod ipse nõ potuit lauamentũ & expulsionẽ materie sustinere: & habet grauedinẽ & inflationem seu eunucham in latere: & alia significantia ꝙ

materia super reflexionem dyafragmatis fuerit aggregata. ¶ Si infirmus fuerit fortis & valens: consulit tūc Guillelmus quod facias vulnus nouum cum rasorio in parte inferiori decliui in latere infirmi versus spinam elongādo ab ea secundum longitudinem costarum: & earum rugationem inter quintam & quartam costam vel inter quartam & tertiam: verum quia dyafragma reflectitur in sua contiguatione cum spina & costis vsq; ad tertiā costam & plus. Et illa reflexio posset impedire exitum materie & facere medico credere quod nō penetrauerit cū rasorio sufficienter. Propter hoc melius est quod fiat inter quartam & quintam q̄ inter tertiam & quartam: facta autem incisione procedatur ponendo tentam infusam in oleo ros. calido vsq; ad profundum. Et hoc quousq; incipiat saniem emittere. Et caueas quod hora mutationis sit breuis & cauta: vt aer non ingrediatur: neq; expiratio offendat & debilitet membra interiora. Cum autem sanies incipit apparere: mūdificetur locus intrinsecus per vulnus nouum cum vino decoctionis camomille in plus farine lupinorum thuris mirrhe: in minus mellis ros. quod sufficit coquantur cum vino: & fiat colatura de qua cum clisteri inījciatur lib. j. voluatur & reuoluatur infirmus & reclinetur super vulnus: ita quod predicta decoctio exeat. Et post ponatur tenta intincta cum melle ros. & desuper mundificatiuum predictum. Et ab ista hora dimittatur claudi & sanari vulnus antiquum. Et quod ista cura sit artificialis: probatur per Gal. in quinto terapen. qui eam fecit rome in quodam reumatico apostema empicum in thorace patiente. In quo fuit necessarium aperire: & os coste putrefactum abscindere. Assueuimus inquit igitur in cura mellicratum infundentes per vlcus: aliquando quidem multoties tussire eis accubitu in patiente particula: multoties autem agitare quiescibiliter: aliquando vero cum pulto. id est cum instrumento suggatiuo adducere deintus residuum mellicrati. Postquam autem hec facientes fluctuare pus & ycores vlceris sperauimus apponimus ista pharmaca. Et tunc supple quando

erit conuenienter mundificatum cessabimus & claudemus. ¶ Idem probatur per Aui. in tertio cano. de empimate ita dicentem, Quando autem estimaueris in pleuresi materiam plurimam & non mundificatam in quadraginta diebus: neq; in paucioribus: imo facit cadere in phthisim: tunc necessarium est cauterium fieri cū cauterio minuto quo perforetur pectus in loco saniei: vt exsiccetur materia & extrahatur paulatim & abluatur cū aqua mellis & adiuuetur ad attractionem ad exteriora. Cumq; mundificata fuerit perueni ad consolidandum.

¶ Dubiam autem & suspectam tenet hanc incisionem & cocturam cum ferro in talibus emissionibus pleureticis Haliab. in sermone. x. secunde partis libri dispositionis regalis, Quoniam vt dicit ab eiusmodi peccati morte patiens non eripitur vel in fistulam transit cui nulla occurrit sanatio. Et ideo munias te semper de bona pronosticatione & magna requisitiōe vt in talibus sepe dictum est. Ipse enim dat vnum modum coquēdi cum radice aristologie longe: & oleo fortiter incēsis qui nō fuit mihi assuetus: hec tamen probabiliter sunt dicta.

¶ Si vero vt dicit Albu. excusaret sanatio talis vlceris: tunc scias quod iam facta est fistula de qua inferius dicetur.

¶ De vulneribus ventris & partium eius Cap. vj.

SICVT in ventre sunt due partes cōtinē tes videlicet & cōtēte prout in anathomia fuit declaratum. Ita & vulnera q̄nq; fiūt in parte continente; q̄nq; in contentis. Vulnera ergo ventris q̄nq; sunt extra nō penetrātia ad interiora: q̄nq; vero ad interiora penetrāt: & que penetrant ad interiora; q̄nq; sunt talia ꝙ nihil ꝑcidit de membris interioribus; q̄nq; vero ꝑcidit xirbus: aut intestina: aut quedam alia. Que vero fiunt in membris cōtē tis: q̄nq; quidē fiunt in xirbo: q̄nq; in intestinis: q̄nq; in stomacho & sic cōsequēter: hæ em̄ sunt differētie a q̄b⁹

sumuntur indicia & curationes.
CAVSAE Istorum vulnerum sunt que aliorū ensis lancea sagitta:& omne illud quod aptum natū est incidere & perforare.
SIGNA ET INDICIA. Signum quod vulnus ventris nō penetrat habetur per visum & probā:& qñ nihil exit abinde.¶ Signum autem quod penetrat habetur qñ proba intrat ꝓfunde:& qñ exit xirbus intestinū: aut aliquod membrum.¶ Signum ꝙ xirbus est extra & est alteratus:quia videtur substātia eius seposa & venis repleta & videtur liuidum & nigrum.
¶ Signum ꝙ intestina sunt vulnerata est exitus stercoris per ipsa.¶ Signum ꝙ sunt subtilia vel grossa sumitur a loco. Nam supra vmbilicum sunt subtilia subtus vero grossa.¶ Signum ꝙ stomachus est vulneratus est exitus chili ab ipso & locus a parte anteriori.
¶ Signum ꝙ epar est vulneratum est exitus sanguinis & locus dexter.¶ Signum splenis exitus feculētie & locus sinister.¶ Signū vero renū exitus sanguinis aquosi & regio ipsorum.¶ Iudicatur per Gal. sexto terap. quod periculosiores & difficiliores sunt vulnerationes & sutiones circa medium ventris ꝙ̄ circa latera;eo quia ille partes propter musculos sunt contractabiliores & intestinorum educibiliores ꝙ̄ relique.¶ Iudicatur etiā quia nisi cito succurratur ad reducendum intestina inflantur & ventosantur ab aeris frigiditate:& post cum difficultate reducuntur.¶ Etiam iudicatur per Hyp. sexto affo rismorum, quod nisi cito occurratur egressiōi epyploy: siue omētini:siue zirbi citissime alteratur & corrumpit propter quam causam incidunt de eo illud quod denudatum & alteratum est;medici dicunt quod nō est verū vt semper sed vtplurimum ꝯm Galenum in commēto.
¶ Iudicatur etiā per ipsummet Gal. in sexto terap. quod facile sanabilia sunt grossa intestina, Difficile vero subtilia:omnifariam vero insanabile ieiunū propter multitudinem & magnitudinem vasorū & subtilitatē & neruositatem tunice. Sed & cholerā totam sincerā suscipit hoc intestinum & est propinquius ꝙ̄ alia epati.

¶ Preterea inferiora stomachi: quia carnosa sunt audere oportet curare. Et quia medicina in loco stare pōt: q̄ vero in ore stomachi in trāsitu solo patiētis tāgit partes & cum hoc sensibilitas ipsius curationi repugnat.

¶ Iudicia autem alia & causæ eorū dicta sunt superius in sermone communi.

CVRATIO. Vulnera vētris que interius nō penetrant nihil habent proprium nisi ligaturam superius in pectore dictam. Curātur em̄ vt vulnera carnosa cum sutura. Si indigēt & alijs auxilijs incarnatiuis. Illa autem que penetrāt a quibus nihil mēbrorū procidit: neq; aliquod ipsorum fuerit vulneratū: eodem modo curantur: nisi quod suturam habent propriam.

SVTVRA VENTRIS. Que quidem sutura a diuersis diuersimode ordinatur: quidam vt Gale. precipit suere taliter vt sifac vniatur cum mirace: quia de se sine carne cū sit exāgue & neruosum cōsolidari nō posset cōueniēter. Qui propter carnis miracis laxitatem sequeretur ruptura. Et sit ꝙ in primo pūcto acus ingrediēdo per vnum labium nō tāgat sifac: & post ab intra pūgendo alterum labium penetret per ipsum: & per totū mirac & supra vulnus nodetur. In sequēti puncto acus ingrediēdo per vnū labium penetret totū mirac & sifac: & regrediēdo per alterū labiū dimittat sifac & penetret mirach & extra nodetur. Et ita per alia pūcta ꝓcedatur quousq; totum sit sutum sufficienter.

¶ Alium autem nodum assignat Gal℞. & Albucra. cum assumit: & est communis nodus leuior sed nō securior.

¶ Et est quod omnes quatuor imagines duorum labiorum insimul suantur cum vno puncto & nodo: & fiant tot puncta quot erūt necessaria. ¶ Tertium nodum ponit Albu. cum acubus pungēdo: vt est dictum & dimittendo acus voluatur filum super eas vt faciunt mulieres in manicis ꝑm ꝙ fuit dictum superius de sutura sermone communi: ad quam oportet recurrere pro illa sutura.

¶ Quartus nodus est Lanfranci: & eum acceptauit Hērricus: & est ꝙ figatur acus cum filo a parte exteriori in vno labio: & perforetur totum mirach & sifac. Deinde

ab intra in altero labio veniendo extra perforetur etiã sifac & mirach. Deinde per spatium minoris digiti a primo puncto idem acus cum eodẽ filo nõ inciso nõ nõ dato facias ꝯm punctum sic. In labio quod fuit vltimo perforatum figatur acus ab exteriori ad intus. Deinde in altero labio figatẽ ab ĩtra ad extra sifac & mirach semper cõprehendendo: & tunc prope acum inuenies extremitatẽ fili quã prius exterius dimisisti: tunc nectentur duo capita fili insimul faciendo in duobus punctis vnicum nodũ in latere: quia sic nunquam transibit filum supra labia vulneris. Sed in lateribus solum apparebit. Facta sutura ponantur alia auxilia & ligetur. Ligatura vero pectoris hic est conueniens: & ratio ibi accipiatur.

¶ In vulnere ventris penetrante in quo & particule interiores vulnerantur: & non exeunt.

¶ Si vulnus ventris est sufficiens aut si non est sufficiẽs ꝙ cum instrumẽto proprio: quod dicetur infra amplietẽ caute & extrahantur. Et si sutura indigent ꝙ eis proficeretẽ velut est fund⁹ stomachi & grossa intestina sumatẽ sutura pellipariorũ: & nõ cũ capitibus fornicarum quã dixerunt quidam experimentatores vt testatur Albucrasis. Nam tediosa est & inutilis vt apparet de facto.

¶ Nonnulli autem vt Rogerius Iamerius & Theodoricus infra intestinum ad custodiendum ne feces putrefaciant suturam imponunt canullam sambuci.

¶ Alij vero vt Guillelmus narrauit ponunt partem intestini alicuius animalis: aut partem trachee arterie: vt dicunt quatuor magistri.

¶ Quod mihi non videtur rationabile: eo quia a natura intenta ad alienorũ expulsionem expellit & remouet illa de sutura: & ita perit finis pro quo talia applicantur. Melius est enim iudicio meo quod suto intestino vt dictum est: & ipso a sordibus mundato ponatur super suturam ab extra puluis conseruatiuus suturarum & reducatur infra ventrem per modum qui dicetur. ¶ Si vero zirb⁹ exiuerit & denigrat⁹ & corrupt⁹ fuerit laqueo vt dicit Gal. cõprehendantur partes denigrate: & ab-

scindatur pars que est post laqueum in inferiori fine sui tionis ventris dimittentes capita laquei & fili suture dicte intestinorū extra vt possit exire vulnere suspirate.
¶Facta sutura vel in zirbo ligatura infra ventrē reducantur vt dicetur. Et incontinenti vulnus ventris vt dictum est suatur & nullo modo apertum teneatur vsq; ad membrorū interiorū sanationē: vt precipiebat Iamerius & Rogerius. Et in hoc secutus est eos Lanfrancus. Et ratio est; quia nihil magis offendit mēbra interiora & calorem naturalem: q̄ contactus aeris a natura non alterati. Ex hoc em̄ incurrūt illud accidens perniciosum de dolore & tortionib⁹ intestinorū: ex quo possunt spasmari: & per consequens mori: & cū hoc vulnus apertum quod necessario fuit magnum ad operationē. preparat intestina continue ad exitum, quod summe nocumētum est vel nociuum & periculosum. Et talia preparantur ab extra. Ab intra vero dētur sibi ea que dicit Aui. Centaurea & terra sigillata: & ea que dicta sunt in vulneribus membrorū intrinsecorū pectoris: quia etiam cōpetebant istis: & cauda equina ſm Gal. in 6. simplicium pharmacorū. In vulneribus intestinorū & vesiccæ a quibusdam multum cōmendatur. Et clisteria cum vino austero nigro tepido: maxime si perforatum fuerit totum vsq; ad eum qui intra porum a Gal. 6. terap. in hoc casu precipiuntur. Et dieta saltim per septem dies sit tenuis & talis quod nō faciat feces: neq; superfluitates putrefactiuas: imo consolidatiuas. Et ad hoc laudāt quatuor magistri & bene istud pulmentum. ℞. furfur triticeum & ponatur per horam in aqua calida & si esset pluuialis melius esset: deinde coletur & apponat puluis amidi dragaganti gummi arabici: sanguinis dra. consolide maioris pilorum leporis & singulis diebus ter vel quater exhibeatur. Et si virtus esset debilis brodiūt gallinarum coctarum potest dari. Et si in eo ponerentur dragagantum & gumma arabica que saporem non irritant optimum esset: & aquam decoctionis thuris masticis in hoc casu multum laudat Guilielmus.
¶In vulnere vētris penetrāte a quo procedūt intestina

aut alie particule non vulnerate: aut vulnerate & sute siue ligate: vt dictum est. Gal. & Aui. quatuor habent intentiones. Prima vz ad proprium locum reponere ea que prociduntur. Secunda suere vulnus. Tertia apponere pharmacum. Consequenter vero quarta prouidere vt non patiatur quis interiorum tumorem neqꝫ dolorem.

¶ Prima completur si vulnus est satis magnum quod cum manibus suauiter comprimendo introducantur. Aut per brachia & pedes eleuãdo cõcutiatur: & sicut dicit Rogerius reducentur. Si autem non possunt per istum modum reintrare: hoc est quia inflata sunt: vel quia vulnus paruum est: Nonne tunc inquit Gal. necessarium est in hoc duobus alterum vel vẽtositatẽ euacuare: vel vulnus maius efficere: Melius autem vt puto ꝙ prius si eo possibile fuerit fomentari. Qualiter aũt quis fomentabitur causam a qua ventosatur interimendo. Que autem hec continentis aeris frigiditas. Quocirca & sanatio in calefaciendo est: spongiam igitur oportet mollem aqua calida infundendo calefacere cum ea intestina: preparetur interim autẽ vinũ austerum calidum. Etenim calefacit magis ꝙ aqua: & robur imponit intestinis. Nonnulli quidem vt Rogerius & Theodoricus scindunt porcellos aut alia animalia per mediũ: & quãto calidius possunt super intestinũ applicant & totiens faciunt quousqꝫ intestina sint calefacta & deinflata & regrediantur. Halia. aũt precipit vt per extremitates in balneo suspendatur patiens & concutiatur: aut ꝙ intestina. cum oleo violaceo: aut cum axungia porci calida: vt dicit Iamerius inungantur. & ita regredientur intestina. Si vero & hec vtentibus manserit inflatum intestinum: precipit Gale. & omnes incidere de vulnere ventris tantum ꝙ reduci possit quod procidit. Idonea autẽ sunt ſm eum ad huiusmodi incisiones vocata siringathoma bicepes curui supple & obtusi retro & secundum finem & non acutos. Quorum formam describit Albu. ita: figura vero idonea laboranti versus inferius quidẽ deorsum superius dorsum vero vulneratũ locũ:

vna vero sit in vtrisq; intentio: vt non grauetur ab aliis intestinis illud quod procidit.

¶ Secunda vero intentio completur quod per idoneũ ministrum extrorsum cũ manib⁹ pellẽdo cõprehẽdatur tota plaga & discooperiẽdo successiue certitudinaliter per mediũ totum vulnus suatur. Qualis autem erit modus suitionis ventris dictum est superius.

¶ Tertia intentio cõpletur ꝑm Gal. cũ pharmacis sanguinolentis noĩatis. q̃ & in aliis particulis consolidare vulnera ꝑ precedentia mõstrauimus: vt supra sunt puluis suturarũ conseruatiu⁹ & stupate cũ vino & empl'a & alia auxilia incarnatiua. Ligatio vero que ab extra ad hec in his magis est necessaria: quam ligaturam diximus a pectore debere sumi. ¶ Quarta pars vero cure nõ modicum ab ea que aliorũ abscedit. Oportet eñ oleo calido cõmensurare lanã mollẽ & infundere totã in circuitu & cõprehendere quod est inter bubões & ascellas. Melius aũt est per clistere immittere ĩ intestinis aliquod tale. Aui. vero in 3. cañ. de cura ydropisis asclitis per incisionẽ inquit. Et fortasse incisioni succedũt dolor & punctura quare oportet vt administretur effusio olei anetini: aut camomillini super puncturam & super locum incisionis ponantur emplastra facta cũ fenugreco & se. lini & se. altee & similibus. Nonnulli vero vt Henricus ad delendũ tales tortiones perforatiuas intolerabiles vinum cum t[illegible]le bulliunt quibus addunt de furfure tm̃ q; spissetur & ponunt in sacco qui omnes partes dolorosas comprehendit calidum quantũ poterit esse. Et supra ligaturam applicant. Et cũ infrigidatur cum alio consimili remutant totiens faciendo donec torsiones & dolores sedentur. ¶ De materia si qua remaneret infra ventris spatiositatẽ que nõ posset exire ꝑpter suturã. nõ est multũ curandũ quia non põt esse multa cum particule ille nõ sint multũ sanguinolẽte. Et vt dixit Guil. natura eam resoluet: aut eã ad inguina delegabit: & ibi curetur ꝑm quod alia apaea in hoc loco curari cõsueuerunt.

¶ De vulnerib⁹ q̃ fiũt in dorso eodẽ mõ curentur vt dictum fuit de spondilibus & nucha superius in collo.

¶ De vulneribus ancharum & partium eius Cap.vij.

VVLNERA ancharum quedam sunt in partibus continentibus: quedam in cõtentis: quedam vero extra in procidentibus. ¶ Que autẽ sunt in partibus cõtinẽtibus eundem modum habent curandi: quem & ventris superioris.
¶ Que vero sunt in contentis que sunt vesica & matrix nihil habent proprium vulnere contentorum in ventre nisi signa: quia iudicia dicta sunt superius in sermone cõmuni. ¶ Signum quod vesica est incisa habetur per exitum vrine: & per locum in pectine designatum. ¶ Signũ matricis etiã denotat locus sub vmbilico & exitus sanguinositatis. ¶ Et durantur vt alia per suturam maxime circa eorum colla: quia magis sunt carnosa. Ideo magis sunt consolidabilia: & in eis possunt fieri iniectiones cũ his que precepta sunt lambere in thoracis particulis.
¶ Vulnera virge & testiculorum & natium: vt alia carnosorum vulnera curantur.
¶ Partes autem ancharum male ligantur ligatura incarnatiua. Sed tenẽte medicamina: vt de vlceribus dicetur infra.

¶ De vulneribus coxarum tibiarum & pedum Cap.viij.

VVLNERA istorum membrorum parũ differunt a vulneribus brachiorum. Nec a vulneribus communibus: nisi in pronosticatione q̃ pro maiori parte dicta est in sermone cõmuni. ¶ Verũtamẽ vulnera genuũ & cauillarũ: quia habẽt maiorẽ ossium ligamẽtorũ chordarũ & neruorũ insiltrationẽ: & quia sunt in bassiori loco ad quẽ promptius descẽdũt humores sunt periculosiora. Vnde aui. vulnera q̃ cadunt in genu apud rotulã sunt mala: & ad ea q̃nq; sequũtur accidẽtia mala: a q̃bus parũ liberantur. ¶ Habent tamen proprium modum ligandi maxime circa pedem

cum binda longa lata competenter incipiendo ꝯm lõgi tudinem lateris cauille transeundo subtus per soleam & voluẽdo supra pedem & retro finem tibie supra talonẽ: & ita voluendo quousqȝ sufficiat. ¶ Nõnulli vero expe diendo se faciunt ligaturam ad tenendum ꝯm formã cal caris & ligant ab opposita vulneris parte: habẽt etiam modum situandi ꝯm rectitudinem quiescendo in lecto: vt verificetur dictum lombardicum. La man al pecto. Lo pe a lo lecto. Sit deus adiutor noster in secula seculo rum amen.

TRACTATVS IIII. & est de vlceribus. Cuius sunt due doctrine. ¶ Doctrina prima de vlceribus ꝓut insunt membris simplicibus. ¶ Doctrina secũda in spe ciali prout insunt membris compositis.

PRIMA DOCTRINA quinqȝ habet capitula.

¶ De vlceribus in vniuersali Cap. j.

VLCVS ꝯm intentionem Gal. in. 4. terap. est solutio continuitatis in carne in qua cõ sistit vna vel plures dispositiones que cõso lidationem impediunt: ex quibus vt addit Aui. sanies aut putredo causatur: non enim illud quod addit Henricus in diffõne est necessarium: vi delicet emittens immunditiem diutius q̃ȝ per septẽ dies. Nam tempus nihil facit ad rubeum. Quocũqȝ enim tem pore etiam si in prima die inueniatur prescripta disposi tio in carne vlcus est. Neqȝ Gal. loquens de illis septem diebus contra Thesilum dixit quod vltra hoc sit vlcus. Nec valet quod dixit quod antiqui dicebãt quod omne apa postq̃ȝ transit quadraginta dies trãsit in vlcus: quia non dicunt in vlcus sed in fistulam. Nam in vlcere põt trãsire apa vel exitura statim quod apertum est. In fistu la autẽ oportet quod interueniant multi dies anteqȝ cal lositas que est eius differẽtia essentialis sit generata. Est ergo prefata diffinitio bona satis. Solutio em̃ cõtinuita tis ponitur pro genere: que autem & quot sunt species ipsius superius de vulneribus patuit euidẽter. Reliqua

ponũtur

ponuntur pro differentia: in carnosis siue mollibus particulis ponitur ad differentiam corruptionum ossiū que proprie nō sunt vlcera. Sed corruptiones ac etiam disruptiones: vt ponit Aui. in. 4. Alia ponuntur ad differētiā vulnerum. Nam vulnus est solutio per seipsam sine cōmunicatione alicuius dispositionis antecedente neq͂ sequente. vt Gal. dicit vbi supra: supple que faciat & augeat vlcus: & consolidationem impediat. Non tamē dico quin possit habere compositionem dispositionū sibi propriarum: aut de necessitate cōsequentium: vt magnitudinem paruitatem deperditionem substantie & non deperditionem equalitatem & inequalitatem & aliarū quarum intentio non multum repugnat a generali intētione vulnerum inquantum vulnera: vt supra in tractatu ipsorum aliqualiter fuit dictum. Ex quibus apparet quod generaliter vulnera respectu vlcerum sunt simplicia. Vlcera autem semper composita dicūtur: componūtur enim cum dispositionibus que seorsum per se existere possunt. Saniem & putredinem addit Aui. per q̄ intelligit sorditiē squammas & crustas que in ipsis vlcerib⁹ contingere possunt.

¶ Species autem vlcerum ſm Haliab. sermone septimo partis prime libri regalis dispositionis sumūt suas differentias potissimas a tribus a quibus perficiūtur & componuntur a causis. s. morbis & accidentibus. Nihilominus gratia breuitatis nō implicādo dispositiones: vt primo terap. primi faciebant vt melius comprehendamus dicta Aui. qui inter ceteros de vlcerib⁹ melius dicit. Dicamus quod species vlcerum sumuntur a duobus: a causis videlicet & accidentibus: quia differentie que sumūtur a membris cōnotationibus communibus in de apostematibus & vulneribus satis patēt. Et in fistula etiam inferius explicabuntur: a causis sumūtur quinq͂ species vlcerum: magis tamē propriorum & saniosorū. s. vlcus virulētum & corrosiuum sordidum & putridum cauernosum & profundum fistula & cancer. Ab accidētibus accipiuntur quedam species communes que aliquo modo in gradu diminuto cū vulneribus inueniūt: videlicet

vlcus discratiatum dolorosum cum apostemate contū sum cum molli & carne superflua. ¶ Vlcus cum duritie & tenebrositate labiorum cum osse corrupto cum varicibus aut vlcus difficilis cōsolidationis cum proprietate nobis occulta.

¶ Vlcus virulentum & corrosiuum & ambulatiuū dicitur vlcus quod sui malitia & acuitate emittendo virulētiam membrum mortificando consumit & deuastat.

¶ Vlcus sordidum & putrefactum dicitur vlcus ꝙ sui malitia putrefacit membrum dimittendo viscositatem aut carnem mollem siue crustosam fetidā a qua fumus eleuatur fetidus & cadauerosus.

¶ Vlcus cauernosum est cuius orificium est strictum: & profunditas lata & occulta: & hincinde deuiādo habet multas vias absqȝ duritie & callositate.

¶ Fistula est consimile vlcus cum duritie & callositate.

¶ Cancer est vlcus latum horribile sordidum cuius labia sunt dura & inuersa.

¶ Vlcus discrasiatum est vlcus in quo dominatur mala qualitas preter naturam.

¶ Vlcus dolorosum est vlcus in quo sensibilitas rei cōtrarie reperitur. ¶ Vlcus apostemosum est vlcus in quo est tumor preter naturam ab aliquo humore ꝓcreatus.

¶ Vlcus cum carne molli superflua est in quo caro marcida preter naturam inuenitur. ¶ Vlcus cum tenebrositate & duritie est vlcus durū liuidū in circuitu sine fetore. ¶ Vlcus cum osse corrupto est vlcus residuū habēs carnem mollem in qua facillime penetrat tēta que eum asperum inuenit. ¶ Vlcus varicosum est vlcus in quo sunt a parte superiori grosse & replete vene innaturales ipsum vlcus imbibentes.

¶ Vlcus difficilis consolidationis cum proprietate est vlcus quod sine causa manifesta consolidari non potest.

CAVSAE vlcerum sunt duplices antecedentes & coniuncte: quia causas primitiuas: vt dicit Dynus super quarto cañ. proprie non habent cum aduentu primo dis rumpendo carnem saniem generare non possint: licet

bene consequenter; eo quia antecedentes & corporeas mouere possunt.

¶Causæ antecedentes sunt humorũ prauitas: & eorũ nimia quantitas potentium corrodere & corrumpere corporis particulas. Que quidem generantur ex malitia regiminis: & ex peccato totius corporis: aut alicuius particule epatis videlicet & splenis. ¶Causæ vero coniuncte sunt malitie complexionum introducte in vulneratis particulis ex causis dictis antecedentibus: aut vulneribus & exituris: ac etiam pustulis apertis. Nam sicut ex formica & herpestem vlcus generatur corrosiuum: ita ex carbunculo & antrace sordidum: & ex apostematibus profundũ & cauernosum. Vnde Gal. quarto terap. Et tres modi dissanabiliũ vlcerũ videt̃ existere: qui ad discrasiam subiecte carnis: & qui ex prauitate influẽtis sanguinis: & terti⁹ quidẽ ex quãtitate. Et quia quartus qui a discrasia: q̃n̄q; quidẽ ex qualitatibus solis aliquando vero cum tumore & materia. Et quintũ ipse addit in cõmento. 6. afforismorũ vlcera annua: ſm tamen translationem grecam que sunt propter passionẽ ossis corrupti. Et sequitur in quarto terap. aliquando autem misceri accidit aliquas predictarũ dispositionũ vel omnes simul: ex quibus multe fiunt vlcerum species iã superius numerate. De simplicibus tamen tractabitur: vt per ipsas composite habeantur. Causæ autem fluxus & diriuationis hu. in sermone cõi apostematũ requirãtur.

¶Sanies est humiditas alterata & putrefacta generata a sanguine vel a carne contrita velut cinis a lignis per calorem naturalem extraneatũ. ¶Dicitur alterata quia secundum Gal. quinto simplicium pharmacorũ triplex est alteratio. vna fit a calore naturali in cibo laudabili. alia fit a calore extraneo in materia putrefactibili. tertia fit a calore mixto in materia mediocri: a prima alteratione fit materia nutrimentalis. a duabus alijs fit sanies.

¶Dicitur autem fieri a sanguine vel a carne contrita: qui quidẽ sanguis q̃n venit ad vlcus conuertit̃ vt dicit Aui. ad corruptionem; propter debilitatẽ mẽbri ob quã

attrahuntur ad ipsum superfluitates membrorum vicinantium: aut propter vnguenta mollificantia & lenientia ipsum cum humiditate & vnctuositate sua: & ista est causa saniei principalis & coadiuuãs dicebat Dynus super locũ. Et tunc quia superfluitates attracte: vt testat idem non regi possunt perfecte a calore naturali. Contingit quod in ipsis efficitur calor extraneus: propter quod in illis aliquis modus putrefactionis efficitur: ex quo contingit quod in saniẽ conuertatur: & ita habet causa materialis. Et ideo in tali conuersione caliditas semper agit & extraneatur: & fit pugna cum materia quousq; sanies sit facta. Et dicitur per Gal. in cõmento secundi affõrũ q fit sanies de humore inflammato velut cinis de lignis. Et hoc dicit afforismus Hypp. circa generationem saniei magis accidunt dolores & febres quam facta sanie. ¶ Sanies autẽ sumitur dupliciter proprie pro illa que est alba leuis: carẽs fetore horribili: laudata in sermone cõi apostematũ: large pro omni humiditate extra naturã alterata. Et de ista dicitur q quedã est subtilis que dicitur virus: quedam grossa que dicitur sordes: quedã mediocris que simpliciter sanies nuncupatur. ¶ Est aũt sciendũ quod sanies ista quedã est pauca: & ista contingit in vulneribus concauis: & alijs inquantum sunt vulnera. Alia est multa que quidem contingit in vlceribus. & propter hoc dicebat Henricus & bene quod oportet q sanies vlcerũ sit plus debito. ¶ Ex quib9 potestis iudicare q sanies est superfluitas mediocris ex mediocritate humorũ generata. In seminalem & albam qualitatem mutata vt dicebat nouus cõmentator super tertio tegni. Alba enim sunt mẽbra q̃ saniẽ generãt & spma: vt experiẽtia lõge lotiõis carnis ostẽdit. ¶ Virulentia est superfluitas subtilis ex superfluitate humorũ aquosorum generata que duplex est: calida & frigida serosa & rubicunda. ¶ Sordes est superfluitas grossa ex humoribus grossis generata. Que triplex est. quedam spissa inæqualis & coagulata alba: quædam nigra: alia vero velut fex cinerosa. ¶ Squãme sunt superfluitates dure parue in corporibus ad modũ squã-

marum piscium de humorum intrositate circuncirca vl cus generate.
¶ Cruste sunt ex eisdē: nisi quia sunt spissiores & grossiores: & super vlcera generantur.
SIGNA vlcerum habentur ex eorum diffinitionibus datis. ¶ Signa materierum influētium dicta sunt in apostematum doctrina. ¶ Quotiescunq; vides vulnus & exituram emittere saniem illaudabilē & plusq̄ debeat: reputa illa ad vlcus deuenire. ¶ Iudicat Hypp. in sexto afforismorum: quod vlcera quecunq; annua fiunt: aut longius tempus habent necesse est os emitti & cicatrices concauas fieri. ¶ Et ex commento Gal. clarius tamē in translatione arabica habetur quod vlcus ex sui diuturnitate & recidiuantia pessimitatem ostendit. ¶ Omne preterea vlcus s̄m Auicē. in primo can. fen. quarta. Quod cito reuertitur postq̄ carne repletum est; & consolidari debet: est in semita perueniendi ad fistulam. ¶ Iudicat etiam Haliab. octauo sermone partis prime libri dispositionis regalis. ¶ Quodcunque autem vlcerum simplicium siue compositorū: si 28. trāsierit dierum spatium fistula deinceps vocatur non vera sed similitudinaria: vt ipse in sequentibus exponit & infra de fistula ostendet. ¶ Amplius Aui. in quarto iudicat quod vlcera dura tendentia versus viriditatem & nigredinem sunt mala. Significatur em̄ q in eis calor naturalis est destructus. ¶ Preterea dicit quod vlcera frigida sunt alba & mollia quiescentia propter medicinas calefacientes; & calida ad rubedinē decliuia frigore delectantur. Et tactus super ipsam multum attestatur. Sicca & humida etiam suis effectibus cognoscūtur. ¶ Amplius vlceribus malis qñ associatur color corporis sicut albus purulentus aut citrinus; significatur quod epar & sanguis suus sunt corrupti.
¶ Preterea vlcera que proueniunt successione egestionum sunt male curationis. ¶ Vlcera in circuitu deijcientia pilos sunt mala. Et renascentia ipsorum sunt bona.
¶ Et dicitur quod Hyppocrates in libro de signis mortis velocis dixit: quod cum sunt homini vlcera leuia &

apostemata: & destruitur eius ratio: moritur.
¶ Amplius vlcera que in successione virulētie generāt saniem laudabilem sunt bona. Significat enim quod natura est fortis: & materia obediens. ¶ Iudicia saniei dicta sunt superius. ex dictis litere Auicē. satis intricate cōcluditur quod vlcera extremitatum lacertorū dorsi & coxarum & brachiorū: ac etiam membrorū intrinsecorum & penetrantia ad ea sunt periculosa. ¶ Amplius in vlceribus in quibus ante perfectam mūdificationem administrantur nascentia carnis generatur caro mala & superflua. ¶ Preterea vlcera rotunda sunt tarde cōsolidationis: & ideo pueros sunt interficientia. Et in eis consulitur quod cum cauterio eorū forma rectificetur. ¶ Amplius vlcera colonū. i. extremitatū adducunt apostema in locis glandosis: & maxime qn̄ corpus est plectoricū. Transeunt enim materie que influunt ad vlcera: & ꝓpter spongiositatem earum partium recipiunt & incuneātur ibidē. ¶ Preterea qn̄ medicamina conferunt in vlcerib⁹, aut saltim non nocent: significatur quod sunt conuenientia: qn̄ autem nocent & adducunt in humiditatem: tunc sunt inconueniētia. & oportet addere in virtutē desiccantiū. Quando autē addunt in caliditate & rubore, oportet minuere caliditatē cum infrigidātibus. Quando vero addunt infrigiditatem & obfuscationē: tunc diminuas infrigidantia cum calefacientibus. Quādo aūt addūt in mollitiē vlceris: tūc opꝫ stiptica addere. ¶ Quando autem corrodunt & profundant vlcus: tunc eius abstersiones frangere conueniunt: & non faciat te errare medicamen abstersiuum magis ꝙ oporteat: quia corrodendo membrum addit in humiditate & virulentia: & tu credēdo quod sit ex vlceris malitia addis in eo & ita vlc⁹ efficit ꝑfundi⁹ & calidi⁹ simile apemoso: quare infirm⁹ sentit mordificationē. ¶ Preterea de reb⁹ magis nocitiuis vlcerib⁹ est dies meridionalis & humiditas aeris cum caliditate. Et ob hoc dicitur quod vlcera tybiarum in Auenione difficilius curantur quam Parisius. Cuius contrarium de vulneribus capitis propter frigiditatem & siccitatem cerebro summe nociuam in

dictis regionibus inuentam. ¶ Amplius scire debes quod sicut iudicia vulnerum communicantur istis: ita & ista illis: & ideo recurrendum est ad ea in sermone communi vulnerum tractatus.

CVRA vlcerum concernit duo. s. vlcus inquantum vlcus: & vlcus vt tale vlcus compositum cum sua causa: aut cum suo accidente: aut in tali mẽbro seu quacũque alia dispositione. ¶ Inquantum autem vlcus est vlcus requirit desiccationem secundum quod deducitur per multa dicta Hyp. in quarto terap. Et licet in hoc conueniant vlcera cum vulneribus: nihilominus differũt in maiori desiccatione. Nam vlcera maiori indigent desiccatione quam vulnera: cum maiorem habeant humiditatem. Et ideo intẽtiones cum quibus complentur in tractatu vulnerũ specialiter cõcauorum requirantur.

¶ Inquantum vero tale vlcus compositum cum sua causa: aut altera dispositione generante & augẽte ipsum requirit ablationem causæ & dispositionis generantis & augentia vlcus ipsum: vt deductum est per totũ quartũ librum. Et ista non est cura vlceris proprie sed illius dispositionis. Et in hoc cura vlcerum conuenit cum cura apostematum. Et ideo quod hic deficit in tractatu apostematum & in sermone accidẽtium vulneris requirat.

¶ Duplex igitur est intentio talium dispositionum secundum Gal. in principio quarti terap. vel abscindere finaliter a corpore huius dispositiõis vel vincere nocumẽtũ quod ab eis est. Et hoc est dicere quod cura est duplex curatiua & preseruatiua. Sed hec quidem cum parua omnifaria existit dispositio possibile est operari. Magna vero existente nõ cõuenit vlcus in cicatricẽ ducere anteque illa sanet.

¶ Cura ergo vlcerũ vt talia vlcera cõposita cũ dispositionibus tres vel quatuor habet intẽtiones speciales. prima vitã ordinat. secũda materiã antecedẽtem adæquat: sed tertia accidẽtia & dispositiones cõiũctas rectificat. & quarta rectificatis dispositionibus curã vlceris reducere ad curam vulnerum cõcauorum precipit.

PRIMA & secũda intẽtio cõplent secundum naturam materie que peccat: & que in corpore generat euacuando

diuertendo cum flebothomijs purgationibus dictis cau
terijs vomitibus: & alijs diuersionibus & intercipiēdo
fluxum ligando epithimando vngendo cum bolo arme
no & alijs infrigidantibus & stipticantibus: de qbus om
nibus in tractatu apostematum sufficiēter fuit data do=
ctrina.

¶ Ita autem dicit Gal. in quarto terap. & influētibus vl
ceratis particulis: prauis humoribus satio quidem que
est vlceratarum hic dicetur. Quod quidem vero est cha
chochimie vel plectorie in pprijs illarum ratiocinijs iā
est dicta superius in tractatu apostematum: & specificat
modum de vtroqȝ. Quando igitur paulo amplior & nō
multo prauior fuerit: eo ꝙ s̄m naturam qui influit vlce=
ratis humor prohibere ipsum & repercutere cōuenit sti
pticando & infrigidando eas q̄ sunt ante vlceratas par=
ticulas. Oportet autem & super ligationem supra repul
siuam incipere quidem a patiēte: supersedere vero sanā
sicut in fracturis iussit Hyp. talis em̄ ligatura cōstringit
meatus; per quos materia ad particulas influitur. ¶ Ad
eas vero & in vlceribus ipsius afferemus farmaca sicca
tiora his que simplicibus. s. vulneribus offeruntur: ecce
differētiam. ¶ Nequeūte vero a farmacis detineri influ=
xione. Ecce bonam practicam: causam eius scrutādo il=
lam oportet abscindere prius. Si igitur propter imbecil
litatem aliquam suspiciētis reuma particule hoc accidit
hanc sanandam erit autem ad hoc harum particularum
vlceratarum ppria quedam sanatio. Si vero ppter mul
titudinem vel chachochimiam totius corporis vel alicu
ius superiacētium particularum illa prius corrigendum.
Imbecillitas quidem particule discrasia fuit: quomodo
autem curatur discrasia statim dicetur. Quomodo autē
curatur particula vel vniuersum corpus mittens mate=
riam que influitur in apostematibus superius fuit di=
ctum.

TERTIA intētio que corrigit & rectificat acciden
tia & dispositiones cōiūctas completur s̄m naturam il=
lorum accidētium seu dispositionum cōponētiū ipsum
vlcus. Oportet autem s̄m Gal. in eodē quarto doctrina

prima.c.primo. Nō em̄ simul dicere methodum curationis: sed vniuscuiusq; seorsum.

¶ Et primo de vulnere discrasiato.

DE QVO sequitur statim in litera. Carnis igit̄ ipsi⁹ sanabis discrasiam. ¶ Si quidē arida & dura & sicca appareat fomētās eucrata multoties a qua rectificabis carnē in singulo vero vsu intētio sit tibi fomētatiōis. ¶ Qn̄ videbis primo in ruborem & tumorem eleuatam particulam ascēdere: dyaforet em̄ quod attraxisti si fomētares amplius: & cōsulit aquam nō vinum: quia virtus farmaci in vlceribus talibus debet esse humidior q̄ in sana carne cum soluta est. ¶ Si vero humidior ea que ſm naturam caro appareat cōtraria faciēdum; intendēdo quidem farmacorū virtutem versus siccius: aqua vero omnino nō vtēdo sed si lauare volueris vlcus vinū vel oxicratum vel coctio herbe austere preparetur. ¶ Secundū hoc aūt & calidiorē decētem carnē infrigidādū superiorem aūt calefaciēdū prout etiā dictū fuit superius de vulnerum discrasia.

¶ De vlcere doloroso.

CLAMAT Gal. per totum q̄ nihil magis acuit reuma & prosternit virtutem: & impedit rectam operationem q̄ dolor. Et propter hoc cōsulit Aui. q̄ oportet in vlceribus dolorosis q̄ sunt vehemētis doloris vt sit occupatio in primis in sedādo dolorem: & illud cū mollificatiuis que tu scis proculdubio. Et quamuis sint cōtraria vlceri: verūtamē cū nō sedatur dolor: nō preparat̄ nobis curatio. Copiam vero medicinarū sedātiū habuistis superius in tractatu apostematū & vulnerum: adhuc habebitis in multis locis.

¶ De vlcere apostemoso.

DICIT AVI. oportet vt sis adiuuans in prohibēdo apostema: qm̄ nō est possibile cū apostemate vt curetur vlcus. Et si nō est tibi possibile vt ꝓhibeas cura ipm quodcūq; fuerit curatione sua cum obseruatione ipsius vlceris. ¶ Curatio apostematū dicta est superius in tractatu apostematum: & etiam de vulnere sermone communi.

¶ De vlcere contuso.

DICIT GAL. quod in quibuscunq; vlceribus caro contunditur: oportet eam putrefieri: & in saniem conuerti: & deinde nouam generare. Ista enim s̄m Aui. indiget in primis vt mollificentur & humectentur: prout dictum fuit de apostematibus superius & vulneribus contusis.

¶ De carne superflua in vulneribus.

ET FORTASSE dicit Aui. oritur caro mala quare est necessarium vt corrodatur cum medicamine acuto: & liniatur de foris cum infrigidantibus: deinde eradicetur cum eo quo eradicatur escara: deinde curet̄. Et ad talem carnem corrodēdam sunt boni cortices affodillorum & vnguētū ap̄ſtorū & egypriacū: & alia que dicta sunt de carne superflua in vulnerū tractatu & dicentur inferius valde prompte.

¶ De vlcere cum duritie & tenebrositate labiorum.

INQVIT AVI. ꝙ qn̄ corrumpitur quod est in circuitu vlceris & viridescit & nigrescit cura id cum scarpellatione & sanguinis extractione: & etiam cū ventosis: deinde adhere eis spōgiam siccam & postea medicinas exsiccantes. ¶ Si vero ad amplius dispositio extēdit dicit Gal. in quarto terap. ꝙ scrutatio debet fieri: vtrū abscindendū sit totum: quod est preter naturam: an curādum in tp̄e sup. cū medicinis acutis. Et palā est qm̄ & laborātes a nostro animo oportet vti. Quidam enim in tempore ampliori curari volūt absq; incisione: quidam vero quodcūq; sustinere prompti sunt gratia cite sanationis. Nihilominus ipse dicit inferi⁹: & enim promptissimum est ad scindendū maius vero & artificialius est sanare farmacis.

¶ De vlcere cum varicibus.

CONSVLIT Gal. in eodē quarto ꝙ prius sanem⁹ eas: cōsequenter debemus sanare vlcus. Cura tn̄ earū in tractatu apostematum superius est dicta.

¶ De vlcere cum osse corrupto.

VNDE ET AVI. Et si in vlceribus superueniu

ossium frusta & panniculi: aut alia non properet in extrahendo ea. Sed fac illud quod diximus superius in vulnerum ossium capitulo. ¶ Si autem os est corruptū est consiliū ipsius incidere carnē & detegere ipsum os quātum erit possibile: & hoc cum rasorijs: aut cum corrosiuis: vt dicetur infra de tybia vlcerata. Et ipso discooperto, si fuerit possibile auferre quod est super ipsum cū fricatione faciemus. Et si non incidemus & faciemus illud cuius est expositio in capitulo corruptionis ossis in quo dicit. Curatio corruptionis ossis est eius fricatio & eius abscissio & serratura. ¶ Nam necesse est radere & cauterisare perueniendo ad vltimū corruptionis eius: vt cadant cortices per se: aut cum auxilio medicaminū: ad ꝙ laudat aui. istud quod ℞. aristologie yreos myrre aloes corticis plāte opoponacis cābil. adusti: & est terra rubea minuta vt harena eris: corticis pini. aā. aggregēt supple cum melle: & fiat emplastrum. Est eñ mirabile: vt dicit: faciens cadere cortices ossiū & nasci desuper carnem bonam. Et certe Lanfrācus in isto casu laudat cauterium actuale post omnem rasuram: & bene dixit quia si corruptio ossis est ex humiditate contaminante ꝯpm os nihil eam ita cito & infallibiliter desiccat: & prope & longe sicut actualis ignis.

¶ Post cauterium vero iubet ipse Lanfrancus infundere locum cū oleo ro. calido. Ego autem post cauterium oleum ro. cū albumine oui per tres dies pono: & ꝑ alios tres cū vitello oui: & post butyrū cū melle ro. & desuper vnū de mundificatiuis vsqꝫ ad ossis exfoliationem continuo: & post cū puluere emplastri dicti incarno & consolido. ¶ Quod si corruptio peruenerit ad medullā tunc dicit Aui. quod non est excusatio: quin assumatur illud os cum medulla sua: sicut narrat Albuc. quod fecit in corruptione ossis cruris iuuenis. 30. annorum: & si est de illis que possunt serrari secures te de loco cum tenta vsqꝫ inueneris adherentiam carnis cum osse: quia illic est terminus & seca audacter. Si vero fuerit caput coxe vel anche: & sicut spondiles dorsi: tunc fugere ab eius curatione melius est propter nucham.

¶ De vlcere difficulter curabili cum proprietate nobis occulta.

DE QVO dicit Aui. quod nō sunt putrida neq̧ cor
rosiua neq̧ ambulatiua; sed sunt vnius dispositionis pla
na claudentia & recidiuantia sepe. In quibus sunt ne=
cessaria medicamina cum proprietate fortiter desiccati
ua secundū quod secundum scoria eris & flos eris adu=
stus & scoria ferri glutinum auri colcotar dragagantū
cum alumine & gallis que prohibent materias currere
ad membrum. Et de istis facit cerota & vnguēta & pul
ueres Gal. in quarto cathagenorum a quo accepit vnā
formam, quam Auicen. narrat. Et Brunus eam confir=
mat. ℞. climie aluminis glutinis auri añ. partes octo flo=
ris eris corticis eris vstorum añ. partem. j. gummi cipres
si partes quatuor cere olei ros. aut mirtini añ. quod suf=
ficit fiat vnguentum. Et ita tertia intentio completur.
QVARTA intentio que locum vlceratum sanat:
postq̧ dispositio repugnās consolidationi fuerit ablata
& rectificata completur cum eisdem intentionibus &
modis qui dicti sunt superius quod curantur vulnera
concaua in quibus substantia fuerat deperdita. Quis
enim non nouit inquit Gale. in quarto, quoniam omne
vlcus male morigeratum mox & concauum seu exco=
riatione fiens. Et quod talia vlcera in fine ita debeant cu
rari, testatur idem Gale. in quarto dum dicit. Nulla aūt
harum curationum que supple tractantur in quarto est
vlceris sed dispositiōis generantis vel augentis ipsum.
Et subdit inferius longe quod post illas curatio est vl=
ceris que dicta est in tertio libro. videas ergo aperte
quantam communitatem habet cura vlcerum cum cu=
ra vulneris & etiam apostematum. Non ergo mireris si
Gal. in multis commiscuit doctrinas.

¶ De vlceribus proprijs saniosis, & primo de vl
cere virulento & corrosiuo. Cap. ij.

VLCERA virulenta a corrosiuis non differunt nisi ꝯm magis & minꝰ. Nam in principio dum non emittunt nisi solam virulentiam dicuntur virulenta: postꝙ autem augetur acuitas & malitia & corrodendo augmentatur capacitas siue escara dicitur corrosiuum. Et si incedit hincinde nō multum in carne profundando dicitur ambulatiuum. Si autem intantum augmentatur malitia quod consumit membrum dicitur manducans. Et dehinc transit ad lupum & ad cancrum.

CAVSAE istorū vlcerū sunt praui humores cholerici acuti & morificati ui qui propter sui adustionē quandam fraudulentiam adipiscuntur: que vt plurimum veniunt post formicas & pustulas pruriginosas. Et post vulnera cum mordicatiuis irritata.

CVRA istorū stat in debita dieta & purgatiōe sicut est dictū superius de herpestē & formica. Vnde Gale. quarto terap. contra Thesilum. fere igitur vt sicut opere multotiens vidimus ita & sermone hominē formemus sanationi vlceris male morigerati egentē. Si quidē aliqs scalpens aliquā particulā per quā erigatur confestim vesica: deinde virus & rursus scabiosa fiat illa eadē particula. Et rupta vesica vlcus mali coloris inequaliter rodens fiat. Et hoc in tribus vel quatuor diebus a principio concidat: dicat mihi aliquis Thesilinorū. quō oportet sanare huiusmodi vlcꝰ. Ego em̄ puto male morigeratum omnino existere ipsum: & ꝓpterea cum scrutabor confestim totius corporis dispositionē qualis sit: inueniam em̄ ex eis que circa vlcus sinthomatibus circa vniuersum corpꝰ signis qualis maxime sit specie qui abundat humore. & tunc euacuabo pharmaco mox. Nam vt dixerat prius consultum est ab oībus fere antiquis qcunqꝫ rōne aliqua & methodo de cura vlcerum scripserunt quod abscindendū est operātes eas causas prius. Et non solū in vlceribꝰ esse puto necessariū: sed in oībus egritudinibus simpliciter quorū efficiēs cā adest ab illa incipienda est curatione. Nam communis est ammonitio. 13. terap. c. vl. ꝙ quia euaporatiua pharmaca multi-

tudine existente in toto corpore particulis quibusdam ablatis attrahēdo ad instar ventose implerent magis ꝙ̄ euacuarēt. Nullo vti audeas euaporatiuorū auxiliorum anteꝗ̄ euacuatiōe totius corporis: aut partis superiacē tis superabundantiā mittentis vtaris. Et de hoc fuit canon. conclusus tertio tegni. vnū cōe habēs preceptum. Efficientē vnamquāꝗ̄ earū causarum oportet abscindere prius: deinde sic venire ad eā discrasiā que facta est ex illa egritudine.

¶ Facta ergo euacuatione: sicut fuit factum in illa muliere romana patiente formicam. Veniendum est ad dispositionē factam: quam si vides calefactam ipsam infrigida cum frigidis & siccis stipticātibus & desiccantibꝰ lauando vlcus & totā particulā cū aqua aluminosa. Nā illa abluit repercutit & desiccat: vt dicit Auicen. aut cū aqua plātaginis & ros. aut cū aqua ferrata: aut cū aqua decoctionis ciperi aut mirabolanorū cipressi plantaginis psidie balaustie & consimilium. Et in circuitu pro defensione ponatur: vt dictum est vnguentū de bolo. Et in medio vlceris ponat̄ aliquis puluis desiccatiuus de litargiro plumbo vsto. thucia antimonio ere vsto corallo emathite spodio lotis atꝗ̄ psidia mirabolano & consimilibus & plagella de carpia linita cū vnguento albo. Rasis aūt cum vnguento de sexta parte litargiri in quo conueniūt omnes: aut cū dyapōsiligos: quorū forme dicentur infra in antidotario. Et desuper plumaceolū diffusum in oxicrato & postea ligetur ligatura exprimente de qua mentionē superius audiuistis. ¶ Ego aūt in talibꝰ vlceribꝰ consueui post lotionē absꝗ̄ aliquo ponere laminā plumbi tenuem in qua virtus argenti viui cum aqua plātaginis sit infixa: & ligare ligatura exprimente quod non est fas loqui propter idiotas. Tu autē videas in nono de simplicibꝰ farmacis capitulo de molibdos: & intelliges incredibilia de plumbo. De aqua aluminosa rationabilia addisces: si legis primum librū libri allegati de ligatura alias mirabilia sunt tibi dicta.

¶ Si autem corrosio vltra applicata augetur & augmētetur: purga & repurga: & cōsumatur & desiccetur ma-

teria coniuncta corrodens cum cauterio actuali. Si vis quia pretiosius est: aut plumaceoli cum puluere: aut trocisci affodillorum: aut calidicõ: & ob hoc encaustrũ est vtile. Et si est necesse cum arsenico sublimato: in parua tamen quantitate ſm ꝙ dictum fuit in tractatu apostematum de estiomeno. Et locus in circuitu semper defendatur cum frigidis. ¶ Et si corrosio ita ambularet: quandoq; facit necessarium. vt dicit Auicen. incidere membrum.

De vlcere sordido & putrido. Cap. iij.

ISTA ETIAM duo non differunt: nisi ſm magis & minus. Nam dũ vlcus non habet nisi sordem & saniẽ grossam & viscosam dicit sordidum: postq̃ aũt augeť ipsi⁹ malitia: ita ꝙ putrefacit & mortificat carnem dimittẽdo sarra: a qua eleuatur fumus fetidus & cadauerosus dicitur putrid̃ fraudulentum. Et si ambulat eius malitia transit ad estiomenum: & ad hominis mortem.

CAVSAE istorum vlcerum sunt humores sanguinei grossi praui & ebulliẽtes: ex qua ebullitione adepti sunt venenositatem que vt plurimum veniunt post carbunculos & antraces & apostemata & vulnera male tractata.

CVRA talium vlcerũ stat in dieta & euacuationibus talibus: sicut superi⁹ fuit dictũ de carbũculis & pustulis crustosis & putrefactis. Vnde Aui. in quarto hoiũ malorum vlcerũ curatio melior est cum mũdificatiõe corporis: aut ipsius mẽbri si corpus fuerit mundũ cũ eo & mũdificat ipsum solũ cũ vẽtosis: aut staraxaconibus & sanguisugis & epithimatiõibus rectificãtibus oppilationẽ. & rectificatio sanguinis cũ debita dieta. ¶ Et post ad vlcus deueniẽdũ est ita ꝙ prio sordes laueť cũ ydromelle: aut cũ aqua maris: deide mũdificeť cũ vngẽto apłoiũ aut cũ vngẽto egyptiaco. et desup ꝑcipit Lãfr. mũdificatiuũ factũ de succo absinthij mellero. farina ordei: & de myrrha; & circũcirca sp vnguẽtũ de bolo; & desup stupatã

& oxicrato. ¶ Si vero sordes cõuertatur in putredinem & corruptionem: lauet locus cũ oxicrato. aut cũ aqua cineris seu saponis. Et emplastret cũ carne pisciũ salitorũ & farina orobi & aristologia non rotũda sed longa: vt dicit Theodoricus: & squilla coctis cũ vino & mixtis cũ melle. ¶ Et ad eãdem intentionẽ Aui. dictat istud medicamẽ expertũ: & illud Brunus concedit. ℞. draganti rub. ℥. j. calcis viue: aluminis: corticis granatorum. añ. ℥. vj. thuris gallarũ. añ. ℥. iiij. cere: olei. añ. quod sufficit. fiat vnguentum. vitrioli partes. xij. colcotar, x. dragãti. xiiij. coquantur cum aceto: & fiat ex eis linimentum. Et semper vnguentum de bolo ponatur in circuitu: & desuper stupata cum oxicrato. ¶ Et qñ hmõi vlcera superfluunt in corruptione: fit necessarium ẜm Aui. vt eleuentur corruptiones cum cauterio actuali ignito: aut cum medicamine acuto: aut cum incisione: vt non remaneat nisi caro sana cognita per bonitatem coloris & sanguinis ei⁹. Et medicamẽ quidem acutũ quod non habet par in hoc casu est arsenicum sublimatum: vt dictum fuit superius in estiomeno & in glãdulis. Et dicetur infra: ad quod ꝓ ista materia est recurrẽdum. Et fortasse fit necessarium: vt dicit hic & supra Aui. incidere membrum vt saluet corpus a putrefactione sua.

¶ De vlcere profundo & cauernoso. Cap. iiij.

VLCERA talia sunt cum orificio stricto & profunditate lata occulta vnica vel pluribus recta vel torta absq; duritie & callositate. Et in hoc differũt realiter a fistula nõ obstante quod idiote oĩa talia vlcera fistulas dicunt: quod tamen non est verum: vt dicetur.

CAVSAE istorum vlcerum sunt apostemata & vulnera male curata: qñ eñ sanies magis stat in exitura q̃ debeat: aut in vulnere ꝓfundo: quod nõ põt per orificiũ mũdari: quia superius est: & fundus inferius & tardatur contra apertio: sanies cõuertitur ad nitrositatem & malitiam: & ita contaminantur parietes cauerne quod nõ

possunt

possunt incarnari & consolidari: & fit synus talpus: seu cauerna. Ad quam propter hoc quia debilitata est particula trahuntur superfluitates a membris vicinātibus: & ab vniuerso corpore & efficitur vlcus diffanabile.
SIGNIFICATVR natura cauerne cum tētis & probis de argento plumbo de radicibus & cereis candelis: & cum iniectionibus coloratis.
¶ Significatur materia exiens per colorem quādo est similis loture carnis: & per subtilitatē ꝙ est calida: & per albedinem & serositatem ꝙ est frigida. Indicatur ꝙ talia vlcera conglutinantur per bonitatem & paucitatem eius quod currit: & per priuationem doloris & tumoris in secundo ad glauconem: & per oppositas cōditiones quod non conglutinatur indicatur.
CVRA istorum vlcerum stat in bona conuenieti dieta & purgatione ſm naturam humoris peccantis dicta superius in tractatu apostematum: deinde veniendo ad particulam si tu potes cum vnguentis & emplastris mūdificatiuis & desiccatiuis siue incarnatiuis & bonis p̄ssuris & stupatis infusis in vino stiptico & decenti ligatura curare locum facias & tentes. Et ad hoc laudaẽ vnguentum apostolorum nigrum dyapalma in secūdo ad glauconem.
¶ Si autem non possit: eo quia figura non est apta immo radix fundi est inferius & orificiū superius: si est tibi possibile vt alteres situm: sicut in eodem secundo ad glauconem narrat Gal. quod fecit de illo qui habebat vlcus profundum in brachio & in coxa taliter eleuando particulam quod radix sit superius & orificium inferius facias.
¶ Si autem non potest fieri: tunc melius est ꝙ aperiatur in radice: aut incidatur ſm totum cauerna vsq3 ad ꝓfundum. Et tunc cum lichinijs aut cotonibus taliter mūdificetur & desiccetur quod incarnetur & sanetur: ſm ꝙ dictum fuit superius de profundis & concauis vulneribus: ad que est pro ista materia recurrendum. Est tamē aduertendum ꝙ anteq3 fiat incisio, sanies in loco cōgregari dimittatur vt parietes cauerne attenuētur: & talta

melius intromittatur. Secūdo quod tasta que infigetur sit lenis & cum aliquo vnctuoso inuncta: vt sine dolore intromittatur. Tertio quod tasta vel aliqua proba que intromittetur sit perforata in cauda ad modū acus: per quod possit poni cero factus de canabo aut de aliquo gracili bindello: aut de chordula que intromittetur. Et facta incisione sedetur dolor & fluxus sanguinis cum albumine oui & alijs que videbuntur opportuna. Et post inungatur & remutetur cero suendo: aut ligando alium cum illo: aut lichinia liniantur cum aliquo mundificatiuo: & desuper & incircuitu ponantur que superius sunt dicta.

¶ Si autem non est tibi possibile vt facias incisionem cōsuluit Aui. ablutionem cum clisterijs ꝑm modum Alb. si confidit quod adhereant primo cum mundificatiuis: deinde cum incarnatiuis. Et ad mundificandum Gale. in secundo ad glauconem precipit mellicratum solū: & post concedit vinum cui quandoqꝫ mel cōiungit ad expurgandum quidem & mundificandum eos qui circa eum liquorem melius est mellicratum: vt dicit: ad futuram vero conglutinationem vinum. Et desuper spōgiā nouā in vino infusam. Alij vero vt Aui. precipue si malitia fuerit notabilis: lauant cū aqua cineris aut cū aqua maris & cum aqua aluminosa que cum hoc quod est lauatiua est prohibitiua eius quod attrahitur ad membrū. Albu. precipit immittere vnguētum egyptiacum dissolutum cum aqua & melle. Nonnulli vero vt Lanfrancus & Henricus si vlcus fuerit calidum & virus vt lotura carnis rubeum lauant cū aqua & melle & decoctiōe ordei lenticularum rosꝫ. balaustiarum. Et si vlcus est frigidum & virus aquosum lauāt cum vino & melle decoctionis absinthij marubij pimpinelle atqꝫ myrrhe.

¶ Ad incarnandum vero inquit Aui. oportet quod medicine fiant currentes lauatiue cum viscositate adherente: & injciantur in eis cum clisterijs: & immittant̄ cum lichinijs & tentis. Et nos quidē iam experti sumus inqt Aui. emplastrum apostolicon. i. apl'orum: & cētaurea qñ cum ea implet̄: & est mirabilis valde. Post aūt yreos &

finitum addit Gal. deinde farina orobi & similia. Et de super ponantur emplastra & panni liniti cum aliquo quod habet rectificare illa vt dyapalma & emplastrũ nigrum vel fauum cum gallis: & mel coctum cum puluere thuris myrrhe & aloes: vel quedam horum vel omnia simul: & vinum stipticum grossum. Et postea ligetur: vt docet Gale. in secundo ad glauconem & Henricus istam ligaturã approbat valde & licet litera Gale. ibi sit satis intricata: nihilominus assumatur sic: ꝙ post expulsionẽ & mundificationem materie ponatur super totam cauernam emplastrum incarnatiuum de dictis perforatum quantum tenet orificium vlceris: & super illud orificium reponatur illud quod amotum est de perforato. & postea ligentur stricte cum binda concernente vtraqꝫ extrema cauerne incipiẽdo a fundo ipsius vsqꝫ ad orificium relaxando; postea ligetur orificium cum paruo emplastro cum vno bindello: ita quod prima ligatura non soluatur vsqꝫ ad complementum incarnationis. Sed secũda de tertio in tertium diem remutetur. Communiter ligatur cum ligatura exprimente cum ingenio qnod cum ipsa & bonis pressuris constringas ꝑ totum fundum. ¶ De tenta hesitant multi: vt Henricus & magister meus Bonon. quod solida nõ ponatur: quia saniem in loco retinet. Sed canulata aut duplicata vt sanies continue valeat exire. Et spongia super orificium ponatur: vt sanies trahatur exterius suggendo.

¶ De fistula &c. Cap. v.

FISTVLA est vlcus profundũ & cauernosum cum callosa duritie a parte interiori a quo procedit vt plurimum sanies virulenta manadat: & hoc est quod dicebat Gal. in de tumoribus preter naturam.

¶ Est aũt & fistula strictus & longus synus similis aliis synibus cõtractionẽ: idest duritiem patiens a parte intrinseca: & rursus apostasianis idest remittens pus propter influxionẽ superfluitatũ sicut & ille. Quandoqꝫ em

clauditur & nihil emittit. Quandoq; aperitur & emittit: & hoc secundum dietam & purgationem. Et ideo sanies virulenta non est essentialis differentia ipsius: sed callositas dicta cum forma fistulari. Neq; obstat quod dicit magister Arnoldus quod quãdiu sanies fistularis aquosa vel glutinosa seu praue qualitatis extiterit fistula viua manet: quia non conuertitur: quod si non manat fit extincta: licet ipse suggesserit quod quãdiu vixerit fistula nunq; poterit obturari: quia hoc est verum perfecte. Sed quoniam ad tempus & imperfecte posset exsiccari & claudi. Non putauit Gal. neq; Albu. dum dicit. Et est in quibusdam horis humiditatem emittẽs: in quibusdam vero horis abscinditur humiditas ab eadem. Illud idem Haliab. tenuit atq; Brunus. ¶ Iamerius & quatuor magistri de duritie de qua reprehendit Rogerium & Rotlandum Henricus non dubito: qm̃ ipsi intellexerunt ipsam: quia cum consumentibus carnem duram iubent eam curare. Et glossatores ipsorum ita glossauerunt. ¶ Fistula quedam est in carne: quedam in venis: quedam in neruis: quedam vero in ossib⁹. Amplius quedam est recta: quedã obliqua siue torta: & quedam est vnius synus & orificij quedã multorum. Et quedam est in iuncturis: quedam in oculis: quedam in faucibus quedam in pectore: quedam in verendis. Et sic consequenter. Ab istis enim differentijs sumitur pronosticatio & indicatio curatiua.

CAVSAE fistularum sunt ea que vlcerum cauernosorum: quia quãcunq; fistulam precedit vlcus cauernosum: & ab illo oritur: verum humores qui currunt & corrumpunt locum: sunt peiores in fistula quã in vlcere cauernoso. Est enim illa materia phlegmatica & melencholica: vt dicit Guilelmus de saliceto: in qua adustio adducit acuitatem & venenositatem. ¶ Et propter hoc dicebat Arnoldus quod humiditas dominans & ancillans frigiditas supple corrupta fistule vitam prebet.

SIGNA & indicia. Signa fistularum sumuntur a substantialiter inherentibus: vt ab illo corio calloso: & a forma fistule instrumentalis & ab accidentibus & effe-

ctibus:vt a virulentia & horribilitate que aliquando currit ab ipsa:& a dolore qui paru9 est nisi sit iuxta neruum. ¶ Significatur quod est in carne ex grossa & viscosa & turbida & cruda humiditate que currit ab ipsa. ¶ Quod si in neruo ex dolore & tenuitate ei9 quod exit. ¶ Quod si in venis ostendit per exitum sanguinis & fecis. ¶ Quod si in osse ex tenuitate & subtilitate ei9 quod exit: vt ponit Auic. ¶ Et ad hoc iuuant probationes cũ tentis & probis & lotionibus coloratis, & locus & tẽpus faciunt ad hoc quia si est iuxta neruos & ossa: considerare possumus quod infecit ea. ¶ Etiam si transiuit annum quod est in osse. si vero non: quod est in carne vel in neruo.

¶ De corruptione ossis quomodo cognoscitur dictum est supra. ¶ Iudicatur quod fistula ex toto genere difficilis est curationis maxime profunda & tortuosa massata & antiquata:& que plures habet concauitates.

¶ Preterea fistula que est in membro nobili & prope ipsum:& que ad interiora penetrat ad pectus ventrem & vesicam vel ad aliquam de costis vel de spondilibus vel aliquam iuncturam; puta manus vel pedis suspecta est & male curationis:& occupatio in ea est: vt dicit Albu. labor:& ignorantia.

CVRATIO. Fistula duo habet regimina: vniuersale videlicet & particulare. vniuersale regimen tres habet intentiones. prima vitam ordinat. secunda materiam peccantem euacuat: sed tertia membra interiora confortando & desiccando fistulam ad consolidandũ adaptat.

¶ Prima intentio completur cum debito regimine secũdum materiam ordinato.

¶ Secunda completur cum euacuationibus materie appropriatis: de quibus duabus superius in tractatu apostematũ specialiter frigidorum satis plenarie fuit dictũ.

¶ Sed tertia completur cum potionibus ad fistulã probatis: quarum ista est mihi magis dilecta. ℞. agrimonie partes. iij. plantaginis partes duas: foliorum oliue partẽ vnam; scindantur minutim & pistentur: & cum vino

albo coquantur: & fiat collatura de qua quolibet die in aurora cyathus vnus administretur.

¶ Item ad idem ℞. osmunde partes tres: gentiane partes ij. centauree partem vnam: coquantur cum vino albo: & vt supra administretur. Est enim efficax in ossium expulsione. ¶ Regimē autem particulare tres vel quatuor habet intentiones. Prima strictum orificium ampliat. secunda fistulam aufert & mortificat. tertia locum mundificat: sed quarta locū mūdificatiuū incarnat & sanat.

¶ Prima completur qnod postq̄ erit bene certificatus de semita & profunditate per foramen imponatur tēta de radice gentiane: aut maliterre: aut brionie: aut dragōtee vel de frustis spongie bene torta & aptata: quia de medulla sambuci & ebuli non placet mihi: eo quia in extrahendo sepe frangitur: imo ex hoc consulo q̄ tente ligentur cum filo: vt si adherent: aut profundarentur nimis possint extrahi sine fallacia & fiant grosse & longe s̄m foraminis quantitatem. & quod stet per. 12. horas post autem remoueatur tenta: & si foramen est sufficiēter ampliatum completa est prima intentio.

¶ Et venit secunda que est mortificare fistulā. Quequidem secunda intentio completur vno de tribus modis. vno modo sine incisione per immissionem acutorū & corrosiuorum. Alio modo cum incisione & cauterisatione: tertio modo cum incisione & callositatis euulsione. Primum modum docet Guillelmus facere cum impositione tente trociscis affodillorum, & Rogerius cū tenta de celce & sapone: aut cum tenta linita de arsenico q̄ non fallit. Si autem fistule essent diuerse cauerne: tunc oportet distemperare talia acuta medicamina cum aceto: aut aliquo liquore: & inijciantur cum instrumento taliter quod veniant ad omnes profunditates & claudatur foramen quod morentur infra quousq̄ suam fecerit operationem. Et hoc est quod dicebat Arnol. fistula tortuosa & intricata nunq̄ permittitur: nisi felleis aut nitrosis liquoribꝰ ībibatur. Ad hoc em̄ multū vȝ aqua fortis alchimistarū saltim prima; omnes enim fistulas mortificat & disrumpit.

¶ Cum incisione & cauterio completur ista secũda intẽtio sic: quod imposita tasta lignea vsq; ad radicem fundi scindatur tota cauerna ab orificio vsq; ad fundũ: eo modo quo dictum est superius de vulnere & vlceribus cauernosis: & statim propter fluxum preparetur cum albumine oui & tentis dilatantibus labia vlceris: & post in crastinum cauterizetur locus cũ cauterio actuali: aut cum potẽtiali facto de puluere affodillorum: aut arsenico. Aui. vero hoc facit cum argento viuo sublimato taliter ꝙ nihil corruptum & callosum: neq; preter naturã remaneat in vlcere quin sit totũ desiccatũ eiectũ & cõsumptũ. Et in circuitu frigida semp apponant: vt dictũ est. Q̃ o aũt separat os corruptum superius fuit dictũ.

¶ Signum autem ꝙ acuta medicina suam perficit operationem est vlceris tumefactio: vt dicit Rogerius & triũ dierum mora vt habet vsus.

¶ Cum autem fistula cauterizata & desiccata fuerit succurratur cum medicamine mitigatiuo: sicut est ĩ primis diebus oleum cum ouo: deinde cum butyro aut cum aliquo vnctuoso quousq; ignis & escara cadat & in saniẽ conuertatur. Cũq; sanies q̃ prius erat indigesta egredit digesta & minorata: signũ est ꝙ fistula ẽ mortificata. Et hoc bene dicebat Arnoldus: ex quacũq; sui parte fistula saniẽ purã & perfectã emiserit ibi est fistula iã extincta.

¶ Cum incisione siue cauterio completur ista secũda intentio: & facta incisione vsq; ad fundum vt dictum est auferatur cum rasorio tota caro in circuitu callosa & putrefacta taliter ꝙ locus remaneat purus quod apparebit per presentiam carnis bone: vt dicit Aui.

¶ Et ista est vera mortificatio & curatio fistule: & si per istos modos non curantur remittant ad sanctum Eligiũ vt dicunt gentes. Nõ obstãte quod Lanfrãcus ꝓmittit eam curare cum agrimonia & sale: quod tamẽ in opere non inueni: & si est inuẽtum in vlceribus cauernosis ꝙ fistulas recentes dicit Aui. satis fuit etiam cum pater noster colligeretur: & ita completur secunda intentio.

¶ Sed tertia intẽtio que est mundificare locum. Et quarta que est locum mundificatum incarnare & sanare.

complentur: vt iam dictum est de aliis vlceribus cauernosis.

¶ De cura palliatiua.

QVANDO autem fistula est in tali loco ꝙ non pōt curari & quando est in membris sublimibus & in vicinitate neruorum & venarum: vel si eger est debilis: & nō potest sustinere penam: vel propter timorem est magis decliuis: vt remaneat cum eo egritudo: vel forte ꝙ ꝑ cius curam peior egritudo sequeretur: vt in fistula longaonis inuoluntarius fecis exitus: tunc necessarium est ipsam palliare cum dieta & purgatione & diuersione materiæ ad partem minus nobilē: & mūdificare ipsam a carne fraudulēta & vnctuosa. Deinde repleatur cum exsiccatiuis domesticis & cooperiatur cum dyapalma aut emplastro nigro: quoniā ipsa remanebit quieta tempore longo: dūtaxat ꝙ caueatur ab aqua & a situ doloroso & a motu laborioso. Et istam palliationem ponit Aui. & Arnoldus super eam ratiocinatus est: dum dixit meatus innaturalis qui diu manauit vt in fistulis antiquatis obturari nequit absq̧ timore grauioris incommodi nisi manatio consueta ad proxima deriuet.

¶ De cancro vlcerato Cap. vj.

CANCER vlceratus est vlcus apparēs rotundum horribile & fetidum cū labiis grossis duris & nodosis inuersis subleuatis & cauernosis habens colorem liuidum & obscurum & in circuitu venas sanguine melēcholico plenas.

¶ Et videtur ſm Aui. ꝙ nominatur cancer ꝑpter vnam duarum rerum: aut propter suam tenacitatem cū membro sicut tenacitas cancri cum eo quod venat: aut propter formam suam: quia rotunda & venas emittit in circuitu que sunt sicut pedes cancri: & colorem habet obscurū vt cancer. Et Henricus addit ꝙ corrodēdo perambulat vt piscis ille. ¶ Species & differētie cācri sumunt a tribus: ab essentia egritudinis: a materia ex qua fiūt, &

a membrorum natura. Per primū dicitur ꝙ cancer alius est suauis paruus nō multum dolorosus. Alius magnus & violentus vehementis doloris. Per secundum dicitur quod quidam est ex melencholia adusta de se: & quidā ex mēlia adusta ex alijs humoribus maxime ex cholera adusta. Per tertium dicitur ꝙ quidam fit in mēbris simplicibus: vt in carne venis neruis & ossibus: quidam in compositis vt facie qui communiter noli me tangere vocat: in coxis lupus; in medio corporis cingulus: vt dixit Rogerius. Non obstante ꝙ Brunus & Theodoricus dicunt quod nullus antiquorum ita nominauit.

CAVSATVR cancer vlceratus a non vlcerato & ab vlceribus irritatis & indocte curatis. A cancro non vlcerato causatur cancer vlceratus incidēdo: sicut superius de apatibus mēlicis in cancro fuit dictum. Ab vlceribus & vulneribus causatur cancer quando propter irritationem cum acutis aduruntur & commouētur humores praui melencholici & fluunt & trahūtur ab vniuerso corpore & a vicinantibus membris in loco & putrefiunt & calefiūt: ac acuitatem & venenositatem acquirunt ex quibus generatur & augetur mala dispositio & efficitur cācer. Causæ autem primitiue mouere possunt antecedentes: & ex eis vel ex illis coniunctæ fiūt vt sepe dictum est.

¶ Signa & indicia.

SIGNA cancri sumuntur a substantialiter inherentibus: vt a substantia dura labiorum & vlceris a figura lata rotunda & cauernosa & reuersata & ab efficiētibus: & ab accidentaliter inherentibus vt a virulentia horribili & fetida: & tali ꝙ nō potest scriptura denotari. Sed qui vsi sunt statim a longe eam percipiunt. Et cum hoc si lauatur cum lixiuio; efficitur cineritius & viscosus. Et vltra cum paruis corrosiuis irritatur & eius augmentat malitia vt ponit Lanfrancus & Henricus. ¶ Iudicatur de cancro vlcerato ꝙ iudicatum fuit superius de nō vlcerato. Et vltra hoc dicitur ꝙ eius diuturnitas & perfe-

uerantia arguūt malitiam & difficultatem eius magnā. Et propter hoc dicebat Albu. quod quando antiquatur & est magnus non oportet vt appropinquetur ei. Ego autem vt dixi nō curaui aliquem: neq; vidi aliquē ante me qui perueniret ad illud. Et ideo Gal. in commento quibuscunq; in sexto afforismorum dicit quod non cures cancrum: nisi ad magnam instantiam & requisitionem. ¶ Amplius cancer qui est antiquatus & in mēbro habituatus: & qui est infiltratus in venis neruis & ossibus: & qui est absconditus: & in interioribus profundatus: & qui est in loco vbi non potest totus comprehēdi: & qui est in persona debili & timorosa melius est quod pallietur: q̄ si curaret. Curati enim citius pereunt non curati & palliati longum tempus perficiunt: vt in sexto afforismorum. in capitulo de non vlcerato cancro fuit allegatum. Et propter hoc dicebat Aui. illud mirabile quod de vlcerato efficiebatur nō vlceratus aliquoties. Quia si curatur in vno loco sepe in alio mutatur.

¶ Vltimo iudicat Guilelmus de saliceto: quod cancer est languosus morbus: quia quanto magis palpatur magis indignatur. Quare cōsulit q̄ nō nisi leniter tāgatur: & propter hoc nolimetangere vocatur.

CVRA cancri vlcerati duo habet regimina: vl'e videlicet & particulare. vl'e regimem tres habet intentiones. prima vitam ordinat. secunda materiam antecedentem euacuat. Sed tertia membra interiora confortando adaptat.

¶ Prima & secūda intentio cōplentur cū debito regimine & cōuenienti purgatiōe: de quibus superius in de apostematibus melencholicis fuit dictum.

¶ Sed tertia intentio completur cum potionibus & suspensionibus ad hoc probatis: & forte quod magis facit confidentia q̄ proprietas. Et de his sunt omnes herbe capillares: & precipue citarac & herba roberti & scrophularia: que propter hoc herba cancrosa nominatur que sunt optime ad faciendum potiones: & centinodia laudatur ab Arnoldo, Et cancri fluuiales summe valent: & smaragdus & saphyrus deportati

valentad cancrum: vt dicit Albertus. Thiriaca & carnes thirorum summe conferunt: quia expellunt omnem venenositatem ad cutem.

¶ Regimen particulare duas habet intẽtiones ſm Gal. in cõmento preallegato: & secundo ad glauconẽ: prima vt si est in loco possibili totaliter eradicetur. secunda quod si est in loco non possibili quod pallietur: que loca superius & in primo cõmento nomi nantur.

¶ Modus autem extirpandi est duplex: vnus fit cũ incisione & expressione & cauterisatione: alter sine incisione cum corrosione. In incisione caueas quod totus cum radicibus suis comprehendatur & incidatur al's nihil valeret: imo esset nouissimus error priore peior. Et post incisionem hincinde exprimatur vt sanguis melencholicus extrahatur: & post cũ ferro ignito cauterisetur.

¶ Secundo extirpetur cũ corrosione & mortificatione forti que simul totum extirpet. Nam forti egritudini fortis debet applicari medicina: iuxta doctrinam hypp. primo affõrum ad quod arsenicum sublimatum par nõ habet vt supra in estiomeno & glandulis fuit dictum & infra dicetur. Prima enim die dicit Theodoricus & bene cancrum lupum estiomenũ Nolimetangere fistulam & omnes tales pessimos morbos occidit & extirpat. Caueat tamen de loco & quantitate: in vtroq; enim modo semper defendatur locus cũ vnguento de bolo. & post operationem quam vt dictum est cognosces per loci inflationem: & per trium dierum stationem mitigetur dolor & procuretur casus escare: vt dictum est de fistula mortificato cancro quod cognosces per bonitatem carnis & carentiam virulentie & fetoris curetur vlcus more vlcerum concauorum.

¶ De cura palliatiua.

QVANDO autem cancer est in tali loco quod nõ potest totaliter comprehendi: vt qui peruenit ad interiora: aut ẽ iuxta principalia mẽbra: aut ĩ locis venis ĩtricatis: vl' eger ẽ debilis & nõ põt: vl' timorosꝰ: & nõ audet sperare curã: aut ex ipsiꝰ cura seq̃ret peior egritudo: tũc

bonum est ipsum mitigare & palliare: & hoc cum dieta & purgatione & diuersione materie ad partem aliã & infrigidare & desiccare ipsum cum aqua solatri: & cum vnguento albo de lithargiro & de tucia & plumbo vsto dyapõsiligos: & alijs mirabilib⁹ lotis & aquis & succis camphoratis ductis in mortario de plumbo & cum ligatione lamine plumbee: & alijs que dicta sunt in vlcere virulento: & in cancro apostemoso non vlcerato. Quantam autem virtutem habet plũbum in dispositionibus cancrosis nouit ille qui nihil ignorat. ¶ Nonnulli vero palliant cum herba roberti & scabiosa cerifolio caprifolio tassobarbasso puluere stercoris humani & aneti combustorũ. ¶ Multi vero mitigant eius fraudulentiam & lupacitatem cum petia scarlati: & cũ appõne carnium gallinarum. Propter quod dicit populus quod hoc dicitur lupus: quia in die comedit vnam gallinam: & si eam non haberet comederet personam: quicquid sit talia temperata sunt: & si non prosunt nocere multum non possunt.

DOCTRINA SECVNDA de vlceribus prout insunt in membris compositis.

¶ De vlceribus capitis vt est talparia & testudinaria Cap. I.

RVRSVS IGITVR ad Methodum redeamus ostendentes quantum communis vlcerũ cura permutatur ẽm speciem in vnaquaqꝫ animalium particula. Quatuor em̃ sunt indicationes que ab his sumuntur: vt in doctrina secunda tractatus apostematum fuit dictum. que licet secundũ omiomeras particulas sint dicte: nihilominus secundũ organicas sunt dicende a capite incipiendo. Et qui bene vult perscrutari inueniet quod vltra intentiones communes dictas in sermone communi de vlceribus est differentia specialis indicationum ipsius in pronostico & modo curandi.

¶ Quantum ad pronosticum scimus quod si vlcera capitis perueniũt vsqꝫ ad craneum: & ad miringas intrin-

fecas vt in talparia & testudinaria passione sepe cōtingit non modicum in operando infertur periculum maxime iuxta commissuras. Et ideo consulit Rogerius potius talem curam relinquere ꝙ opere prosequi. Et hoc considerans vt superius dixi: vna cum Lanfranco in talibus plus consului palliare quam curare. ¶ Nihilominus Rogerius quantum ad modum operandi in casu in quo patiens affectaret & requireret curam precipit vt cutis tota radicitus separetur & craneum infectum trapanetur & eleuetur: & a dura matre separet: & post cum pannis & lichinijs in melle ro. infusis & alijs auxilijs mundificetur & incarnetur prout superius in de vulneribus capitis fuit dictū: & faciebat ita magister meus Bonon. & ego feci in illo greco qui fistulam & corruptionem ossis in capite retro aures patiebatur. Iamerius autem qui talia in capitulo fistularum reponebat: post trapanationem & depurationem ossis talem puluerem cōsulebat. ℞. rane aquatice combuste. ℥. ß. gallarum saluie & addatur mirre. añ. ʒ. ij. fiat puluis. & supra vulnus dyapalma: aut emplastrum nigrum sufficit in hoc casu.

¶ De vlceribus faciei Cap. ij.

FACIES secundum quod continet multas ꝑticulas diuersas habet vlcerum spēs. In genis: oculis: videlicet & auribus: ore: & cōsimilibꝰ. In primis dicēdum est de his que in tota facie: & maxime in genis iuxta nasum venire consueuerunt.

¶ De nolimetangere.

CONTINGIT sepe post formicas & herisipillas malas & alia vlcera & pustulas male curatas in facie maxime in lepore genis & labijs accidere vlcus corrosiuum serpiginosum horribile fetidum & virulentum quod Nolimetangere nuncupatur vulgariter. & eodē genere cancri ex cholera bis adusta: vt superius fuit dictum generatum. ¶ Signa sunt corrosio mordicatiua cū

ardore & punctura virulenta fetida & sordities mala. Vnde eius eradicatio est difficilis & contagiosa: dum enim magis tangitur magis multiplicatur: & ob hoc noli me tangere dicitur: & cum hoc facies: propter sui debilitatem materias faciliter recipit. ¶Cura eius vltra regimen vniuersale de dieta & crebra purgatione dictis in apostematibus & pustulis cholericis & vlceribus virulentis est quod lauetur locus cum oxicrato: aut cum aqua aluminosa: & per aliquos dies attentetur: si poterit desiccari & sanari cum vnguentis ab vlcera virulenta. Quia talis fuit intentio Iamerij: & si non possit desuper apponatur in plagella linimentum Theodorici factum de succo linarie & plantaginis cum sale gemme. Et propter mordicationem circuncirca panni infusi in oxicrato: aut in succo alicuius herbe frigide applicent: & ter in die naturali remutetur per tres dies. Et post si morbus fuerit extinctus & locus cum melle succo apij & farina ordei fuerit mundificatus: quod cognosces per carnis bonitatem: incarnetur & consolidetur cum vnguentis vlcerum virulentorum. Si autem morbus non est extinctus: curetur vt dictum est de cancro vlcerato sicut facit Rogerius & quatuor magistri. Attendendo quod corrosiua & cauteria caute ducantur. locus enim sensibilis est & tenuis & ossa spongiosa & cartillaginosa: & faciliter alterabilia: ita quod quando ab vtraque parte perforantur in perpetuum non consolidantur: vt in sexto afforismorum superius fuit allegatum. ¶Et propter hoc ad ista extinguenda fortis cum petia securius adaptatur.

¶De vlceribus & cancrositatibus vesiccis ruptis & eleuatione vueæ oculorum.

QVIA VLCERA oculorum vltra hoc quod aliquando proueniunt a vulneribus: vt plurimum tamen ab apostematibus exituris bothoribus & pustulis seu vesiccis efficiuntur pro tanto non est mirum, si Iesus illa vocauit vlcera, Aui. exituras azarauius pustulas. Et licet ipsi numerauerunt septem species eorum distinctas vel secundum cortices cornee vel secundum situm superficialem & profundum. Nihilominus

quia non multum diuersificant intētiones curatiuas de presenti vt consuluit Lanfrancus omittantur. Sed si placet comprehendantur omnia vlcera oculorum vt quasi dictum fuit de obtalmia in tribus speciebus in paruis virulentis in maximis & cancrosis in mediocribus & sordidis. Quorum quidem omniū causæ: vt dixit Iesus sunt humores acuti mordicantes qui fluunt ad oculos.
¶ Signa vlcerum oculorum sunt dolores & lachrymarum effluxiones & obtalmici rubores. Et quando aperitur oculus si sunt in coniunctiua punctus apparebit rubeus. Si in cornea: albus & nebulosus: vlcera autem cōiunctiue sunt rubea: cornee vero alba: propter ipsorum corpora: vt dixit Iesus & Aui. ꝙ manifestat cornu nigri rasura: & hinc est ꝙ multi decipiuntur vt dicit Gordonius credētes ꝙ sit ab illa ꝓpter additionē & applicādo cōsumptiua deuastant oculum: & tn̄ est albedo: ꝓpter cauationē cornee. ¶ Iudicat̄ de vlceribus oculorum ꝙ si malignant̄ ducēt ad disruptionē cornee: & ad exitum & eleuationē vuee & per cōsequēs ad oculi deperditionē.
¶ Iudicat̄ etiā ꝙ ad vlcera sequunt̄ cicatrices albe indelebiles: eo quia cornea est mēbrū spermaticū: cuius cōsolidationes nō sunt ꝑm primā intētionē: sed per medium extraneū cōsolidant̄ vt iam superius fuit dictū & dicet̄.
¶ Amplius multa iudicia vlcerū cōmuniū hic habēt locum quare ad ea habeat̄ recursus. ¶ Amplius cōsulitur operāti: ꝙ si cū vlceribus fuerit obtalmia notabilis reuma & dolor capitis nō fatiget patiētem quousq; illa fuerint sedata. ¶ Amplius cōsulit̄ ꝙ anteq̄ ista passio ꝓsequatur ad capl̄m de obtalmia recurratur: quia in multis communicant intentiones vlcerum & obtalmiarum.
CVRATIO vlcerum oculorum ꝑm Gal. in quarto meamir. indiget hic eadē ꝑm genus que & alia vlcera ꝓpter tn̄ naturā particule oportet farmaca esse immordacissima mundificantia replentia & ad cicatricem ducentia inter que laudatur que per thuciā & consimilia lota misceantur ei & succi non solum immordacitatē habentes sed & vehementissimos dolores mitigare potentes sicut est succus mandragore. Sordidis vero existētibus

miscere oportet aliquod abstersiuorum quale est cerotum cum aliquibus metalicis abstersiuis. Et quia talia vlcera in curando quatuor habent intentiones pro tāto cura vlcerum oculorum quatuor habet intentiones: prima sit in vita. secunda in materia antecedenti & fluenti. tertia sit administratio intentionis circa vlcus. Sed quarta accidentium correctio.

¶ Prima & secunda intentio complentur ꝑm quod superius fuit dictum quod complētur in obtalmia: hoc tamē addito quod nō iaceat: neq͡ȝ dormiat super latus in quo est vlcus vt sanies non corrodat tunicas oculi: neq͡ȝ clamet: neq͡ȝ sternutet: neq͡ȝ euomat. Omnia eñ ista ducūt materias ad oculum: tota autem tua intētio sit diminuere diuertere & prohibere materiam reumatisantem vt non veniat ad oculum & sedare dolorem. ¶ Tertia intētio completur vt si pustula non est aperta quod distillētur in oculo aqua fenugreci: aut mellilotí: quia aperiunt vlcus festinanter: vt dicit Iesus post mundificetur vlcus cum hoc quod lauat quasi abstergit saniem velut distillatio syrupi ro. summe enim laudatur a rabi Moyse. 22. parte libri sui. Et post mundificationem repleatur cōcauitas cum his que faciunt carnem nasci: vt est sief albū in quo est opium cum lacte mulieris aut albumine oui: si dolor adsit. Si vero dolor fuerit repressus vtatur sief albo in quo est chimia quod Aui. lubans vocat. Et sief de thure laudatur ad hoc in quinto terap. quoniā maturat & mundificat materias grossas vt dicit Iesus: quorum forme & recepte in capitulo obtalmie & in antidotario inuenientur: sief etiam de plumbo laudatur in fine & ab hebem Mesue alcoatim azarani: repiet enim & consolidat vlcera oculorū: cuius forma recipitur a Rasi. ℞. plūbi vsti antimonij thucie ablute calcecumenon: quod est es vstum: gummi arabici dragagāti. aña. ʒ. viij. opij. ʒ. ß. fiant sief cum aqua pluuiali. ¶ Sed quarta intentio completur ꝑm naturam accidentium. De dolore satis est dictum in obtalmia.

¶ De ruptura cornee & exitu vuee.

QVOD SI PROPTER corrosionem rūpatur cornea

cornea & procidat extra vuea: ita quod sequatur eleuatio manifestum est ſm Gale. vbi supra: quoniam & propter seipsam: & propter illud quod ꝓcidit repercussiuis & stipticis indiget farmacis: & bona strictura compressis & ligatura.

¶ Et ad hoc est mirabilissimus sief de emathite: & ipsemet emathites cum albumine oui in cote fricatus: quod ℞. lapidis emathitis abluti. ʒ. iiij. ceruse climie. ana. ʒ. ij. eris vsti amidi gummi arabi. dragagãti opij. ana. ʒ. j. fiat sief cum succo foliorum oliue. Et quandoqꝫ est necesse quando eleuatio fuerit magna stringere cum lamina plumbi.

¶ Et si egritudo fuerit antiqua de vno aut duobus annis non appropinques ei: quia non habet curam: vt dicit Iesus.

¶ Et si volueris oculum decorare liga eminentiam cum filo serico & infrigida & conforta oculũ vsqꝫ quo cadat ipsa & filum.

¶ De cicatrice & vestigio quod remanet post illa inferius dicetur.

¶ De fistula in lachrymali domestico iuxta nasum.

FISTVLA in lachrymali fit vt plurimum ex apãte paruo dicto garab qui ex humoribus malis nascitur ibidem & maturando tantum tardatur ad aperiendum quod sanies conuertitur ad intrositatem & vlcerat locũ & indurat intrinsecas circũferentias & corrumpit & cõtaminat os ipsum. ¶ Et aperitur quandoqꝫ ad exteriora quandoqꝫ versus interiora oculi sub lachryma: & quandoqꝫ ad vtranqꝫ partem. Et quãdoqꝫ aperitur versus calamos narium: quedam est in carne: quedam in osse.

¶ Causæ eius sunt humores grossi qui vt dictum est in longitudine maturantur in loco & eum corrumpunt ad quam corruptionem sequitur debilitas: quare attrahuntur humores praui acuti nitrosi ad locũ & vlcus faciunt fistulosum. ¶ Significat fistula oculi ex apãte quod precessit & ex duritie & forma callosa & ꝓfunda: & ex sa

nie serosa & glutinosa que exit per foramē maxime qñ comprimitur & oculi sunt rubei & obtalmici & tactu probe certificatur: quia si est in osse sentitur asperitas. si vero in carne mollities & lenitas. ¶ Iudicatur ꝙ fistula lachrymalis est difficilis curationis propter carnositem subtilitatem: & magis propter oculi propinquitatē: sensibilissima enim est particula.

¶ Et sepe ita appropinquatur apertura de lachrymali ꝙ rumpitur area palpebre: & cōsumitur caro ipsius: quare in perpetuum fluūt lachryme & locus non consolidať: sed efficitur deformatus.

CVRA FISTVLAE lachrymalis duo habet regimina vľe & particulare. Vniuersale regimē dictū est in capitulo de fistula in communi. ¶ Particulare regimē tres habet intentiones. Prima est repercutere & resoluere & maturare ſm sua tp̄a & aperire ap̄a qñ nō est apertū. secūda mūdificare qñ est apertū. Tertia mortificare fistulā: qñ est cōfirmata. ¶ Primū cōpleť ꝓut de obtalmia dictū ē cū repcussiuis & resolutiuis & maturatiuis. Et ꝓprie maturať cū emplastro facto de farina ordei & conchilijs croco aloe & mirra cōfectis cum opoponaco in aceto dissoluto: maturat eñ & per se rumpit apostema. Et si non aperiť per se nō expecteť maturatio: sed cum lāceta longe a lachrymali aperiať. ¶ Post aūt apertionē venit secūda intētio que compleť facta bona exp̄ssione & expulsiōe saniei & lotiōe si est necesse cū aqua ruthe mellita cum tribus auxilijs. ¶ Primum est Aui. de lanugine arundinis inuenta in interiori parte eius: & ꝓprie apud radicem: & congregetur tantum de ea ꝙ possit impleri tota profunditas & cooperiatur cum dyapalma: aut cum aliquo appropriato emplastro: & remutetur bis in die. Et quando erit satis mundificatum consolidetur. ¶ Secundum auxilium est Rasis quod imponatur per foramen collirium factum de thure sarcocolla aloes sangui. draconis balaustia antimonio alumine equales partes: & de flore eris quarta pars vnius partis: & cum aqua pluuiali fiant sief. Et proprie dicit Auicē. quando dissoluitur cum aqua gallarum & inijciantur

due aut tres gutte:& iaceat ad partem aliam:& bis aut ter in die remutetur.& sic per hebdomadam continuetur.Istud enim collirium est tante virtutis quod fistulã oculi sanat vt dicit Ra.aut ita retardat quod videtur sanata.¶Tertium auxilium est Guil.de sali.quod elargato foramine mundificetur cum vnguento viridi facto de flore eris alumine & melle:aut cum puluere affodillorum:& post mundificationem cũ consolidantibus sanetur.¶Et si ista non valent; accedat secunda intentio que est mortificare fistulam que elargato foramine & certificato de fundo vt dictum fuit de fistula in communi completur dupliciter.vno modo per incisionem & cauterisationem. Alio modo per corrosionẽ:per incisionem fit quod cum lanceta forti:aut cum rasorio scindatur ꝯm rectum a lachrymali quantũ est possibile elongãdo vsq3 ad fundum.Et tunc impleatur vulnus cum tentis infusis in albumine oui,& in crastinum remutãdo inspiciatur os:& ꝯm quantitatem contaminationis cauterisetur cum cauterijs claualibus rotundis precustodiendo oculũ cũ canula vt alcoati vel cũ pasta vt Iesus aut cum cocleari argẽteo seu ereo: vt Theodoric⁹ post cauterisationem sedeť dolor & arsura:& casus escare & exfoliatio ossis procuretur vt est dictũ in cõmuni. ¶Per corrosionem curatur quod imponatur tenta intincta in aliquo caustico & premuniatur oculus cũ frigidis.¶Primus autem modus magis placet mihi & Lanfranco: quia cauteriũ cũ ferro melius mensuratur quod nõ accedat ad rumpendũ lachrymale ꝗ cũ medicina.¶Et post ꝗ erit mortificata fistula quod cognoscetur vt dictum fuit superius curetur & cõsolideť. ¶Modũ aũt curãdi & perforandi cum subula ad calamos nariũ non laudat hebẽ.Mesue neq3 ego in eo inueni effectũ.Nã satis cito post impleť foramẽ ossis.& nihil est quod currere possit ad nares.deriuatio autem materie ad calamos narium quam laudat Arnoldus cum caput purgijs est mihi dilecta.¶Et si non potest aliud fieri pallietur vt dictum est superi⁹:& cũ tali collirio quod laudat Theodoricus ℞. climie ablute & sedenegi abluti.aã.ʒ.ij.cineris fornacis

in qua purgat̃ es.ʒ.iiȷ.mirrhe aloes memithe croci opiȷ an̄.ʒ.j.confice cum vino & administretur cum albumine oui.

¶De vlceribus & polipo que fiunt in naso &c.

VLCERA que fiunt in naribus: quedam sunt sine carne superflua. quedam vero cum carne superflua. Et que sunt sine carne superflua: quedam sunt virulēta quedam sordida: quedam vero corrosiua: & que sunt cum carne superflua. quedam sunt quorum caro est mollis pendens: & quasi separata que apud G. dicuntur ozea apud Aui. alharbat. Quedam sunt quorum caro est dura non separata neq̧ pendens: sed adherens que dicitur a Gal. polipus ab Aui. cancer.

CAVSAE autem vlcerum nasi sunt hu. acuti & putridi a capite descendētes qui si propter adustionē adepti sunt grossitiem germinant polipum. ¶Si vero sine adustione ingrossantur per fricationē illam carnē mollem efficiunt. vn̄ Gal. in tertio meamir. ozene ex influxu humorum acutorum & putridorum fiunt polipus grossorum humorum est germen. ¶Dicitur autē polipus ad instar illius piscis sic nominati: quia multos habet pedes. Et ideo ab Auenzoar multipes nominatur. quia firmiter loco adheret in quo est: vel assimilatur carni eius vt dicit Gal.

SIGNIFICANTVR iste passiones aperiendo nares cū instrumēto dicto speculū cuius forma est hec. ¶Ad solem cum visu vt dicit Halia. & tactu: dicitur autem polipus ꝭm Aui. & Lanfrancum a carne illa superflua: eo quia caro illa est mollis pendēs de colore & substantia pulmonis indolorosa non adherens nisi secundum radicem: & vt plurimum venit post egritudines catarrosas. ¶Polipus autem est durus siccus dolorosus vmbrosus horribilis & fetidus venenosus non pendēs sed firmiter naribus adherens: & vt plurimū incipit per se a pustula cicerali & paulatiue augmētatur & crescit vsquequo ad palatum perueniat.

¶Vlcera nasi non sunt negligenda quia ad polipū sunt

via vt dicunt omnes. ¶Polipus enim ex toto genere est perniciosus. nam est de genere cancrorum absconditorum. Iudicat quod melius est non curare q̃ curare: vt dicit Hypp. Sufficit enim ei via blanditiua sine incisione & corrosione: vt dicit Aui. ¶Caro autem addita cum qua nasus est tractabilis & boni coloris absq; timore curetur: vt dicit Brunus. ¶Ex quibus apparet q̄ illa distinctio quam ponit Rogerius & multi alij: quod polipus quidam est curabilis: quidam non curabilis. Non proprie accipit polipum: sed large pro quacunq; carne in naribus preter naturam exorta.

CVRA communis vlceribus & polipo supposita vita & purgatione dicta superius in materijs acutis & melencholicis est secundum Gal. vbi supra siccare & roborare caput qualiter autem oportet roborare caput totū vt nulla ab eo superfluitas in inferioribus partibus fluat vel influat: dictū est multoties supra in obtalmia & dicetur in reumatibus oculorum.

¶Et sequitur quod postq; per illa feceris caput robustū ad curam ozene & vlcerum inuenies; intentionem habens siccare patientē particulam per farmaca permixte virtutis repercutientis vcz & dyaforantis. vnde in quinto terapen. Naribus vero multo quidem siccius: q̃ oculis: minus vero q̃ auribus oportet esse farmacum.

¶Et propter hoc si vlcera sint virulenta vnguenta alba cum plumbo vsto sunt eis ꝓpitia: vt Haliab. ponit. ¶Si autem sint sordida & crustosa lauentur cū vino & melle decoctionis camomille melliloti nasturcij ellebori atq; mirrhe. Et si est necesse cum lixiuio; deinde cū vnguento apostolorum mundificentur; & sic imponatur tenta de radice acori infusa diu in oleo iuniperi in quo scamonea fuerit dissoluta optime mundificat & sanat. Et vnguentum quatuor magistrorum est spāle in hoc quod fit de menta agrimonia oc°lo xpi & verbena tristis cum axungia porci: Et postea cum vnguentis albis dictis consolidentur. ¶Si autem fuerint corrosiua cum medicamine Gal. in iij. meamir. quod Aui. recipit de tribus generibus malorum granatorum austerorū dulciū

& acidorum incipiendum est: fit autem ſm ipsum per hunc modum. Incidere ea oportet recentia & matura & pistare diligenter vt exprimi possint succi ex eis que reponere oportet in vase de piltro vel de vitro parū coquendo ipsum: si nimis est humidus quod vero relinquitur ex eis solidum & grossum reiteratur fortiter vt ex eo possint lichinia fieri que in naribus ponantur: & quādo illud in lichinijs faciēdo erit consumptum accipe de succo quem seruasti vtendo eo vel cum penna vel cum lana circum apposita grafio. Approbate autem operatur predictum collirium.

¶ Et si dictus succus desiccaretur: postꝗ esset puluerisatus insufflādo posset apponi & frequenter fiat vt nunquam sit particula patiens sine ipso. Si autem istud non valet recurrendum est ad trociscos andaron & calidicō dissolutos cum vino dulci: aut aceto si passio fuerit dura & post mundificetur: vt dictum est & consolidetur.

¶ Et si vlcera essent vehementis doloris curentur cum vnguentis dictis in quibus modicum de opio ponatur. ¶ Et si adesset caliditas oleum ro. aut nenufarinum precepto Haliabatis respiret & supra: & iuxta nasum sandalis memitha portulaca & similia cum aqua rosata & aceto ponantur. ¶ Vlcera autem sicca & ragadie seu fissure cum cera & medulla cruris vituli & muscillagine seminis citoniorum dragaganto oleo amigdalarum curantur. ¶ Caro autem superflua que est leuis non fraudulenta neq; cancrosa ſm Albu. per istum modum inciditur: oportet vt facias sedere infirmū inter manus tuas oppositum soli & aperi nares eius: & extrahe carnes ad exteriora & incide quod comprehendisti cum spatumine subtili acuto a parte vna donec scias quod tota caro iam est ablata. Quod si remaneat ex ea aliquid cuius abscissio non est possibilis rade illud cum facilitate donec non remaneat ex eo aliquid. Si autem dominatur tibi sanguis aut apostema abscinde eā cū eo quod scis. ¶ Et si nō est tibi possibile īcidere ꝙ est ī altū in supiorib⁹ ossibus nariū ꝙ cognosces faciēdo suggere acetosum: aut

aliquod tale si non venit ad os: tunc intromittas suggē- do per nares & spuendo vt faciunt pueri in scholis: aut cum acu plumbea filum nodosum vsquequo perueniat per os: deinde serrando tantum ducas quousq; caro fuerit incisa & consumpta. Deinde extrahe filum & intromitte cum tenta vnguentum egyptiacum quousq; fuerit consumptum quod remansit. Et si cum illo vnguēto liniretur filum bonum esset. ¶ Nōnulli vero vt quatuor magistri quando eis non est possibile totum consumere vsq; ad radicem: scindunt nasum in latere vsq; ad os: deinde incidūt illud superfluum & cauterisant: deinde bene & firmiter suunt. Ego tamen non consulo ꝙ suatur quousq; fuerit securus ꝙ sanguis sit restrictus & radicitus totum euulsum; quia ita parum nō potest remanere de radice quin redeat: & ita pro nihilo operatio esset facta. Et post renouando labia vtiliter potest sui. ¶ Alij vero vt Rogerius imponendo ferrum ca℞m per canulam carnem illam incidunt. Ego tamen vidi sepissime ꝙ illa canula sic caliditatem cauterij recipiebat ꝙ patiens operationem non poterat sustinere: & q̄n minuitur cum pānis est ita impedita ꝙ cum difficultate operatio perficit ¶ si autem patiens ferrum ca℞m timuerit iubet ipse Roge. stuellum vel tētam intinctam in ruptorio apponere. Et post casum escare vt cetera vulnera sanare. In omni tamen casu circūcirca infrigidantia & prohibētia & sedātia dolorem apponantur. Et tente plūbee canulate quādo erit necesse imponantur.

¶ De fluxu sanguinis qui a naribus fluit.

SCRIPSIT Ga℞. in tertio meamir. ꝙ Heraclitus tarētinus trōbos auferens primo tentam inunctam cū licio in aqua dissoluto ad restringendū imponebat & apprehendendo narem cū digitis ab extra sic comprimebat quousq; restringebatur vel olibanū: & alia auxilia que ad plagas in succo poligonie & est virga vel bursa pastoris infusum lichiniū vngēs imponebat. Cōfert etiam vt dicit frontem infrigidare spongijs in aceto acerrimo

infusis. Et partes capitis eleuatas tenere & brachia & manus & bubones & testiculos genua & pedes cõtrahẽdo ligare & fricare. Ita enim sanguis diuertitur & dimittit nares. Et dare in potu infrigidantia: & nares pannis oppilare freqũeter: & in ore tenere aquam frigidam pluuialem. In. 5. vero terap̄. non laudat stipticantia circũcirca quousq̃ diuersio sit facta: quia capiti nocerẽt aperte. Iubet em̃ ad alia conuertere prius puta flõia vel vẽtosa in hypocũdrio & occipitio & fricatione & ligatione talium extremorum.

¶ De alcola & vlceribus oris.

VLCERA que fiũt in ore recipiunt easdem diuisiones que in narib⁹ hoc addito ꝙ corrosiua: quedam sunt in lingua quedam in gingiuis: quedã in osse mandibule vnde sicut vlcerationes que fiunt superficie tenus in ore Gal. nominauit in. 6. meamir. & Aui. in tertio alcola. Nõnulli vero in gingiuis cancrositates habentes quid caliditatis ignee: ita & illas que in ossibus fistulas dicit communitas: & que carnium sunt additarum ficus & emorroydes.

CAVSAE istarum passionum sunt tales: que & narium nisi ꝙ in pueris vt plurimum accidit ꝑpter lactis malitiam & eiusdem male digestionis.

SIGNA significantur ex visu & ex tactu: & ex colore iudicatur hu. ex quo fiunt rubedo sanguis; citrinitas cholera: albedo phlegma: nigredo melencholia.

¶ Vlcera oris vt plurimum succedunt pustulis bothoribus & apãtibus que in ore fiunt.

¶ Iudicat Gal. vbi supra quod vlcera oris sunt difficilia quia sunt in locis calidis & humidis in quibus citissime multiplicatur putrefactio & corrosio. Et cum hoc appositum farmacum nõ multum potest manere in loco: profundantur enim statim a saliua.

CVRA etiam quodammodo consimilis est eorũ que in naribus: nisi quod flebothomia venarum lingue est eis multum iuuatiua: vt fuit dictum in squinantia: & cũ hoc propria habent farmaca. ¶ In virulentis autem bothoribus sufficiunt farmaca que moderate siccant: sicut

dyamoron & batifructum & corticis nucum viridium succum: & cipressi poma: vt in quinto terap̄. dicit. Aui. vero addit lentes sumac. Communitas autem plantaginis aquam & rof. caprifolij & consimilium.
¶ In putridis laudatur vinum mellitum decoctio celidonie cipressi ciperi mentastri gallie croci atq; mirre. In corrosiuis vero alumē & vitreolum. vnde Gal. in sexto meamir. Ego autem in paruulis lētem cum pauco pane & medulla ceruina: aut vitulina do & fructus stipticos cum cibo eis permisceo velut sunt citonia & nespille: aliquando de lactucis endiuia portulaca administro: & facio eis colluere moderate stiptica sicut sunt sumach & rose. Consequenter eos cum dyaforeticis linio. In maioribus calcantum & vinum stipticum addo. Et si aschalas fuerit sordida mel adiungo. Et corrosiua eruginē eris & commoderatum farmacum cum oleo & calidicon facio: sicut cerotum cum erugine eris vlceribus concauis tempero. ¶ Si igitur huiusmodi vlcera corrosiua & cancrosa fuerint in gingiuis ipsis prius fricatis & expressis a sanguine malo lauētur sepe cum aceto squilitico decoctionis foliorum oliue: deinde liniātur cum tali medicamine. ℞. Vtriusq; aluminis salis adustorum gallarū psidie cupularum glandium cinamomi gar. aristologie saluie rof. ossium dactilorum tybiarum cancrorum adustorum. an̄a. partem. j. puluerizentur: & cum aceto dicto: & melle misceantur: & fiat linimentum: aut in puluere applicetur in loco. Et si ista non valeant trocisci affodillorum: aut calidicon: siue andacaron: aut aqua fortis apponantur. Et si necesse fuerit locus cū cauterijs actualibus cauterizetur. ¶ Si autem ossata fuerit fistula in gingiuis remoueantur dentes & foramē dilatetur: & si cum vna gutta aque fortis: aut arsenici sublimati & repressi nō potest fistula mortificari quantum erit possibile os discooperiatur: & quod corruptum fuerit cum acu argentea aut enea: vt ponit Roge. cauterizetur & vt fuerit necesse: postea procuretur: & si non potest bene mundificari per partem superiorem consulunt multi quod cōtra aperiatur per inferiorem partem: difficile tamen est ad cōso

lidãdum propter saliuam: & quia apertura que ab intus & extra non inuenit locum in quo appodiet se sicut fundamentum in terra in primo pronosticorum. ¶ Verum quia dolor cõsequitur ista vulnera & impedit operationes que in eis fiunt precipitur ꝙ sedet cũ oleo rosꝫ. intus & exterius applicando. Gal. autem in sexto meamir. cõsulit oleum lentiscinum cum retinetur in ore: repercutit enim intristanter absqꝫ asperatione & dyaforat immordaciter. ¶ Quando autem dolor fuerit sedatus & cãcrositas & fistula mortificata & conuenienter mũdata: tũc procedatur ad incarnandum abluendo os cum vino & melle decoctiõis thuris: & cum linimento facto de aloe mirra sarcocolla mastice thure sangui. draconis & melle rosa.

CARNEM autem additam si dura & cancrosa est non tangas curando: sed palliãdo. Si vero mollis fuerit & bene tractabilis fuerit incide eam & cauterisa: si fuerit necesse: & ꝓm modum dictum in naso. Et si posset eã ligare cum filo circa radicem esset via securior: propter sang. & infirmi timorem.

FISSVRAE labiorũ corriguntur cum vnguẽto dicto in naso; aut cum oleo quod exit a nucleo nucis dum cõburitur; applicatum enim mirifice sanat eas: vt dicit Rogerius. Albu. vero si cum his non sanantur iubet eas vsqꝫ ad profundum cum paruo cultellari cauterisare: & postea eas curare donec sanentur.

¶ De vlceribus aurium.

VLCERA aurium easdem distinctiones causas & signa habẽt que & narium & oris: farmacis tñ indigent siccioribus in quinto terap. vt euidẽter declarauit in vlcere quod curabat quidam sapiẽtissimus thesilinus. vnde in tertio meamir. quicunqꝫ quidẽ recẽter patiunt vlcera auriũ & sine dolore curat glauseriũ quod est sief memithe solum tritum cum aceto: & que vocãtur a medicis dyamirra & dyacroca. ¶ Que vero cum dolore trocis. andronij. ¶ Si vero hec comitantur scoriam ferri cũ aceto liniens vt plurimum in sole aut in igne. cum sartagine vtere confidenter. Si igitur auris indiget lautione

lauetur cum oximelle: aut cum vino & melle & aqua ferrata. ¶ Si fistula est aut caro addita procedatur vt superius est dictum. In omni tamen casu sedetur dolor sicut supra de apostematibus fuit dictum.

¶ De vlceribus que in collo: & per consequens de his que in dorso Cap. iij.

VLCERA que in collo: & que i dorso fiūt non habent ab alijs diuersitatem nisi in ꝑnostico: quia sunt periculosiora propter venas & arterias & neruos & vias aeris & cibi. Et que sunt in dorso periclitātur: ꝓpter nucham.

¶ De vlceribus que sunt in homoplate & brachijs Cap. iiij.

VLCERA istarum particularum nullam habent diuersitatem ab vlceribus aliarum particularum nisi in pronostico & modo ligandi de quibus satis fuit dictum in cura vulnerum ipsorum.

¶ De vlceribus que sunt in pectore Cap. v.

VLCERA que sunt in pectore que non penetrant curantur vt alia: que vero penetrāt in genere fistularum reponuntur; ad que vt dictum est non valet curatio. Sufficit enim quod pallientur.

¶ Cura enim palliatiua: aliqñ fit curatiua. Et est supposito bono regimine vt superius de vulneribus pectoris fuit dictum. Si consideretur quod materia cōgregetur intus & cadat: & impediat mēbra anhelit⁹: & ꝙ possit per illum locū expurgari: elargetur foramē si sufficiens nō est ad imponēdū canulā clisteris cū tenta de gentiana bene ligata vt nō cadat intra. Et postea mundificetur inijciendo mellicratum vt docet Gal. sexto terapē. aut vinum mellitum: aut aliquod de lauamentis dictis in cura vulnerum pectoris ad quam pro ista materia est recurrendū. Et desuper ponat mundificatiuū de melle cocto: aut de his q̄ trahūt materiā a fundo: & ab vlcerū

concauitatibus dictis in vlceribus cauernosis ad que etiam pro ista est recurrendum. Preterq̄ in hoc quod medicine acute velut est flos eris in istis vlceribus non iniiciantur. ¶ Si autem non posset expurgari conuenienter aperiatur inter quartam & quintam costam: prout in illo capitulo fuit dictum. Et procuretur illud vlcus cū vnguento apostolorum aut aliquo mundificatiuo vlcus antiquum superius consumpta callositate fistulari cum cauterio consolidari permittatur. ¶ Potiones in isto casu sunt laudate de quibus copiam superius habuistis, vnam tamen approbat Henricus quam vidit per quendam magistrum administrari: & multos curare q̄ fuit de radicibus cardonis fullonum trita & cum melle mixta data mane & sero in quantitate nucis communis. Vnde Auer. in quinto colliget carsof. i. cardo fullonum est calidum in secundo siccum in tertio mundificat omnem putredinem per vrinam cocta cum vino & remouet assellarum & a toto corpore fetorem: & generaliter habet resistere a tota specie omni putredini & est medicina cibalis & saporosa.

¶ De vlceribus ventris Cap. vj.

VLCERA ventris que non penetrant curantur vt alia. ¶ Que vero penetrant in genere fistularum reponuntur ad que parum valet curatio. Sufficit eñ vt palientur cum bono regimine & conuenienti potione & mundificatione cum emplastro mundificatiuo & consolidatiuo.

¶ De vlceribus ancharum & partiū eius Cap. vij.

IN ANCHIS aliquoties sunt vlcera in membris continentibus: aliquoties in contentis: quandoq̄ vero in membris procedentibus vt in virga & osseo & ano: vlcera vero que fiunt in membris continentibus eodem modo curantur vt vlcera ventris. Que vero in membris fiunt contentis chyrurgicorum non sunt speculationis. Que autē fiunt in procidentibus vt in virga & in matricis collo sunt excoriationes calefactiōes vlcera virulēta putrida

& corrosiua & cancrosa. In ano ragadie vlcera fistule. In vtrisq; emorroydes carnes addite ficus & condilomata. ¶ Quorum cause sunt humores mali corrupti & apostemata & vulnera male curata fricatiões & tactus inordinati.

SIGNA autem eorum visui & tactui sunt manifesta & instrumentum dictum speculum s̃m Auicē. ad hoc multum iuuat. ¶ Iudicantur per Gal. in nouo meamir. & per Aui. in tertio quod vlcera istorum membrorum sunr difficilia. quia sensibilissima sunt hec membra: ac etiam superfluitatum exitus que per seipsa: & maxime cum cholera mordaces sunt & cum hoc medicamina apposita non habent tempus sufficiens: quia facillime cū extractionibus cadunt: & cum hoc sunt calida & humida ab aere protecta ad que festinat putrefactio & additur quod propter verecundiā non monstrātur quousq; fuerint malignata. ¶ Et deteriora sunt illa vt dicit Aui. que fiunt in lacerto que est in radice virge: & in ano & que profundantur interius q̃ sint in manifesto.

¶ Curatio vlcerum virge & colli matricis.

VLCERA SINE flegmone in pudendo & ano s̃m Gal. in fine. 6. terap. cathaplasmate mollificatiuo nullo egēt: sed farmaco cicatrisante non tali sicut alia vlcera: sed in tantum siccius in virtute in quātum sunt & he particule sicciores carne. Et q̄ sunt apud bala^m plusq; circa totum pudendum quod quidam decredens coactus vti talibus in tribus diebus sanatum est vlcus de quo fuit magis dolens q̃ admiratus eo quia praua fuit nutritus heresi dogmatū propter quod si fuerit sola excoriatio & calefactio sufficit lauare cū aqua ros. & plātaginis: & ad vltimum cum aqua aluminosa & ponere vnguenta alba maxime camphorata: aut corticem bugie: seu balaustie: aut fungū bedegaris puluerisata & exsiccare cum pannis delicatis. ¶ Si autem fuerint vlcera recentia virulēta: & quodāmodo corrosiua in his aloes solum bonum est farmacum. Et assimilatur ei plumbū vstum cliuia abluta cum vino & thucia litargirum & cerusa & fortiora his es vstum & pini cortices: & lapis

emathites. Et medicamen compositum a Gale. consuetum quod fit per chartam de panno combustam alumē combustum & cucurbita sicca adusta. Et medicamen Au. ad ea expertum que indigent exsiccatione vehemēti cum incarnatione. ℞. thucie aloes sarcocolle thuris lapidis emathitis corticis canne combuste gallarum balaustiarum acatie puluerisentur: & cum oleo rosato fiat vnguentum. Et si vlcera fuerint versus partem interiorem virge precipit Aui. quod predicta cum iniectorio intromittantur.

¶ Si autem fuerint antiqua & putrida & cancrosa lauētur & epithimentur cum collirio tali quod Lanfrancus ponit in parte. ℞. vini albi lib j. & aque plantaginis & aque ros. an. quartam. j. auri pigmenti. ʒ. ij. floris eris. ʒ. j. terantur subtilissime & misceantur cum aliis: & fiat collirium: hoc enim mortificat desiccat & sanat. Et fortius illo sunt trocisci affodillorum & aldacaron & arsenicū non deficit.

¶ Si autem fiant maligna ita quod locus denigretur: tunc melius est vt penitus locus niger abscindatur: & post cauterisetur. & cum aliquo caustico maxime arsenico ponendo inter viuum & mortuum vt dictum fuit de estiomeno separetur. Et post loco mundificato caro generetur & consolidetur. ¶ Si tamen in istis vlceribus fluxus sanguinis accideret: cum pulueribus & auxiliis restrictiuis communibus: aut cū illo quatuor magistrorum facto de alchanna & filtro combusto & de plumis galline combustis non poterat restringi trumbis omnibus bene remotis ponatur arsenicum: quia non fallit dūtaxat quod cadat supra venam apertam in quo casu si medicamina non poterant super locum attingere precipiunt prefati magistri incidere pellem: & tunc auxilia applicare. Quod ego facio īuite: quia male postea cōsolidatur & prepucium cadit & congregatur: & facit tumorē sub virga quod est valde tediosū ꝓpter quod iudei circuncisi ab huius pena sunt securi. Nihilominus ſm Gal. in decimo terap. qui nō habet nisi vnā viā licet sit fallax velit vel nolit oportet ꝙ transeat ꝑ illā. ¶ In oībus

casibus intendatur ad dolorem & ardorem cũ populeo ne cum succo solatri mixto cum pauca farina ordei: aut cum albumine ouorum & oleo violato: vt ponit Rogerius: & si sanguis nõ dubitatur cum balneo decoctionis maluarum & similium.

¶ Et prohibeatur materia cum vnguẽto de bolo armeno & infrigidando partes vsq; ad inguina cum oxicrato & succis frigidis & vt propter apostemationem nõ claudatur foramẽ virge ponatur in eo tenta de cera vel de panno delicato & ligetur locus & sustentetur cũ sacculo & ligamento.

RAGADIAE AVTEM & ficus que veniũt in virga & matrice & carnes superflue curantur vt que in ano de quibus dicetur infra.

GROSSITIES que sub virga efficitur ꝓpter incidere prepucium ligetur & incidatur: & post si est necesse propter emorrosagiam cauterisetur.

FORAMINA que veniũt in prepucio & in virga per vnde sepe venit vrina male consolidãtur in sexto in alio. 26. afforismorum.

¶ Curatio vlcerum emorroydarum.

QVIA COMMVNITER ad emorroydes sequitur fluxus & vlcera: imo sunt vlcera & fluxus: aut causæ ipsorum vt innuebat Gal. sexto afforismorũ pro tanto dicet de ipsis in hac doctrina. ¶ Emorroydes sunt tumores & inflatiões dolorose generate ex fluxu humorum in capitibus venarum emorroydarum. Et propter hoc bene dicebat Lanfrancus ꝙ emorroys erat nomen commune mẽbri & egritudinis. In ano aũt terminãtur quinq; vene que emorroydes nuncupanẽ vt in anathomia fuit dictũ. Et passio & mẽbrũ sic dicit ab emorroy grece quod est fluxus sanguinis latine: quia ab illis sanguis exit: & expurgatur saltim vsq; ad capita venarũ & saluatur quãtum ad surdas. Aliquãdo naturaliter: aliqñ preter naturam loquẽdo de naturali ſm quid non vt in fluxu mẽstruorũ qui simpl'r ad salutẽ totius speciei ordinatus est. Sed partis vt in corporibus melencholiam habentibus. Nam illa preseruat ab egritudinibus multis

non obstante quod Gal.dixit in sexto de accidenti & morbo.quod omnis fluxus sanguinis est preter naturā. Menstruorum commēsuratorum supple excepto.Intellexit enim hoc in tertio eiusdem libri aperte dispositionis non nature regulariter operantis & sanguinem malum expellentis.

¶ Emorroydarum multe sunt species & differentie:quedam enim sumuntur ex parte materie:quedam ex parte loci:quedam ex parte annexorum.

¶ Ex parte materie sumuntur differentie:quia ab omnibus humoribus excepta cholera possunt fieri:morales fiunt a sanguine grosso verucales a melēcholia.vesiccales a phlegmate.vuales ex mediocribus humoribus.Et nominantur ita similitudine rerum a quibus sumūt nuncupationem:vt habet ex dictis Aui.in tertio canōn.sui.

¶ Ex parte loci quedam sunt manifeste:quedā occulte.

¶ Ex parte annexorum:quia quedā sunt surde nō fluentes:quedam autem sunt aperte & fluentes.

CAVSA EMORROYDARVM ſm Rabi moysen dicitur abundantia sanguinis grossi melencholici vt plurimum:vt raro tamen aliorum ſm ꝙ dictum est.In naturam tamen melencholie approximatorum. Ingrossantur enim & aduruntur humores ex malo regimine:deinde sua ponderositate ad inferiora descendunt & replent venas illas que sunt in margine ani.& calefaciunt & dolorant ex quibus inflantur & crepātur & faciunt fluxum.Et eas excitāt male materie acute currētes ad locū:aut acute medicine velut aloes & scamonea & consimiles istis vt hebē Mesue dicit &c.

¶ Signa & indicia.

SIGNA EMORROYDARVM habent per visum & tactum:& ad hoc multum iuuat instrumentū dilatatoriū speculum dictū:maxime in occultis:quia cū ipso aperitur & dilatatur anus.¶ Emorroydes cōsueuerunt sequi dolores & grauitates ancharum & dorsi:& faciei coloratio mala.¶ Et vt plurimū veniūt periodice

de

de mense in mensem: vel de quarta anni vel de anno. ¶ Iudicatur ꝙ si currunt moderate conferunt: & bene fe runt: & tunc non sunt restringende: quia preseruãt cor pus a lepra mania stranguria: & ab egritudinibus melẽ cholicis. ¶ Si autem superfluant: & nõ conferant restrin gantur: quia male tolerat patiens: adducunt ydropisim: aut ptisim. Et in hoc sequitur documentum Hyp. sexto afforismorum. Emorroydas antiquas habẽti sanari: nisi vna relicta fuerit, periculum erit ydropisim aut ptisim fieri. ¶ Iudicatur etiam nisi cito occurratur dolori emor roydum cito apostemantur: & cito apostema ad fistulã conuertitur.

REGIMEN emorroydarum est duplex: vniuersale & particulare. ¶ Vniuersale regimen habet tres intẽtio nes: vna est in vita: ꝙ non generetur sanguis grossus me lencholicus. secunda est in materia antecedenti: ꝙ si ge= nerata est domestice expellatur. tertia est in potionibus & antidotis proprie talibus ab intra datis que eas desic cant & sanant. ¶ Primum completur cum debita admi nistratione sex rerum non naturalium & trium eisdem annexarum. Quas pertractare exquisite esset lõgum: al terius enim speculationis est. Et cũ hoc magister Arnol dus & Rabi Moyses multa & diffusa dixerunt de ipsis sufficit quantũ est de presenti scire ꝙ ẜm Rabbi. 14. sunt cibi a quibus debent caueri patientes emorroydes: vide licet acetum: fabe: lentes: grysse: caules rubei: dactili. pi= sces grossi. Carnes bouine & caprine: & salite: carnes auium aquaticarum: capita animalium caseus antiquus panis azimus & male coctus sal & omnia acuta salsa= menta & omnia que dicta fuerunt superius in ãpatibus melencholicis. Et cum hoc summe caueat a constipatio ne ventris. ¶ Secundum completur per acceptionem in terpolatam dyacathalicon: aut dyacassia: aut pillularũ de bdellio que ẜm Ra. ℞. mirabolanorum bellericorum kebulorum indorum. añ. ʒ. iiij. serapi. ʒ. iij. nasturcij. ʒ. ij. liquiritij rase. ʒ. j. bdelij. ʒ. xv. cum succo porri fiãt pillule dosis sit. ʒ. ij. vsqȝ ad. iij. verum Aui. dicit ꝙ non cõferũt non habentibus periodos. ¶ Tertium complẽt cum tali

electuario probato.℞.mirabolanorum indorum belleri corum emblicorum lautorum cum aqua buglosse:vsq; quo dimiserint eorum amaritudinē.ʒ.v.radicis tassibar bassi.ʒ.ij.zinziberis cinamomi galāge nucis muscate oli bani.añ.ʒ.j.ameos spice squinanti.añ.ʒ.ß.scorie ferri pre parate & cocte cum aceto.℥.j.penidiarum li.ß.panis zuc carili.ij.aut plus si fuerit delicatus fiat electuarium.

¶ In regimine particulari emorroydarum ꝺm magistrū Arnoldum duo intenduntur.primum est si nimis fluant quod restringantur.secundum est quod dolor pro toto posse sedetur.

¶ Primum completur cum tribus.primo quod vitētur acria & acuta & inflammātia vt ira coitus & exercitiū forte.Et ꝙ vtatur delectabilibus stipticis non ante cibū sed post propter ventris constipationem vt sunt pira co cta & similia amidum & risum ac ordeum:tūc sunt ele cta & pedes & auricule porcorum & vinum grossum & stipticum & aqua ferrata.

¶ Et si fuerit estas pōt vti mane & sero syrupo roſ.aut mirtino & citoniorum miua.Si vero hyēs:laudanꝫ sibi in ieiunio radices triferum:aut radices tassi barbassi co cte in sirupo roſ.& hoc est secundum.

¶ Tertiū est vt applicenꝫ exterius stiptica aliqua videli cet in estate fiat sacculus ex tribus partibus roſ.& vna mirtilorū & bulliāt vnico feruore in aqua deinde expri matur & supra applicetꝫ.In hyeme vero saluia cōquassa bitur & fricetꝫ cū multo oleo roſ.& in sacculo ponatꝫ & applicetꝫ:aut desup ambobꝰ sedeatꝫ.¶ Rasis tñ in restrin gēdo precipit administrare trocis.de karabe cū sumac. Et super epar ponere emplm̄ de spica in caplo de debi litate epatis positū.¶ Precipit ēt hic Aui.ꝙ fiant vētose in spatulis & applicenꝫ intus & extra lichinia de pilis le porinis & tela aranee & puluere facto ex aloe thure san gui.draconis balaustijs & cōsilibus incorporatis cū al bumine ouorū.Et atramēta sunt q̄ retinēt sanguinē in cisionis:vt dicit ipse.¶ Secūdū quod intēditur complet cum mitigantibus dolorem:mitigatur eñ dolor ꝺm ma gistrum Arnoldum multipliciter ꝺm quod a multis cau

lis causatur: quandoq̧ eñ causatur propter sanguinis euacuandi retentionem: quandoq̧ propter excrescentie impulsionē: quandoq̧ ꝓpter earum inflationē: qñq̧ propter siccitatem & duritiem egestionum.

¶ Qñ aūt causatur dolor propter sanguinis retentionē mitigat̄ dupliciter. vno modo ad perfectā curā: alio modo ad remediū tantum. ¶ Cura vero perfecta est vt causa doloris abscindatur perfecte: quod fit si sanguis qui superfluit sensibiliter euacuetur: & p illas partes maxime per quas natura cōsueuit: & adhuc conatur euacuare. s. per emorroydes. Et ideo festinandū est vt ille aperiantur. Et hoc fit trib⁹ modis. vnus est cū flebothomo vel lanceta: alius cū sanguisugis appositis cū canna. Tertius est cū medicinis. Et melior medicinarū est folium ficulnee quod debet prius vna pars cōteri cū alia quousq̧ lac effluat: & postea cum eis fricētur emorroydes donec aperiantur. Et eodem modo fricantur cū rotulo cepe, aut aloes succotrinū cum felle bouino superponat̄. Aut ꝫm Aui. sumantur pulpe colloquintide. ʒ. iij. amig. amararum ʒ. iiij. fiant ex eis lichinia longa & retineant̄ in ano: & sint hec de quinq̧ in quinq̧ horis. Si vero tardatur apertio: est consilium Arnoldi quod aperiantur vene que apparēt grosse supra dorsum pedis & de vtraq̧ ℥. iij sanguinis extrahantur. Et si de illa nequit fieri cōsulit fieri de basilica. ¶ Ad remedium faciendum sunt in proposito calefactoria mollitiua que suauiter & insensibiliter detumescere faciunt superfluitatem sanguinis resoluendo fiunt autem hec calefactoria secundum eundē Arnoldum duobus modis.

¶ Vno modo vt medicine cocte in aliqua olla sub sella perforata & sedendo in sella recipiatur vapor per inferiora.

¶ Alio modo vt medicine cum aqua decoctionis earum ponantur in gandali vel concha: & sedeat ibi vel immergatur spongia in illa aqua & exprimatur: vel fiat sacculus & applicetur. Medicine vero q̄ bulliētur in aqua erunt folia lingue canis vel maluarū vel bismalue. M. ij. violarū. M. j. mellilotí pitarie tātūdē fenugreci

lib.ß. ¶ Rasis autem ad hoc laudat cepe album coctum & tritum cum butyro vaccino vt mollesiat & tepefactum supponatur. ¶ Aui. laudat mellilotum & lentes excoriatas coctas. & cum vitello oui: & oleo roſ. mixtas. & quandoq; vt dicit ponitur dyaquilon mollificatum cum oleo roſ. aut adipe anatis cum aliquãtulo croci & opij. ¶ Haliab. facit emplastrũ de camomilla melliloto porro communi radicibus bismalue cuiusq; fasciculum & trita in aqua fortiter decoquere iubet donec dissoluantur: postq; in mortario terantur: & oui vitellũ supermisceatur: deinde farine fenugreci: seminis lini: bdellij in adipe galline calefacti seminis partem: misceãtur & terantur omnia & fiat emplastrum & sit molle. ¶ Rabi moyses dictat butyrum coctum & despumatũ ductum ad solem in mortario de plumbo quousq; nigrescat & est valde mirabile: vt dicit in sedatione doloris: & vocat hoc succũ plumbi. Et si misceretur oleum crisomillorum in quo resolutum esset bdellium fieret gratum Auicen. Et axungia galline & anatis in hoc casu ab omnibus conceduntur. ¶ Guillelmus de saliceto dictat vnguentum ad hoc quod ℞. olei roſ. vncias quatuor. ceruse vnciam vnam. lithargiri. ℥. ß. cere. ʒ. ij. opij ℈. j. corticis mãdragore. ʒ. ß. fiat vnguentum. ¶ Ad vltimum si dolor est nimis infestus succurrendum est cum probata medicina Alexandri qui mihi in thenasmonibus: & ad omnes dolores ani multos honores dedit. & Lanfrancus etiam idem inuenit vt dicit. quod ℞. thuris mirre licij croci. añ. partem. j. opij partes duas. terantur & conficiantur cum vitello oui & muscilagine psilij & oleo ro. & fiat linimentum de quo inungatur lichinium quod ponatur infra & plagella ab extra. ¶ Quãdo aũt dolor causatur propter excrescẽtiam si sint vuales que ex retentione generantur sanguinis proficiunt remedia prius dicta. Si sunt verucales proficiunt vitellum oui cũ oleo violaceo agitatũ in estate. In hyeme vero cum oleo amigdalarũ: aut butyro: aut aliqua muscilagine mixto. Si morales exsiccatiua sine mordicatione prosunt velut puluis factus de folijs tassibarbassi vel plantaginis vel

radicis cannarum aduste adiunctis cerusa & litargirio: & cum istis eisdem potest fieri vnguentum qui vult. In alijs etiam & in istis si non mitigantur oportet ire ad earum ablationē: veruntamen si antique sunt semper vna debet remanere aperta propter documentum dictum quod conuenienter potest fieri cum aloes mixto cum vno ficu super ipsam applicato: & cum hoc in regimine semper debet esse sobrietas. Et nō auferantur omnes insimul: sed successiue: & est magis dilectum magistro Arnoldo vt auferantur paulatim cum suauibus corrosiuis qualia sunt ea que sunt de natura salis vt sal gemma & sal nitri fex vini adusta incorporata cum melle. Nonnulli vero vt Rasis Auicen. & Haliab. acuta medicamina vt trocisc. diabardich quod est de viridi eris & calidicon apponere precipiunt. Rogerius vnguentum ruptorium cum capsula apponit desuper. Aui. vero & Albu. & Brunus cum secta sua magis videtur placere quod cum ferro calido vel frigido incidātur. Et si essent occulte docent eas cum ventosa aut cum conamine exprimendi extrahere & eas cum digitis vel panno capere & tenere quousq; operatio sit completa. Ipsi etiā vna cum magistro Arnoldo docent eas cum filo ligare & cōtinue taliter stringere quousq; per se cadant. ¶ Quando autem dolor fuerit propter inflationem earum tunc ſm Arnoldum sufficit quod lauentur cum aqua tepida decoctionis seminum frigidorum cucumeris cucurbite & portulace & liniantur cum albumine oui: & succis vel aquis frigidis: & muscillagine psilij vel inungantur cū populeone seu cum ceroto Gal. ¶ Quando autem contingit dolor propter duritiem fetuum vtatur rebus linitiuis & detur in principio prādij. ℥. j. de cassiafi. In actu etiam assellandi immergantur inferiora in aqua decoctionis maluarum & inungatur anus cum oleo rosato tepido. & hoc est probatum.

¶ De ficu que fit in ano.

FICVS ATRICES & condilomata que in ano virga & matrice fiunt sic non curantur vt ponit Theodoricus cum millefolio paritaria cum pauco sale

pistata & quotidie apposita ligētur & incidātur & vtā tur cum cauterio actuali vel potentiali vt de emorroydibus fuit dictum. Et dolor sedetur: sicut & illorū sedatur.

¶ De fistulis que fiunt in ano.

FISTVLAE QVE fiunt in ano: quedam sunt penetrantes infra spatiositatem intestini longioris: quedam vero non sunt penetrantes sed tendentes ad alia loca. Et que penetrant ad intestinum: quedam profundantur vltra tres digitos versus medium musculorū ani: q̄dam penetrāt circa versus marginem ani. Ille vero que non penetrant ad intestinū: sed tēdunt ad alia loca: quedam incendunt in carne ancharū & marginis exterioris ani: quedam versus ossa ancharum & caude versus vesiccam & radicem virge. hec enim sunt differentie que faciunt diuersitatem in opere.

CAVSAE ISTARVM fistularum sunt que aliarum apostemata: videlicet & emorroydes & vulnera male curata: quando em̄ sanies permittitur in locis illis calidis & humidis cite putrefactionis vltra debitū stare corrodit illa & alterat: & facit sinum & fistulas.

SIGNA FISTVLARVM istius loci sunt processiones causarum dictarum. Et durities atq̧ nodatio & ingrossatio que accidit prope anum: & quādoq̧ aperitur: quādoq̧ clauditur a qua exit virus aquosum siue serosum. Significatur esse profunditatis cum proba de plumbo aut de radice petrosilini vel de costa malue seu preuenche. ¶ Signum autem q̧ penetrant ad intestinū habetur per exitum fecis & ventositatis per foramē fistule: & cum proba immissa per ipsum foramen fistule: & digito preparato per rasuram vngule: & in vnctionē cum aliquo vnctuoso immisso per anum: quando se ad inuicem absq̧ medio obuiabunt. Significatur quod est in corpore musculorum per priuationem operationis ipsorum: non enim sufficienter possunt continere feces: neq̧ digitum stringere immissum per anum.

¶ Signum quod tendit ad vesiccam habetur per nocumentum vrinandi. ¶ Quod vero incedat ad partes ossium proba manifestat. ¶ Iudicatur per Auicen. quem

In hoc sequitur Lanfrancus: quod si fistula ani non magnum facit tedium dimittatur & teneatur munda cum pānis lenibus & cotono suaui & lauamentis: & collirio roß. dicto ad fistulas oculorum & emplastro nigro: nam eius cura est multum tediosa. Et forte quod patiens propter ipsam non minus viuet: imo siue forte magis cum ipsa stet in loco emorroydarū: & est velut emūctoriū. materia enim emūctoriorum naturalium vel factorum ex nature assuetudine absq; graui periculo nō pōt ꝓhiberi: propterea vult Albu. quod in fistula que penetrat ad vesicam & ad ossa ancharum & caude non curetur: quia curatio earum non est nisi labor infirmorum & fatuitas stultorum medicorum. sufficit em̄ eā palliare. Infiltrate em̄ & ita ꝓfundate sunt cum illis particulis q̄ nequit homo venire ad radicē. ¶ Amplius est intētio oīm quod fistula penetrās supra mediū musculorū ani nō curetur: eo quia peior egritudo que est exitus inuolūtarius egestionis sequeret. Melius ergo est quod pallieī. ¶ Ceterū fistula q̄ nō penetrat: sed incedit in carnē iuxta arū & anchas: & que penetrant non multum elongando ab vno potest curari sine timore vt dicit Ra.

ISTAE FISTVLAE sicut & alie duplex habēt regimē: vniuersale & particulare: vniuersale dictū est superius in capitulo de fistula in communi. ¶ Particulare dicendum est hic. ¶ Cura igitur fistule non penetrantis sed in carne incidentis curatur elargato foramine cum tenta de gentiana per incisionem cauerne & cauterisationem cum cauterio actuali vel potentiali vt dictum est de aliis: nisi quod iste locus propter eius naturā indiget maiori infrigidatiōe & prohibitione q̄ alia. Brunus autem & Theodoricus magis commēdāt in ista fistula cauterium actuale q̄ potētiale: est em̄ in vltimo iuuamēto: & non adducit materiam in loco.

Penetrantes autem fistule ſm Rasim non sanantur: nisi cum ligatione & extractione cum falce: deinde curantur vt dicit cum medicamine incarnatiuo. Et causa est secundum Brunum & Theodoricum: quia aliter ille humiditates que congregabantur in cauernositatibus

non poterant euacuari neq̧ desiccari.imo ipsemet feces adunato foramine eas expurgãt & mundant.¶ Modus autem ligationis ꝯm Albu.est ꝙ per foramen fistule intromittatur acus plumbea in capite cuius sit chordula cerisina de tribus aut quatuor filis:postea cũ digito preparato intromisso in ano plicando caput ipsius acus ducatur per anum:& extrahatur extra acus.& filum remaneat & ligetur stringendo qualibet die taliter quod totum illud spatium a transitu fistule vsq̧ ad anum sit incisum.Et tunc super ipsum mitigantia dolorem sunt apponenda.Et si patiens non potest attẽdere dolorem:tũc cõsulit Rogerius ꝙ ligetur in capite fili paruum bindellum de panno linitum cum aliquo corrosiuo & extrahẽdo filum seu chordulam dimittatur bindellus & ligetur non tamen stricte:tunc desuper apponantur mitigãtia ardorem.¶ Modus incisiõis cum falce:quod est ꝯm Albu.instrumẽtum tale est:ꝙ extrahatur cum chordula immissa extra quantum erit possibile intestinum comprehẽsum per ipsam chordulam:& post intromittendum instrumentum dictum bene scindẽs totum illud quod comprehensum est cum chordula scindat̃:ita ꝙ chordula expediatur.¶ Vel aliter ꝯm magistrũ meũ intromittatur per foramẽ chordule instrumentum tale curuatum & cauatum ab vna parte:& desuper cum cultellari ignito totum comprehensum incidatur:sic ꝙ chordula & instrumẽtum expediãtur.Inciso quod apprehendebatur cum chordula de intestino & viuificato foramine innaturali cum naturali mũdificato loco ab escara si qua sit incarnetur locus cum fomentatione vini & vnguento apꝯorum & emplastro nigro & puluere incarnatiuo:si est necesse:vt dicebat Ras.Non obstãte ꝙ Brunus & Theodoricus volunt ꝙ post incisionem oportet ꝙ fistula mortificetur & callositas illa destruat̃. Ad nullam em̃ necessitatem video ꝙ proficiat remotio callositatis:imo expedit ꝙ remaneat & ꝓcuret̃ maior. Tota enim intẽtio debet esse post incisionem ꝙ totum foramẽ corietur & cicatrisetur:sicut est intestinum vt superfluitates non cadant super carnem nudam & dolo

rem inferant in ea.

¶ De ragadijs.

ADRAGADIAS q in ano virga & matrice sup=posita dieta remollitiua confert fomentare locum cum aqua decoctiōis maluarum & radicis eius atq; seminis lini. Et inungere cum vnguento Raſ. quod suscepit Lā francus. ℞. olei ro. ℥. iiij. cere. ℥. iiij. ceruse. ℥. ß. plūbi vsti. ʒ. ij. amidi dragaganti. añ. ʒ. j. opij camphore. aña. ʒ. ß. albu=minis ouorum quinq; numero fiat vnguentum. ¶ Liga ture istarum partium sunt plurimum ad tenendum me=dicamina & fiunt in passionibus ani & inguinum cum brachali & binda pendente bifurcata. In bursa testicu=lorum cum coxa. In virga cum sacculo ad brachale li=gatis.

¶ De vlceribus coxarum tybiarum & pedum Cap. viij.

VLCERA que in istis particulis fiunt vt in alijs neq; alium modum curandi specialem ha bent q; alia excepta ligatura que in coxis inci pit in genu in tybia super cauillam: & indiget maiori quiete propter promptitudinem descendēdi hu mores ad ipsas: bene tamen est verum q cancros qui in huiusmodi particulis fiūt: vulgus & etiam Rogerius in coxa lupos vocat. In tybijs vero cancrenas. Lanfrācus vero estiomenos vocat. Et facit differētiam inter ipsas & malum mortuum que est fetida scabies: de qua dicet infra. Non est tamen curandum de nominibus: vt sepe dixit Gale. Quicquid sit si talia vlcera cancrosa nō curā tur cum aqua aluminosa & plātaginis vt supra dictum est: placet mihi q vt dicit Lanfrancus cauterisentur to taliter cum cauterio cultellari: & cum ipso eorū forma rotunda reducat ad longā: vt citius cōsolidet: & post mi tiget ignis cū ouo & oleo roſ. & maturet & mundificet escara cū emplo de apio: & defendat locus cū vnguento

de bolo vt semper est dictum. ¶ Si vero os fuerit contaminatum & super ipsum aliqua eminentia apparuerit: consulit Rogerius quod minutis circũferentijs cum aliqua pasta vel pãno cerato vel dyaquilone vel aliquo emplastro frigido adherẽte caro superposito impleatur de aliquo caustrico: & stet a mane vsq; ad sero vel econuerso. Et postq; caro fuerit denigrata & mortificata ad extinguendum ignem desuper ouum cum oleo ros. si vis apponatur: & ꝓcuretur cum butyro & caulibus pistatis quod caro mortificata cadat: & postq; ceciderit os abradatur & remoueatur quousq; remaneat mundum. Et si est necesse cauterisetur & tractetur vt supra dictũ fuit de osse corrupto. Et post vti cetera vlcera curetur: in casu tamen quod totum os esset mortificatum & tabefactum dimittatur: quia incurabile est vt dicit. Caue tamen de quantitate corrosiui seu caustici: quia pericula vidi: a quibus nos liberet omnium deus liberator. Amen.

INCIPIT LIBER quintus de algebra & extensione & restauratione ossium fractorum & dislocatorũ. Cuius sunt due doctrine.

¶ Doctrina prima est de restauratione fracturarum.

¶ Doctrina secunda de restauratione dislocationum.

DOCTRINE PRIME sunt octo capitula.

¶ De restauratione fracturarum vniuersaliter Ca. j.

FRACTVRA OSSIS vt fuit dictum superius in de ossium vulneribus apud Gal. in sexto terap. dicitur ꝫm linguam grecorum quecunq; solutio cõtinuitatis facta in osse. Secũ dũ autem linguam nostram dicitur solutio in osse facta nõ a quacũq; re: sed a cõtundente vt vera sit prima differẽtia solutionis ossis quod quedã est incisa: quedã cõtusa: nõ accepta a cã efficiẽte: sed a dispositione derelicta propter verba Gal. in quarto terap. A causis em̃ ꝓcatharcis seu primitiuis tãq; a nõ entib⁹ nõ suscipit indicatiõ curatiua: sed solũ significatiua sola vtiq; dispõ derelict

a natura particule sunt principaliter illa que curam iudicant: dispositio vero includit essentiam rei: & sua accidentia seu dispositiones consequentes. ¶ Et ſm hoc dicitur quod fractura quedam est simplex quedam composita simplex ſm Gal. in capło preallegato: quedā est virgalis: seu transuersalis: quedam est scissuralis seu longitudinalis. Et quelibet istarum vt dicit Lanfrancus: quedam est completa in qua rotunde frangitur totum os q̄dam incompleta in qua non frangitur nisi medietas: aut aliqua pars sola. Et iterū quelibet istarum: que est equalis & plana: quedā ī equalis squirlosa & frustulosa. Et adhuc quelibet istarum quedam est in osse vno: quedā in duobus associatis.

¶ Composita vero quedā est cū vulnere: quedā cū dolore: quedā cū apāte: quedam cū equitatura & nodatione ossis male consolidati: & sic de alijs. ¶ Que autē sumuntur a natura particularū ſm Alb. quedā sunt in osse nasi quedā in osse mandibule: quedam in furcula: quedam in brachijs & sic consequenter. A talibus enim differētijs sumuntur intentiones curatiue.

CAVSAE fracturarum sunt que & aliorum vulnerū omne quod aptum natum est contundere & frangere ossa vt est casus & percussio.

¶ Signa & iudicia.

SIGNA AVTEM fracturarū ſm Hali. octauo sermone ptis prime dispōnis regalis seu sui patēt fractura q̄dā si manꝰ fiat ꝓxima & tangat membrū fractū ptes inuenit ossis ad īuicē sepatas variasq; & mēbri figuram inequalē. Et ſꝫ Ra. & Aui. palpādo cū manu crepitatio audit̄ in osse. Et dolor dū tāgit̄: & īpotentia sustinēdi super hoc attestāt̄. & cāe q̄ faciūt fracturam ad hoc dant iuuamētū: vt dicit Aui. verū in longitudinali nō inuenitur grossities naturalis in substātia ossis: vt dicit Lanfrācus sine presentia aliorū vt dicit Ra. Est tn̄ ibi dolor & q̄dā īequalitas: vt ostēdit sēsꝰ. Alias aūt differētias ōndit sensus & pn̄tia singularū. ¶ Iudicatur per Aui. vltra indicia data supiꝰ ī de vulneribꝰ ossiū ad q̄d capł̄ꝫ ī mł̄is ꝓ ista materia ē recurrēdū. Q̄d fractura trāsuersalis integra

male preparationis est: quia cum difficultate remanent ossa ſm continuitatem naturalem: & ideo sepe in ipsa accidit ossium superequitatura: & maxime quando est in vnico osse non associato: vt in coxa vel in ambobus associatis. ¶ Amplius fractura que est prope iuncturam difficilis est: quia male potest ligari. Et vt plurimum in ea motus remanet difficilis & durus. ¶ Preterea fractura cum dolore & apostemate & cassatione carnis & frustulis est mala: quia non potest bene restaurari quousq; illa fuerint correcta: fractura autem cum vulnere & disruptione etiam est difficilis: quia oportet dimittere foramen pro vulnere preparando: & binde & astelle deficiunt: quare male potest membrũ in sua equatione seruari: fractura autem q̃tomagis moratur ad restaurandũ tanto deterior est: quia induratur & implentur spatia aliena sub͡a: & ita in restauratione indiget magna extensione. Magna autem extensio suspecta est ad spasmum vt ponit Aui. ¶ Amplius fracture diuersificãtur ſm spatium & terminum in quo morantur ad conglutinandũ & sanandum vt craneum in 35. diebus: os nasi in 18. diebus. costa in 28. & sic de alijs vt dicet̃ infra. Et etas etiã in hoc addit & minuit. vt Iamerius dicit.

¶ Preterea inquit Aui. & Hali. in 9. sermone secunde p̲tis quod cause quare ossa retardantur ad consolidandũ sunt multitudo embrocationis cum aqua cal̃a & mutatio crebra & ĩ motu festinatio & sanguinis viscosi paucitas: aut nimia strictura prohibens membrum nutrire: aut frustorum ossium presentia. Et ꝑpter hoc dicit Auicen. ꝙ restauratio chol̃icorũ & conualescentiũ & etiã senum minoratur: imo dicũt Alb. & Iamerius quod in decrepitis non fit restauratio. ¶ Et de illis que significant restaurationem membri est equalis cõparatio ad socium sibi comparem comparata & delitia & apparitio sanguinis quem expellit natura cum studio ad fracturam. Et ideo dicitur inflatio membri sine magno dolore post preparationem primam: & deinflatio post tẽpus reparationis est bonum signum.

CVRATIO generalis fracturarum sequit̃ inten-

tiones generales vulnerum superius in de vulneribus dictas. Et prout habetur a Gal. in 6. terap. & ab Aui. in primo & quarto. Quatuor sunt principales intentiones prima est ossis equatio. secunda ipsius equati conserua tio. tertia est cum poro ligatio. & quarta est accidetiũ correctio. ¶ Verum anteq̃ procedatur ad ostendendũ quomodo dicte intentiones complentur. Premittantur sex documenta que sunt necessaria ad operationes pre fatas.

¶ Primum documentum est quod ante omnia preparẽ tur necessaria ad reductionem: primo locus aptus secun do ministri conuenientes. tertio albumina ouorũ in bo na quantitate & oleum ro. & pannus infusus in eo ma gnus secundum quantitatem membri fracti quarto filũ & binde tres late & lõge ꝑm membrum de vna aut dua bus brachiatis ĩ oxicrato infuse & expresse. quinto stu pate leues bene & equaliter facte secundũ quantitatem membri infuse etiã in oxicrato & expresse. vt consulit Ras. 6. astelle plane & leues de abiete vel de ligno a va ginis spatarum: aut de cornu, aut de ferro siue corio lon ge ꝑm membrum ad tres vel quatuor digitos vltra fra cturam: vt dicit Albu. & plus si est necesse: duntaxat ꝙ non tangant neq̃ offendant iuncturam grossiores in me dio q̃ circa extrema tot quot sunt necesse ad inuoluen dum totum membrum: de vna tamen ad aliam digiti vnius sit latitudo: & quod cooperiantur de panno & li niantur cum albumine oui. septimo quod si est necesse habeantur canuli cum chordula ligati singulariter tot quot sunt necessarĳ ꝑm longitudinẽ membri & cũ chor dula ligentur astelle: & cum canulis voluendo stringãt ad sufficiẽtiam. Et postea per omnes canulos virga par ua intromittatur: vt reuolutionem & stricturam suam non perdãt. octauo quod habeatur cunabulum aut su spensorium in quo mẽbrum firmiter & plane situetur. nono lectus de almatrachĳs in quo iaceat. Et si est ne cesse sit perforatus ad assellandũ. decimo chorda pẽdẽs supra lectum: aut aliud ad appodiandum & iuuandũ se cum voluerit assellare: aut se erigere & girare.

¶ Secundū documētū est de equatione ꝙ in tempore equationis sint duo ministri: & vnus teneat & trahat mēbrum ab vna extremitate & alter ab alia directe vt eminentie non frangantur. Et si conuenienter cum manibꝰ nō possunt extēdere mēbrū fractū ꝙ circū immittant laqueos vel organa qualia Hyppo. nos docuit vt ibi supra dicit Gal. Organa autem illa credo sint corni lignei cū colūnis sicut dicit Alb. aut facti ad modū spin gularum vt habebat ille de limello & extēso mēbro cū manibꝰ magister tractando ipsum ſm longitudinē cū facilitate ducat ad contrarium que egressa sunt exēplo vtentibus: eo quod sanū est vt ibi supra dixit Gal.

¶ Tertiū documentū est ꝙ cōseruatio que fiet per ligaturam & per situationē fiat faciliter & indolorose. Eliget inquit Gale. vtiqꝫ quis descendere & plasmare & superligare & deponere ſm modū & figurā indolorosissimā. Nihil em̄ est cā magis destructionis mēbri ꝗ dolor qui ꝑuenit ex strictura & inepta repositura. Et aduerte ꝙ ex hoc multa mēbra vidi estiomenari & corrūpi: de quo etiā Rasis operantem incantat. Ligatura em̄ que quidē remissa est nō tenet ossa: que vero fortiter est restricta dolorē operat̄ & vitā non permittit venire in mēbro. fiat ergo mediocris. terminꝰ aūt eius est bona toleratio: vt dicit Ras. & dictū est supra. Tres aūt bindas cōsulit Hypp. in ligādo fracturā: prima em̄ de loco fracture ascendendo que est materiei descēsus ꝓhibitiua. Secunda a dicto loco descendēdo q̄ est materiei expressiua. Custodiunt igitur simul & roborant quod factum est: & absqꝫ flegmonilatione seruāt iste due prime binde: vt dicit G. multis inuolutionibus cōtinētes fracturā versus sanū: ꝗtū fuerit necesse supposidi tes. Nō tn̄ sufficiunt: nisi sit tertia que ad custodiam splimorū. i. pluma ceolorum fuit adinuenta: vt aūt non flegmoniset iubet vti ceroto: loco cuius oleū ro. ponit: si tamen fuerit cum vulnere austerū & nigrū vinū. Et est consiliū Ras. ꝙ circa diem septimā strictior ligatura incipiatur in principio tn̄ & fine laxior fiet timore, apatis a principio: & vt melioret̄ nutritio in fine. Apta em̄ situatio dupl̄r pre

paratur:vt ponit Gal.vno modo ex communi intentio ne quod sit indolorosa:alio modo quod natura particu le & consuetudine:& concordantur isti modi adinuicē. quia naturalis & cōsueta figura particule indolorosa est maxime. Et de hac positione summe incantant patientē quod caueat eam. Et ob hoc inuēta sunt cunabula & suspensoria & instrumēta mechanica ad firmius & tutius tenendum ipsa.

¶ Quartum documentum est quod a principio apponā tur astelle leues:aut alique loco earum non ad restringē dum:sed solum ad sustinēdum vsq͡ ad diem septimum: quando transiuerit tempus apostematis:& tunc ponan tur astelle bone & sufficientes ad restringendum & sustinendum:& continuentur vsq͡ ad finem:q͡ porus sit bene firmus:& non fiat festinatio in remouendo.vt dicit Aui. Vnde Gal.in sexto. Appaiētibus omnibus sine impedimento flegmonationis:& magis gracilia:tunc licet ferulas apponere & premere:ante vero quando flegmonis dominabatur intentio:licet supple esset bonum ad sustinendum ponere:tamen non erat tutum eas primere.

¶ Quintum documentum est de tempore remutatiōis: quod remutatio non fiat:si constat quod fractura sit bene rectificata:& nihil sinistrum cōtingat vsq͡ ad.19.vel 15.vel.20.dies. quanto enim tardius soluitur tāto meli9. dicebat Rasis. Si autem dubitaretur de rectificatiōe intra septimum diem vel.10.remutari potest:quia adhuc nō generatur porus. Et si aliquid est ad rectificandū:tūc pōt rectificari. Si aūt accideret dolor aut apostema seu pruritus intra tertium diem fiat remutatio:& ita voluit Aui. vnde Gal. vbi supra. verum litera est intricata:& forte in exemplis grecorum male inuenta:quia illud soluueretur intra acus est negatiue. Soluere aūt iubet Hyp. p tertium si fastidium aut pruritus:aut trāspirationes male detēte particule innaicant. Si vero illa nō fuerint: nō licet soluere frequēter sed expectare. Vnde post pricipiū ac vero & post feptē non licet soluere plurimū:nisi paricula indigeret extrahet e ycores:vel si porosatio non

fieret bene: quod cognoscitur circa tempus predictũ & tunc est soluendum: & ita intellexit Brunus & Theodoricus & omnes practicantes.

¶ Sextum documentum est de generatione pori: quod postꝙ incipit generari versus .8. diem regimẽ ingrossetur: renutricare em̃ dicit Ga. oportet corpus cibarijs euchimijs & nutritiuis: ex quibus generari consueuit humor nõ solum benignus sed etiam viscosus: ex quo oportet magis generari porum velut dicit Aui. est risum & frumentum coctum cum aqua & pedes ventres & capita animalium decocta: & vinum stipticum grossum. Et caueat ab omni eo quod subtiliat & adurit sanguinẽ sicut vinum subtile allia atꝙ cepe & sinapis & species ira & coitus & similia. Vnde Ras. oportet in eis regimen subtiliare a principio per aliquot dies & vino nullo modo approximare presumant & ventrẽ solui & flebothomari: si fortes fuerint vt prohibeatur apa: postꝙ autem erit securus de apostemate ad regimẽ quo consueuerat vti reuertatur.

¶ Expeditis documẽtis veniẽdum est ad predictas quatuor intentiones quomodo in summa complentur.

¶ Prima que est ossis equatio completur cũ debita mẽbri extensione: & ossis depressi eleuatione: & eleuati depressione indolorose: quousꝙ capita ossium ad naturalẽ situm reducantur.

¶ Secundum completur cum bona & decenti ligatura & appodiatura. Et licet modus apud diuersos sit diuersus: quia aliqui immediate super fracturam vnguũt & ligant vsꝙ ad quintum vel sextum aut septimum dies non astellant nonnulli immediate a principio emplant. Et numerum plumaceolorum de stupata vt Theodoricus: aut de pãnis: vt magister Petrus de argentina applicant & desuper ligant & astellant. Et vtrobiꝙ periculũ quia dormiẽdo membrum posset torqueri. Et supra tot plumaceolos debita non potest fieri ligatura.

¶ Ego tñ mediãdo plus vere ad modũ Gal. Al. Aui. Haliab. declinãdo iuxta documẽta prius data. Istas duas intẽtiones cũ tribus ordinibus cõpleo In primis respicio

vt

vt conseruando dolor sedetur. In secundo conseruando vt porus generetur. Et in tertio vt conseruando mēbrū confortetur: & ad suos actus reducatur.

¶ Primus ordo sic completur ꝙ fractura equata dū adhuc tenetur membrum extensum per ministros cum ligamento lōgo lato ſm naturam membri vt immediate vt Rogerius aut mediāte aliquo pāno: aut leuissima stupata: vt Lanfrancus dūtaxat ꝙ nō sit adeo grossa: ꝙ impediat decētem ligaturam: infusa in mixtura albuminis ouorum & olei ros. incipiendo super fracturam descendendo & ascendendo de parte sana satis capiendo: plus tamen supra fracturam stringendo plane: & indolorose ligetur. Et desuper ligaturam filtrum: aut pannus duplicatus: aut stupata infusa & expressa que comprehendat totum membrum: vt astelle nō offendant ipsum: suatur & apponantur desuper astelle de ligno: aut de corio ſm materiam membri facte cum stuellis aut bindello ligentur: & ad quiescendum in loco firme trāquillo cum suis appodiamentis situetur. Et in crastinum patiēs si est necesse & possibile flōmetur: & regimē subtile sibi iniūgatur. Et de ventre in primis diebus precipue si fractura in membris fuerit interioribus non curetur: & nō remutet vsq; ad. 10. vel. 15. dies: nisi fractura fuerit male preparata aut aliud occurrat qnod instet. Et tunc post tertium vel quartū diē dissoluatur: & reparatis reparandis: vt prius preparetur: & ita completur primus ordo.

¶ Secundus vero completur ꝙ post. 12. vel. 15. diē qn̄ materia pori incipit venire ꝙ percipitur per sedationē doloris & aduentus apātis: & per bonam membri colorationem & ligaturam dissoluatur: & membrum cum aqua calida lauetur. Et si aliquid est ad reparandum reparetur: & empl'm factum de farina volatili & pul. rubeo cū albuminibus ouorum extēsum in pāno desup apponat & ligetur: & oīa alia fiāt vt in prima preparatione nisi aliquantulū plus stringat: & abinde regimen ingrosset. Et si ē necesse, vēter leniat & ita remutet de septimo ad nonū aut plus quousq; os sit bene cū poro ligatū: quod scitur per tactū & deinflationem: & tps sue firmationis

aduentum. ¶ Et tunc incipiēdus est tertius: & est de tertio in tertiū membrū cū vino salito decoctionis rosa. & absinthij in vase arboris quercus lauet: & cū bona stupata infusa in illo vino & expressa cum duabus aut tribus astellis ligetur: & tunc membrum ad operatiōes solitas paulatiue & caute reducatur: & in fine si est necesse cum dialtea & oxicrato dulcoretur.

¶ Sed quarta aut quinta intentio completur ꝓm ꝙ accidentia occurrunt: vt si est dolor aut apā ante oīa: imo si esset ligatum dissoluatur: & cum lana & oleo & aceto & alijs conuenientibus remedijs sedentur: & non ligetur: neqꝫ astelletur nisi ad sustinendum membrum: & tenendum medicamina quousqꝫ fuerint sedata. Et tūc ad preparādum redeatur prout dictum est. Si autem pruritus superuenerit dissoluatur ligatura: & cum aqua salita mēbrum embrocet: aut cum vnguēto albo: aut populeone inungatur & liget vt prius. ¶ Si vulnus fuerit factum a principio aut post ꝓpter extrahere frustula ipsis extractis suatur: vt dictū fuit in de ossiū vulneribus supra: ad quod est recurrēdū ꝑ hmōi fracturis: & vt dictū est preparetur. Et qn faciet saniē foramen per vnde possit vulnus mundificari quando erit necesse dimittatur.

¶ Si fuerit porus paruus cum fricationibus & embrocationibus & empl'is piceis & laxa ligatura nutrimentum ad locum trahatur. Si nimius cum lamina plumbi & ligatura constringatur.

¶ Si os fuerit male consolidatum: & fuerit recens de sex mensibus mollificetur cum balneo & emplastro de bismaluis & consimilibus per.15.dies vt dicit Iamerius: & extendendo cum vittis ab vtraqꝫ parte impingendo cū genu refrangatur: & incontinenti equetur: & vt dictum est preparetur. Et multoties est possibile ꝙ leniēdo orosbot equat fractura: cum eo quod scis inquit Aui. in quo pondus cum pallula vidi vtile.

¶ Si aūt fuerit antiqua & porus induratus iuxta cōsiliū omnium peritorum dimittatur. melius em̄ fuisset illi sapienti de quo loquit Haliab. in tertio tegni. viuere cum sua claudicatione ꝙ in talibus tortoribus mori. Verum

si multum infestetur & aliter non potest fieri consulit Aui. quod incidatur caro & orosbot fricādo separetur. Si fuerit attritio: & timeatur mēbri corruptio scarpelletur: & vt dictū est de estiomeno regatur. Et si remāserit durities curetur. vt in sexto de artetica & passionibus iuncturarum. & in antidotario dicetur.

¶ De transuersalibus sufficiant: & hoc de longitudinalibus eodem modo est procedēdum. premere autē oportet magis eas secundum fracturam & pellere intus magis illud quod abscessit vt dicit Galenus.

¶ De speciali reductione fractura cranei ossis nasi mandibulæ ossium capitis & faciei Cap. ij.

DE CRANEI fractura & de naso dictum est superius ī tractatu tertio de vulneribus.

¶ In fractura mandibulæ conueniunt omnes Haliab. Albu. & Aui. quod si fracta fuerit cum digitis tuis positis infra os patientis reducatur ad scema suum quod cognoscitur quando dētes partis sane coniunguntur cum dentibus alterius directe: & tunc ligatis dentibus infirmis aliis sanis cum filo bene cerato: aut de argento vel auro apponantur: & desuper auxilia dicta in communi sermone: & desuper loco stup arum plagelle de panno multiplicate: & post astellam de solia corij. Et ligetur ligatura incipiente retro collum & veniente supra mandibulam reuertendo sub auribus retro caput reducendo ligetur in fronte. Et si sint necessaria, plures reuolutiones fiant per eundem modum donec ligatura bene fuerit firma.

¶ Cibaria sua sint sorbilia: ne ipsum grauent in masticando.

¶ Tempus autem sue firmationis est fere. 28. dierum secundum Aui. & Albu.

¶ De fractura colli & spondilium dorsi Cap. iij.

INQVIT Paulus vt dicit Aui. & Hali. idem affirmat: quod ossibus spondilium raro accidit fractura. Sed plurimũ attritio: licet contrarium dicat Albu. Verum Paulus & Haliab. intellexerũt ĩ rotunditatibꝰ ipsorum. Albu. vero in alijs eorũdem. Quicqd sit si nocumẽtum peruenit ad nuchã & neruos procedentes ab ea pducunt ad paralisim. vt dicit Albu. manuum, si superiorum: pedum, si inferiorũ: & aliquando sequitur mors: vt dicit Aui. quare oportet vt premittamus sermonẽ in pditione. Et si accidit egestionis inuoluntaria egressio: aut non potest mingere quãdo desiderat: scias quod est mortale vt dicit Albu. Non ergo labores in curatione eius. Si vero non accidit aliquid ex illo curatio eius erit in sedatione doloris & apostematis cum oleo ro. & vitellis ouorum assatis: & sedatis illis pone super ipsos aliquid de emplastris confortantibus & desiccantibus: & stringe locum cũ ligamento. Et precipe infirmo quietẽ & situm super partem in qua minus dolet.

¶ Si vero frangitur postremũ ossis caude intromitte policem manus sinistre in anum & equa os fractum cum manu altera secundum quod fuerit possibile. deinde pone super ipsum emplm & astellas: & stringe cum ligamento.

¶ De fractura furcule & ossis spatule seu homoplatis Cap. iiij.

FRACTVRA furcule pectoris aliquando est ad exteriora: & aliquando est ad interiora: & que ad exteriora est facilis reductionis: que vero ad interiora difficilis. ¶ In illis que ad exeriora non oportet nisi modicũ trahere humerũ & fracturam premendo intus ducere: & auxilia dicta ponere & stupatam: aut pãnos placatos & astellam de sola duorum digitorum in latitudine: & octo in longitudine: & ligare ligatura longa transeundo sub titillicis in quibus sit pila de lana: aut stupis: & totiens voluatur quousqꝫ locus fuerit bene firmatus. suspendatur brachium ad

collum & quiescat. Et videatur cōtinue idest quotidie: quod ligatura non relaxetur, & semper refirmetur vt dicit Albu.

¶ Si autem fractura sit ad interiora applicato genu in medio spatularum vt faciebat magister meus Bonoñ. trahantur fortiter humeri ad posteriora: & tunc cū manu reducatur fractura: vel extendatur patiens ad terrā: vt Aui. & retro scapulas ponatur puluinar seu carellus rotundus: aut gibosus: & premantur ad terram fortiter humeri: & tunc cum manu reducatur fractura. Et si nō reducitur vnge manum, aut corium cum aliquo visco vt fit de costis: & violenter eleuando manum aut coriū reducatur. ¶ Et si faceret nocumentum anhelitui: & ꝙ aliter nō posset fieri vel reduci capiatur caute sine hoc quod disrumpatur sifac cum vncino & trahatur extra vt fit in extrahendo ossium frustula: & emplastretur & ligetur & sustentetur: vt dictum est supra. ¶ Tempus sue firmationis est 24. dies vt dicit Albu.

¶ De fractura ossis adiutorij & brachij & totius manus. Cap. V.

OS ADIVTORII cum frangitur fm plurimum declinat ad exteriora. vt dicit Aui. Circa quam fracturam est intelligendū preter vniuersalia: quia licet Albu. ponat duos modos reductionis & equationis: quorum primus mihi est difficilis. Secundus facilis: concors est cum omnibus: nisi in hoc quod loco assellarum precipit vt brachium ligetur cum adiutorio: taliter quod vola manus iungatur cum humero. Nihilominus melius est: vt post reductionem factam suauiter indolorose trahendo adiutoriū cū brachio & cubito per vnum ministrum: altero firmiter tenente partem superiorem & humerū: fractura cū manibus equetur & ligetur: & quinqȝ aut sex astellis astellet. ad collū cū gausape sustētet: ita ꝙ brachiū plane supra ventrē iaceat: & cū pressuris & pānis ita appodiet ꝙ nō torqueatur. remutatur aūt de quarto ad septimum; & firmatur in vndecima.

¶De brachio & focilibus eius.

ACCIDIT quandoq; in brachio vt frangantur focilia duo simul:quandoq; vero alterum solum. Et fractura focilis inferioris maioris est vehementior & turpior ꝙ superioris minoris.vt dicit Auic.& Albu. illud idem.Circa quam fracturam concordant omnes ꝙ siue vnum os sit fractum:siue ambo:extendatur per duos ministros vnus trahat versus cubitum:alter versus manũ: & medicus cum suis manibus suauiter equet & restauret & liget.& alia fiant que dicta sunt in capitulo vniuersali.¶Brachium quando alterum os frangitur cum minori sufficit astellatione:quando autem ambo franguntur quinq; aut sex astelle requiruntur.situatur iuxta ventrem:suspenditur ad collum.firmatur in 38.

¶De rasceta & digitis manus.

OSSIBVS rasete parum accidit fractura. quoniam ipsa sunt dura valde,sed separatio:quare consulit Albu. quod extendatur manus supra tabulam:& comprimendo & plasmando reducantur & emplastrentur & ligentur & astellentur conuenienter & vola & manus cum stupis aut pannis impleatur.& digiti vnus cum alio ligentur.remutetur de quarto in quartum.firmatur in 20. diebus.

¶De fractura costarum & partium eius Cap.vj.

INTELLIGENDVM est quod fractura furcule & costarum & ossium thoracis in multis conueniunt differentijs & causis signis & iudicijs: & in mõ curãdi. Nam sicut dictum est de furcula aliqñ frãguntur ad interiora:aliqñ ad exteriora:aliquando vero coste plicantur:& non franguntur. ¶Signa autem sunt communia & vlcera:ꝙ qñ franguntur:aut plicantur ad interiora accidunt accidentia pleuresis de nocumento anhelitus.& sputo sanguinis & tussi:quare est multum periculosa.¶Circa curam ipsius est aduertendum ꝙ licet

Haliab.& Aui. Albu.& multi alij diuersimode.& sine distinctione tractent de fractura costarum:quia Albu. Aui.& Haliab.cum lana & oleo puluillis & ligamẽtis. Rogerius equat & reducit cum manibus suis linitis ali quo visco in balneo:aut iuxta ignem:firmãdo cum apl'i con:in alio cum applicatione.Iamerius idem:nisi quod in quatuor primis diebus empl'at cũ melle & cimio bac cis lauri pulegio & costo.Quem modum etiam vt affir mat theodoricus sequebatur Hugo magister suus.Bru nus autem cum distinctiõe illa que ab extra equat cum manibus:& empl'at & astellat vt conuenit.Ad illã que ad intra declinat,fomentat cum oleo & lana in parua. In magna aperit & trahit Guil.de sali.cũ manib⁹ equat & cum albumine ouorum:& farina:& alijs glutinati= uis emplastrat.Lanfrãcus procedit vt Rogerius:nisi ꝙ precipit vt patiens tussiendo iuuet extrahere costam ad extra.

¶ Ego autem de tali fractura supposito regimine vni= uersali de flebothomia & ventre & dieta & potiõe car minante materiam cõgelatam vt est brodium cicerum distinguo:vt Brunus quod ipsa aut declinat ad extra:& tunc comprimendo cum manibus equo & cum empl'o de albuminibus ouorum & farina & alijs glutinatiuis & bonis stupatis & astella solea:& longa binda locum firmo:& in fine cum dialtea & oxicrato dulcorato. Aut ad intra declinat:& tunc vt Rogerius Iamerius Lãfrã= cus in balneo vel iuxta ignem manibus linitis cum tere bentina:aut aliquo visco:& applicatis super partem de pressam trahendo cum adiutorio tussis & retentione an helitus patientis eam cum omni ingenio eleuo: & si ne cessarium est ventosam appono:aut aperio vt dicit aui. Et super partem in primis tribus aut quatuor dieb⁹ ad sedandum dolorem & prohibendam apationem oleum ro.& albumina ouorum cum stupis applico & leui liga tura solum ad retinendum medicamina ligo. Post vero cum empl'o de farina fabarum & melle ipsum rego. In fi ne cũ dyaltea & oxicrato dulcoro. Remut.r de quinqꝫ firmatur in 20.

¶De fractura ossis anche & coxe Ca.vij.

OS ANCHE raro frãgitur. Sed qñq3 findit & comminuuntur extremitates; & qñq3 impellit ad vẽtrem: & accidit propter hoc dolor & stupor in coxa; & ex hoc sequit diminutio ĩ coxis & est satis difficilis ad reducendũ. Et in reducẽdo oportet extendere coxas & pellere anchã: & sicut erit possibile reducere; & postea emplastrare & ligare.

¶ De coxa.

CVM COXA frangitur necessaria est extensio fortis; vt dicit Aui. Propter quam fracturam & omnium aliorum membrorum est intelligendum: ꝙ de causis & etiam de regimine in genere est recurrendum ad sermones vl̃es superius dictos: nisi quantum est de fractura coxe parum denudatur a claudicatiõe: vt dicit Aui. In speciali tamen est sciẽdum ꝙ fere oẽs cõcordant ꝙ eodem modo est procedendum in regimine ipsius vt in adiutorij fractura: propter quod oportet vt fortius extẽdat. Et ideo precipiũt eam extẽdere per duos ministros cũ ligamentis ligatis super & subtus fracturã: etiã precipiũt: vt ligetur fortius & astellet cũ.6.vel.7.astellis; quarũ exteriores volebat Guilelmus esse lõgiores & fortiores; licet ꝑm Albu. sufficeret cũ tribus; quia crus loco astellarum precipiebatur ligari cũ coxa: vt calcaneus perueniret ad nates: quod mihi nõ placet. ¶ In modo tñ situandi sunt diuersi. Nã aliqui vt Rogerius Alb. & Guil. situãt eam in lecto plano & appodiant ipsam hincinde cũ pãnis & stupis quod nõ laudo. Alij vt Magister Petrus cũ fustẽtamẽtis factis de paleis lõgis ꝑm longitudinẽ pedis inuolutis cũ linteamine & futura desuper ligãt cũ tribus aut quatuor vittis. Alij vero vt Aui. & Brun⁹; & sentiebat Rogerius cũ duabus astellis lõgis vsq3 ad pedes ligatis etiam cũ vittis. Nõnulli vt Lanfrancus & multi moderni ĩ capsula seu canabulo vsq3 ad pedes ponũt. Quicqd aũt diuersificẽt oẽs intẽdũt coxam fractã equatã taliter

situari:vt sine molestia quiescat & non moueatur neq; declinet ad aliquam partem. Et ideo incantant operãtẽ Rogerius vt ꝭm lõgitudinem sane teneatur infirma. Et ad maiorem cautelam Rogeri⁹ situabat in lecto stricto perforato:vt sine eleuare de situ posset assellare; & ligabat coxam & tybiam in tribus aut quatuor locis cum sponda lecti; & pedem ad columnam:vt nõ posset eam patiens ad se trahere vt Theodoricus. Ego autem eam ligatam cum astellis longis vsq; ad pedes firmo;aliquoties cum illis appodiamentis de paleis;aliquoties cũ capsa: & ad pedem ligo pondus plumbi transeũdo chordã sup paruam polegeam:ita ꝙ tenebit tybiam in sua lõgitudine. Et si est aliquis defectus in equatione trahendo paulatiue rectificabit. Remutatur de.ix. & vltra, firmatꝰ in.50.diebus.

¶ De fractura genu & tybiarum totiusq; pedis Cap.viij.

ROTVLA genu raro frangitur. Sed pl̃m cõuertitur. Et oportet in restauratione eius vt dicit Haliab. fragmenta cum digitis adunare & ꝭm suam figuram adequare & emplastrare & ponere astellam rotundam de sola; deinde ligare vt conuenit.

¶De tybia.

TYBIA qñq; frangitur ꝭm duo focilia:qñq; ꝭm alterum;qñq; in maiori;& tunc declinat ad posteriora:qñq; minori & declinat ad anteriora & interiora. ¶Et fractura focilis maioris est deterior minore;quia maior sustinere põt tybiam, quando autem franguntur ambo est deterius.

¶Fractura tybie vult Albu. & Hali, ꝙ ita regatur:sicut fractura brachij;nisi quod precipit quod situetur inter duas tabulas ꝭm longitudinem totius tybie;aut in cunabulo quod idem facio & quando est necesse ingenia de

coxa sibi approprio.

¶ De calcaneo.

CALCANEVS NON frangitur quia os durum est: & protectum a ligamentis.

¶ De rasetta pedis.

RASETTA PEDIS etiã raro frangitur: & quã do frãgitur difficilis est curationis: vt dicit Aui. & sepe adducit accidentia mala; de qua dicit Albu. quod restau ratur ponendo pedem supra terram: & calcãdo cum pe de tuo: emplastretur & ligetur cum astella lata ꝑm ven= trem & solam pedis. & compleantur cõcauitates vt de manu fuit dictum.

¶ De articulis digitorum.

DIGITORVM pedis fractura equatur sicut & di gitorum manus vt Haliab. dicit.

DOCTRINA II. de restauratione dislocationum Cuius sunt octo capitula.

¶ De dislocatione in vniuersali Cap. j.

DISLOCATIO vt dicit Auic. est egressio ossis ex loco suo naturali in quo est cõiũctum. ¶ Circa quam est intelligendum ꝑm intẽtionẽ eiusdem in libro primo: ꝙ coniũctio ossium ad inuicem est quadruplex: vna est serratiua: vt in commis suris cranei: alia infixiua vt in fixione dentium. Alia est apodiatiua vt in tabula pectoris. quarta est ligatura: vt pixidis & vertebri. ¶ Circa quam coniunctionem pro= prie accidit dislocatio. ¶ Circa vero alias non. Sed mo tio siue apertio que non proprie: sed large dicitur dislo= catio: vt dicit Lanfrãcus. ¶ Dislocatio aũt quedã est cõ pleta: in qua totaliter exit os a sua coniũctura: que dicit

vera dislocatio. Quedam est incompleta in qua nõ exit totaliter: que dicitur ab Auicẽ. declinatio & contorsio. Quedam non exit a iunctura: sed elongatur ligamentũ que dicitur gaben & elongatio ligamenti ita vocatur in quarto cañ. in duobus locis.

¶ Modi dislocationum sunt etiam quatuor: anterius: posterius: interi⁹: & exteri⁹. Et cũ hoc, q̃dã est simplex quedam cõposita cum fractura vulnere dolore & apostemate: quedam cum duritie. Ab istis enim differentijs sumitur iudicatio curatiua.

CAVSAE dislocationum quedam sunt extrinsece vt casus & percussio ac inepta extensio: quedam intrinsece vt humor muscilaginosus continens iuncturas.

¶ Signa & indicia.

SIGNORVM enim quedam sumuntur a substantialiter inherentibus: vt a compositione peccantis que habet eminentiam & concauitatem ab alia preter solitum: quedam ab accidentialiter inherentibus vt a dolore & ab operationibus & motus difficultate: que quidẽ signa per comparationem ad suam sanam comparem iuncturam trahuntur. vt dicit Aui.

¶ Iudicatur per Hyppo. & Gal. in sexto afforismorum quod quicunq; a dislocatione molestantur & restaurantur: & rursus resilit his muscillagines sunt in iunctura: tabescit crus & claudicant nisi vrantur. Et licet ista nõ sunt recte verba Hypp. ita tamen exponit Gal. modum vrendi dat Albu. cum instrumento circulari. ¶ Iudicatur per Aui. quod dislocationes composite cum vulneribus dolore aut apostemate sunt difficiles & periculose. Ita quod aliquoties cogunt remanere particulam incuruatam sine reductione: vt dicebat Gal. in quarto terap.

¶ Preterea dislocatio antiqua & indurata est difficilis & quasi impossibilis ad curandum.

¶ Et ideo quanto citius erit possibile festinetur ad restaurandũ. ¶ Amplius dislocatiões diuersificãt ſm iuncturas in quibus fiunt: quia quedam est facilis dislocationis & facilis reductionis: vt in iunctura poplitis propter leuitatem ligamenti: quedam difficilis vt in

iunctura cubiti pedum & digitorum: quedam medio⸗cris vt humeri anche &c. ¶ Amplius dislocatio in qua franguntur margines concauitatis ossium sunt pessime. ¶ Ad vltimum iudicatur reductio: quando auditus est strepitus ossis intrantis; & videtur figura naturalis comparata suo pari: vt dicit Iamerius.

CVRATIO generalis dislocationum premissis aliquibus documentis dictis in doctrina fracturarum cõmunibus omniũ restaurationum fracture; & dislocationis habet quatuor intentiones. prima est iuncture reductio. secunda est iuncture reducte firmatio & conseruatio. tertia est ab apostemate & dolore defensio. Sꝫ quarta est accidentium correctio.

¶ Prima completur cum extensione iuncture & impulsione eminentie & concauitatis repletione sua; & indolorosa ꝑm quod erit possibile. ¶ Secunda completur ꝙ inuncta iunctura cum oleo ro. & applicato panno gra⸗cili applicentur stupate: aut pãni multipliciter plicati in albuminibus ouorum infusi: & si est necesse astella de corio superapponatur & ligetur cum bindis in oxicra⸗to infusis latis & longis iuxta particule quantitatem: vt specificabitur infra & situetur membrum quietius: & indolorosius quo erit possibile de quarto ad septimũ remutando. In secundis remutationibus embrocando si est necesse cum aqua calida in prima si fuerit recens ne⸗quaq̄: quia adderetur in apostemate; sicut de pannis calidis dicit Aui. & emplastrando cum farina volatili & puluere rubeo cum albuminibus ouorũ incorporatis; & strictius ligando tunc dicit Ras. ¶ Tertia intentio completur cũ flebothomia & purgatione si est necesse: & bona dieta a principio subtili. ¶ Et sedato dolore & apostemate ingrossetur prout est dictũ superius in fractura & in fine confortetur cũ embroca aque decoctionis ro. absinthij in osse arboris quercine ponendo spadagra⸗pum: aut oxicroceum: reducendo membrum suauiter ad pristinas suas actiones. Sed quarta intentio comple⸗tur secundum accidentia. Si est dolor & apostema ꝙ prius sedetur quam reducatur; quia propter tractionẽ

timendum esset de spasmo & accidẽtibus malis & hoc cum lana infusa in aqua calida & oleo. Et postea reducatur vt dicit Albu. Si fuerit cum vulnere primo reducatur dislocatio post curetur vulnus: & suatur si est necesse: & quando faciet saniem dimittatur sibi foramen ad expurgandum. ¶ Si vero componatur cum fractura preparetur primo dislocatio: & postea fractura si est pos. Si vero non est possibile preparetur fractura & quãdo porus erit firmus preparetur dislocatio. ¶ Et si est dislocatio antiqua: & fuerit ibi durities embrocetur cũ aqua decoctionis malue bismalue: & inungẽdo cum dyaltea & emplastrando cum dyaquilone magno: aut cum lana succida infusa muscilaginibus. Et cum corticibus radicis bismalue coctis & pistatis: & cũ axungia impinguatis: & loco bene mollificato reducatur iunctura & sanetur. Et si est sanatio & motus difficilis aut nullus remanserit: curetur prout in sexto de artetica & passionibus iuncturarum: & in antidotario dicetur.

¶ De dislocatione mandibulæ Cap. ij.

MANDIBVLA quandoq; mollificatur: qñq; spasmatur qñq; dislocatur: & eius dislocatio quandoq; est ad anteriora: & tunc os remanet apertũ: sicut in mollificatione: quãdoq; ad posteriora: ecõtrario eius quod accidit apud mollificationem. vt dicit Aui. Et tunc dentes inferiores subintrant superiores. vt dicit Lanfrancus: neq; os potest aperiri: sicut neq; in spasmo.

SIGNA dislocationis vltra signa vniuersaliter data sunt quia nunquam dentes superiores cum inferioribus possunt adæquari.

¶ Iudicatur per Auicen. & Haliab. quod nisi cito reducatur induratur & adducit fe. dolores: & fluxum cholericum & accidentia mala: donec in decimo interficiat patientem.

REDVCITVR quando est ad posteriora vt teneat caput eius vnus minister deinde itromittat restaus

rator pollicem suum in os & alios digitos sub mandibula vel cuneum de ligno si non potest ponere digitos & tunc trahendo fortiter mandibulam impellat sub auribus os in locum suum.

¶ Si vero fuerit ad anteriora secundum Guilelmum & Lanfrancum ponant bindam satis fortem sub mentone que totum ipsum mentonem comprehendat: & tūc vnus minister quando tu posueris cuneum infra os magis retro quod potueris trahet fortiter capita binde per partem posteriorem tenendo genua super patientis humeros patiente iacente supino: vt docet Iamerius. & sic restaurabitur deo dante.

¶ Post vero restaurationem ponantur emplastra & petie consuete & ligetur ligatura conueniente dicta in fractura. & remutetur de quarto in quartum. intra 13. diem consueuit firmari. Iaceat in puluinari firmo: vtatur sorbilibus vt non oporteat eum masticare. Si autem diu steterit dislocata: & fuerit dura balneetur & mollificetur cum aqua calida: & oleo & alijs conuenientibus: vt dictum est reducatur.

¶ Et si accidētia mala superueniant, occurre eis secūdū quod erunt de dolore radendo caput & inūgendo ipsuȝ & retro aures. & per collum sub assellas cum oleo ro. calido & cura eum.

¶ De dislocatione colli & spondilium dorsi Cap. iij.

SPONDILIA colli vt dorsi quandoqȝ dislocantur complete: quandoqȝ incomplete. Et eorum dislocatio: quandoqȝ est ad intra: quandoqȝ ab extra & quandoqȝ vero ad latera. Et quandoqȝ fit in spondilibus superioribus. & facit squinantiam strumosam in quarto interiorum quandoqȝ in inferioribus: quandoqȝ in medijs: & facit gibbositatem.

SIGNA dislocationum sunt ad oculum manifesta & ad tactum.

¶ Iudicatur ꝙ omnis dislocatio spōdilium est periculosa & suspecta ad reducēdum propter nucham & neruos maxime que ad interiora fit: quia non potest conuenienter pertractari.

¶ Iudicatur etiam ꝙ dislocatio spondilium superiorum nocet transglutioni: mediorum respirationi: inferiorum vero egestioni & vrinationi.

MODVS rectificandi fuit apud Albu. Hali. & Aui. satis longus in summa tamen in dislocatione spōdilium colli trahatur caput caute cum manibus aut cum binda vt dicit Iamerius cuneo imposito inter dentes per mētonem: aut per pilos: aut per aures ad superius: humeri cū pedibus impellantur inferius & eminētia comprimatur in alijs corpus extendatur. Et cum oī ingenio ab vtraqꝫ parte trahatur: vel cum fascijs cum columna & cauillis vel poleilhis vel curuo: & cōsimilibus ingenijs & eminentia cum manibus aut pedibus: aut cū tabula supposita comprimatur. ¶ Modus firmandi & cōfortādi & remolliendi: vt in alijs exerceaꝛ: nisi ꝙ astelletur & iaceat desuper vt comprimatur: & remutetur de quinto in quintū diem: quia in 20. firmatur diebus.

¶ De gibbositate humerali dicetur dum in proprijs passionibus dorsi inferius tractabitur.

¶ De dislocatione humeri & partium homoplatis Ca. iiij.

LICET AVI. nō ponat nisi duos modos dislocationis humeri: videlicet ad partē inferiorē domesticam versus titillicum quia fit vt p̄m. Et ad partem exteriorē siluestrem vt parū. Nihilominus ponūt Albu. & quasi oēs ꝙ aliquando, sed raro dislocatur ad pectoris partē: ad superiorem aūt partē nequaqꝫ: propter additamenta que sunt hic.

SIGNIFICATVR dislocatio istius iūcture s̄m omnes per signa cōia: que sunt eminentia & profundi-

tas seu concauitas insolita & motus difficilis: aliquādo & impossibilis: que cum suo compari possunt comprobari. Et per propria vt profunditas seu cōcauitas & bassitudo magna in humero: & rotunditas eminēs ad modum oui in subassella & manus ad caput non potest eleuari. In inferiori dislocatur: & eminentia anterior & cōcauitas retro. Et manus distēsa remanet retro in anteriori. Et eminētia posterius: manus non pōt a latere separari in posteriori.

¶ Iudicatur ꝙ aduertendum est bene ad istam dislocationem: quia sepe ꝓpter inflationem & apationem aut contorsionem decipitur homo: vt Rasis recitat: & audiui de facto in filia Regis Francie.

¶ Curatio.

ISTA DISLOCATIO Precipue que est ad inferius reducitur per quinqꝫ modos. Primus competit in leuibus: & est ꝙ extēdatur brachium & imponātur pugnus aut digit⁹ aut summitas humeri tui sub assella: deinde trahendo inclinetur & trahatur brachium ad inferiora & reducetur.

¶ Secūdus modus est in fortibus: ꝙ ponatur Glomerus firmus sub assella: & trahatur superius fortiter cum mātili: aut impingatˀ cum pede fortiter ad inferius brachiū trahendo & reducetur.

¶ Tertius modus est ꝙ posito glomero trāsuersetˀ barra sub assella & eleuetur per duos ministros & trahatˀ fortiter brachium ad inferiora & reducetur.

¶ Quartus modus est ꝙ posito & eleuato patiēte supra vnam sellam patiens ponat sub assella in vno gradu scale glomero immisso: & tenendo & trahēdo fortiter brachium per ministrum remoueatur sella de pedibus & reducetur.

¶ Quintus de manubrio nō intelligo. verū Halia. Alb. Aui. Brunus Theodoric⁹ oēs istos modos ponūt. Rogerius tñ q mihi satis placuit ī hoc casu nō ponit illū de pugno & de pede cū pila: & illū de barra loco scale: addit

tamen

tamen in illo sellam sub pedibus. Iamerius solum ponit illum de pila & pede. Modum cum pila & mantili posuerunt Guil. & Lanfran. Ille autem dislocationes cum extensione & manuum compressione aut cum mantili: vt ponit Lanfrancus reducuntur. ¶ Et si non poterit reduci quia diu stetit & indurata est fomentet & mollificetur cũ remollitiuis diu & postea reducatur. ¶ Reductione facta suppositis vniuersalibus superius dictis placet mihi: vt Rogerio: q̃ in primis tribus diebus: propter dolorem preparetur cum pãno subtili & stupatis infusis in albumine oui: & post cum emplo de farina & puluere rubeo. Et ligetur ponendo pilã de stupis: aut panno sub assella: & ligetur bene & firmiter cum binda latitudinis quinq; digitorum: & longitudinis duarum bracharum a duobus capitibus inuoluta per medium incipiendo super pilam sub assella: deinde ambo capita voluendo: & cruciando super humerum ducantur ad aliam subassellam: & reducantur iterum super humerum cruciãdo & reducendo super pilam. Et iterum & toties voluendo quousq; bene firmetur & suatur: & vbi indigebit maiori firmitudine resuatur: & sustineatur cum mãtili ad collum: remutetur de. ix. in. ix. diebus: aut qñ inflatio q̃ prouenit ex restrictorio fuerit depressa: firmat in. 20. diebus & post locus dulcoretur cum dyaltea: aut cũ aliquo sparadrapo aut emplastro.

¶ Partes humeri parum dislocantur: sed separantur potissime furcula pectoris: quia in humeris non sunt alia ossa q̃ spatula recipiens cum duobus rostris & furcula claudente & adiutorio intrante: vt dictum fuit in anathomia. ¶ Separatio autem furcule cum cõstrictiuis dictis curatur.

¶ De dislocatione cubiti Ca. v.

CVBITI dislocatio ſm Aui. qñq; est parua: qñq; vero magna. Et ſm Albu. & omnes alios quedam est ad partẽ anteriorẽ: quedam vero ad posteriorẽ. Rogerius tñ nõ curauit nisi de illa q̃

fit ad partem anteriorem: quia illa vt plurimum accidit. SIGNA vero talis dislocationis vltra cōia de eminē-tia & cōcauitate sunt arcuatio lateralis & difficultas in motu & applicatio impossibilis ad humerum.

¶Iudicatur ꝙ cubitus difficulter dislocatur: & difficulter reducitur propter insiltrationem ligamentorum & ossium varietatem.

¶Amplius raro dislocatur focile superius: quia non habet diuersitatem magnam; inferius autē vt plurimū propter additionem recepti non transuersantem.

¶De regimine & cura.

INTELLIGENDVM est ꝙ vltra duos modos quos ponit Aui. in anteriori dislocatione percutere humerum cum vola manus: & cū altera impellere eminentiam ad locum debitū. In posteriori trahere fortiter brachium & percutere posterius cubitum inunctis manib⁹ cum oleo vehementer abstergendo donec ingrediatur. Ponit Rogerius modum de talone & scaffa. Et Lanfrācus eum appropriat ad anteriorem: posteriorē vero ipse curat cum extensione & suspensione: aut deportatione pōderis alicuius. Ego autem reduco anteriorem cum genu; posteriorem vt Aui. ponit. Et eodem modo faciebat Romanus & Boemus restauratores fortunati. Modus autem cum scaffa: & cum calcaneo: & cum genu appropriantur ad anteriorem dislocationem. Et intēdūt quando brachium trahitur impellere rotundum adiutorij ad concauitatem focilis a quo exiuit & subito plicare brachium versus humerum: & fiunt ita scaffa seu binda lōga ligata super eminentiam: & dum extenditur brachiū ipsa cum pede ligata ad modum strēbe: aut per aliquem ministrum ad posterius tracta subito per magistrum ad humerum brachium plicatur. ¶Modus cum pede brachium per planum extenditur: & dum trahitur eminentia cum calcaneo premit: & brachiū ad humerū plicat. ¶Modus cum genu brachium extenditur: & dum trahitur eminentia cum genu impellitur: & brachium ad

humerū plicatur.¶ In his omnibus cōfert brachium duplicare & extēdere & aliqd pōderosuȝ subleuare & sub leuatū deportare vt dicit Iameri⁹. ¶ De firmādo procedatur vt in adiutorio: nisi quod brachium suspensum ad collum paulatiue constringatur quousq͛ manus adhereat humero. Et de quarto in quartū remutetur. in iuncturam qualibet vice eleuando & deprimēdo in 15. diebus firmatur.

¶ De dislocatione rasette manus & digitorum Cap. vj.

ISTA OSSA rasette & digitorum faciliter reducuntur: duntaxat quod fiat recenter: possunt autem dislocari ad quancunq͛ partem precipue tamen ad anteriorem & posteriorem.¶ Significatur enim per communia signa.

DE REGIMINE ipsorum est intelligendū quod tota intentio stat bene ī extendēdo & plicando & erigēdo hincinde iuncturam & cōprimendo eminentiā. Et si per hoc non possunt rectificar docet Albu. cōprimere eminentiam cum manu supra tabulam. In firmando non est aliud faciendum q̄ in alijs: nisi ꝙ astellentur cum ligno aut solea: & remutetur de quarto in quartū firmatur ſm Iamerium in 22. diebus: & postea vt dictū est dulcoretur.

¶ De dislocatione scie: aut coxe Cap. vij.

INTELLIGENDVM est circa modos dislocatiōis coxe ꝙ authores sunt multum varij super ipsos. Nam Albu. non ponit nisi tres modos. s. ad interiora: ad exteriora: & ad posteriora. Brun⁹ Theodoric⁹ & Lanfrāc⁹ sequētes Aui. ponūt quatuor. Et cōparādo

dicunt quod vt p̄l̄m accidit ad exteriora & raro ad interiora. Guil̄. de sali. est eis oppositus in cōparatione: quia dicit quod vt p̄l̄m dislocatur ad posteriora nunq̄ tamē ad exteriora propter os & ligamentum anche. Verum quia omnes modi curandi quasi concurrunt in duobus modis rectificandi. s. ad interius & posterius. Ideo non est multum curandum.

CIRCA signa est intelligendum quod vltra signa cōmunia inter omnes, Aui. melius specificauit propria signa. Ex quibus verbis vna cum hoc quod diximus in secundo. §. illius capituli habetur quod in dislocatione ad interius & anterius tybia infirma est longior alia & calcat de toto pede & non potest iungi cum alia: neq̄ plicari: quia caput coxe intrauit in inguine & inflauit eam: & in ea apparet concauitas in parte exteriori. In dislocatione ad exterius & posterius econuerso: tybia est breuior: & non calcat de calcaneo: neq̄ de alia potest separari: & est concauitas in inguine & eminentia extra.

CIRCA modum reducendi intelligendū est quod licet authores ponant multos & diuersos modos reducēdi hos modos dislocationis: nihilominꝰ omnes ad vnū communem modum: & duos proprios reducuntur. vnde communis modus secūdum Albu. ad omnes modos est multum vtilis quādo ignoratur proprius modus dislocatiōis: & est, quod teneat̄ patiens per humeros fortiter: aut ligetur per humeros per radicem coxe cū fascia ad columnā cū corio: & trahatur etiam cū manibus ꝑ inguinem & ab alia parte per partem genu trahitur fortiter coxa & vice vna taliter fit extensio q̄ quasi eleuetur patiens a terra: & tunc tm̄ coxa ad eandem partem moueatur quousq̄ sit reducta. ¶ Primus modus propriꝰ ad dislocationem ad interius & anterius est q̄ vt dictū est patiens trahatur: & dum eminentia apud inguinem cū calcaneo impellatur coxa per genu ad interiꝰ ducat̄. ¶ Secūdꝰ modus propriꝰ ad dislocationem ad exteriꝰ & posterius est q̄ eodē modo patiens trahat̄ & dū eminētia extra cū genu impellat̄ coxa per genu ad exterius

trahatur. ¶ Perfectio reductionis per longitudinem cō paris sane manifestatur. vt dicūt Rogerius & Iamerius imitator ipsius. ¶ Ingenium ad extendendum iuncturā sic al's feci extendebatur mensa longior patiente: & in quolibet capite firmatur columna. Postea cum mantili transeunte per inguina. subtus dorsum: & supra ventrē ligabatur ad colūnam: & cū alio mantili ligata coxa supra genu voluendo totā tybiā vsq; ad calcaneū ad aliā ligabatur colūnam: & cū cauillis positis inter mātile & columnam torquendo trahebatur ad quālibet partem. ¶ Circa modū firmandi non est aliud faciendum q̄ in alijs: nisi quod ligatur infirmus: incipiendo supra eminētiam ad partē oppositā transeundo ante & retro per renes ad partem sanam. Et in interiori ponitur pecia de pāno: aut stupa supra inguinem: & ligatur cū tybia sana. Et q̄n est antiqua cum st: ēba pedē suspēditur ad humerum vt dicit Aui. ¶ Et in interiori ponitur astella longa vsq; ad calcaneū. Et quando est antiqua ligatur pondus trium aut quatuor librarum in coxa cōprehendēdo tybiā & pendeat cū polhia. mutatur de quinto in quintum. firmatur in. xxx.

¶ De dislocatione genu & rotule pedis & partium eius Cap. viij.

GENV EST velocis dislocationis: fortasse enim dislocatur absq; cā preter deambulationē velocē: aut lubricat parum sicut canalis. Multoties dislocatur absq; cā preter saltum. Et genu quidem dislocatur ad omnem partem nisi ad anteriorem propter rotulam & adiutorium eius.

CVRATIO. Sedeat infirmus super sedem propinquam terre & eleuētur pedes eius parumper; deinde extendat vir fortis manum suam desuper; & de subtus extensione forti: & reducat restaurator iuncturam ad dispositionem suam secūdum iudicium dislocationis vniuersalis; & liget eam.

¶De rotula.

QVANDO accidit rotulæ dislocatio oportet vt ponatur pes plane in terram & reducatur rotula deinde impleatur curuatura geniculi pannis prohibentibus duplicationē & ponātur super eum astelle resistentes ei in parte ad quam declinat.Cum ergo stringitur & adheret non duplicetur genu cum festinatione.Sed paulatim donec alleuietur bene.dicit Aui.quod duplicetur paulatim:quia dicit Lanfrancus & Iamerius quod non est ingenium faciendi stare firmam rotulam post reductionē quam duplicare crus cum çoxa:& ideo ligata teneatur per horam.

¶De pede & digitis eius.

CIRCA dislocationem pedis est sciendum quod pes faciliter dislocatur:& faciliter reducitur.Sed difficulter firmatur propter multitudinem ossium componentium iuncturam & pōt dislocari ad quācunqꝫ partem precipue ad exteriorem & interiorē.¶Cuius signa sunt eminentia & concauitas insolitus dolor & priuatio motus. ¶In reductione eius non est aliud:nisi quod patiente bene firmato & tybia extēsa pes trahatur & moueatur ad quancūqꝫ partem fortiter & eminentia cum manibus cōprimatur quousqꝫ reducatur firmetur & astelletur mutetur de quinqꝫ in quinqꝫ: quiescat per 30. aut 40.dies.vt dixit textus.Sepe enim in reductione partiū pedis erratur.Et Deus per sui gratiam ab omni errore nos eximat.

TRACTATVS VI. De omnibus egritudinibus que non sunt proprie apostemata:neqꝫ vulnera:neqꝫ vlcera:neqꝫ ossium passiones: pro quibus habetur recursus ad chirurgicum.& habet duas doctrinas.

¶Doctrina prima est de predictis egritudinibꝰ: q̄ sunt communes toti corpori.

¶Secunda erit de his que appropriantur vni membro.

DOCTRINA PRIMA habet octo capitula.

¶De gutta & dolore:ac duritie iuncturarum. Cap.j.

ARTETICA siue gutta est dolor iūctu rarum ex fluxu humorum in cōiuncturis generatus. Certum enim est ſm Gal. in cōmēto illius. 6. afforiſmorum. Eunuchi nō podagrizant: quod defluente aliquo humore ad iūcturas illa paſſio fit. Si igitur vt ſequitur in litera nūq̄ flueret illic materia nunq̄ paſſio eſſet: & accipit hic ſpeciem pro genére pro artetica podagram: vt ſupra afforiſmum prefatum dicebat Albertus bonoñ. Eſt enim artetica apoſtema ſumendo apoſtema large: quod in diſgregatione ſit articulorum ſm Haliab. in nono ſermone partis prime libri diſpoſitionis regalis. non obſtante quod multi dicūt: vt ponit Raſ. in libello ſuo de dolore iuncturarum: quod talis paſſio poteſt fieri ex mala complexione ſiue materia. Eſt tamen hoc raro vt dicit Aui. Et cum hoc talis dolor nō eſt gutta proprie; ſed large & improprie: vnde Gal. in decimo meamir. materia abundans que facit arteticam: ſciaticam: podagram: reumatizando comprehendendo & implendo iuncturam & ligamenta lata de foris extendit omnes neruoſas particulas: quare infert dolorem & non ſpaſmum: vt dicebat idem Gale. in commento, quecunq̄ podagrice.

¶ Gutta autē & artetica idem ſunt vt dicit Gordonius. Sed dicitur gutta a fluxu: artetica ab artu: quarum ſpecies ſunt ſciatica in ſcia & podagra in pede: & artetica in aliis iuncturis per Gale. in meamir. loco preallegato. Chyragra proprie nō eſt artetica: ſed inflatio manuum de materia phlegmatica: de qua in de apoſtematibus dictum eſt ſupra. Neque etiam tumeſcentia genuum que in pueris ex indigeſtione multoties aceruatur eſt artetica: vt dicit Gale. in commento. Infans non podagrizat: de nominibus tamen non eſt curandum. Et cum hoc tales differentie non multum faciunt ad curam: niſi in ſciatica: propter materie ſitum. A materia enim & a ſinthomate doloroſo ſumuntur potiſſime intentiones curatiue. A materia quia quedam eſt gutta frigida: quedam calida. A dolore

quedā est clamosa & molestissima: vt dicebat magister Paulus: quedam satis tolerabilis & quieta.

CAVSAE passionum iuncturarum sunt que aposte matum generales vt causæ reumatis: & speciales vt primitiue antecedentes & cōiuncte: vt supra de apostematibus fuit specificatum. Membra enim mandantia quātum ad phlegma sunt cerebrum & stomachus quantum vero ad choleram & ad alias superfluitates epar & vene. Et propter hoc dicebat Aui. ꝙ horum quidem humorum plurimum est superfluitas digestionis secūde & tertie. Membra autem recipientia sunt iuncture.

¶Et istas causas distinguebat Auic. in tribus. In causis materialibus, quas efficientes vocabat: & in causis instrumentalibus que sunt latitudines meatuum ꝑ quos materia transit facillime. Et in causis patientibus: q̄ sunt debilitates iūcturarū ꝑ naturā: vt q̄a de gn̄e guttosorū: aut ꝑ accidēs: vt ē casus & ꝑcussio & regiminis malitia.

¶Primum concipitur a verbis Hyp. in sexto afforismorum. Mulier non podagrizat nisi menstrua ei deficiant: tunc enim retinetur materia multa. & potest podagrisare: vt dicit commentum. Ecce causam materialem. Secūdum accipitur pro illo; eunuchi & pueri nō podagrizāt quia non coeunt neq; dilatāt meatus per vnde materia faciliter transeat. Ecce causam instrumentalem. Tertiū concluditur in prefato commento, dum dicit ꝙ necessarium quidem oportet habere pedes & super iuncturas imbecilliores; si debet quis capi podagra; queadmodum cerebrum; si debet quis epilenticus esse.

¶Est ergo ẜm Gal. in meamir. vbi supra: aliquādo qui peruenit humor sanguineus: vt plurimum autem phlegmaticus vel mixtus ex flegmatico & cholerico: vel cū his sanguineo raro tamē sit a melēcholico. vt dicit Aui. Nam splenetici & melencholici raro fiunt reumatici & econuerso. Aui. imponit Hyp. Et rarius ex humoribus corruptis: rarissime ex omnibus mixtis ẜm proportionē suam in corpore; vt dicit Ras. Et mutatio subita passionis ostendit materias istas cum ventositate associari: vt in quodam regimine papali dicebatur. & plurimum iste

passiones sunt composite sine proportione dicta raro tamen simplices. Nam humor crudus sine cholera ad iuncturas currere non posset. vt Rasis in libro innuebat diuisionum. Cure aūt simpliciū sicut de apatibus dicent: vt per eas composite habeantur.

¶ Signa & indicia.

SIGNA gutte clamose non oportet describere. nam satis eam describunt infirmi.

¶ Signa autem gutte calide & frigide: licet habeantur per signa apostematum calidorum & frigidorum superius in de apostematibus dicta: nihilominus Gal. in mea mir. dat octo modos cognoscēdi materiam ipsarum ex colore: ex tactu: ex applicatis: ex precedēti dieta ex complexione etate regione & tempore. Aui. autem addit ad istos modos modum doloris diuersitatem duratiōis & consuetudinem & iudicium vrine & aliarum superfluitatum. Cōsideretur igitur vt dicit Gordoni⁹ in primis. locus si rubet dolet calet: si delectatur cum frigidis & tristatur cum calidis. Si precessit dieta calida & eius cōplexio & etas & alia particularia cōueniant. in caliditate satis videtur probabile ꝙ gutta sit calida. Si tamen sit econuerso ꝙ est frigida: attamen in his sepissime facit errare: & ponit difficultatem tam in significando ꝙ̄ in curando compositio materierum situs: & natura applicatorum vt dicit Raſ. & Aui. Vltra ista signa inuenit ſm predictos viros: ꝙ gutta vt plurimū incipit a podagra: & precipue circa articulum maiorem & latera pedis: & sciatica communicat anche: & vsq̄ ad calcaneum extēditur.

¶ Iudicatur per Hyp. in sexto afforismorum: ꝙ q̄cunq̄ podagrice egritudines fiunt: he defluentes in. 40. diebus desistunt: sicut enim vt ibidem dicit Gal. terminus flegmonum particularum carnosarum est. 14. ita & neruosarum. 40. eo quia natura substātie carnis est rarior ꝙ̄ substantia colligantie: materia em̄ que est in carne cito congregatur & cito resoluitur: que tamen est in colligatiōe

ecõtra:vt dicit textus. Et inde est ꝙ tumor & varices ap
parere in gutta dicitur esse bonum: cõtrariũ vero malũ
vt dicit vulgus: & est qm̄ tunc materia dimittit particu
las neruosas & conuertitur ad carnosas.
¶ Egritudines iuncturarum quatuor habent tp̄a: & se
quuntur motum suarum materierum: sicut alia apata: &
terminantur vt plurimũ per resolutionem aut per petri
ficationem: proprium aũt earũ est vt dicit Ras. in diuisio
nibus: ꝙ non faciunt saniem: sicut reliqua apata.
¶ Iudicatur etiam per ipsum Hyp. in sexto afforũ ꝙ ve
re & autũno mouentur vt plurimum in vere ꝓpter abũ
dantiam humorum in hyeme generatam. Autũno pro
pter eorum malitiam & latitudinem meatuũ in estate fa
ctam. Aliquoties tñ mouentur in hyeme: propter frigi
ditatem comprimentem. Et in estate propter caliditatẽ
dissoluentem. vt in tertio afforismorum notatur.
¶ Amplius dicit Aui. ꝙ dolores iuncturarũ sunt ex sum
ma egritudinum que hereditantur quoniam sperma est
ꝑm complexionem generantis.
¶ Amplius sicut dolor iuncturarum quando indocte re
percutitur est timorosus de reditu materie ad membra
principalia: ita ipsa gutta securat patiẽtem a multis no
cumentis. vt in septimo tera. Et quarto sanatiuorũ dedu
citur euidenter.
¶ Inter dolores iuncturarum sciatica est peior ꝑm Aui.
¶ Preterea dolores iuncturarum sepissime cõmouẽt fe
bres: & febris & colica commouent eos: vt dicit Aui.
¶ Amplius dicit Aui. ꝙ omne membrũ in quo est dolor
iuncture & diuturnatur macrescit & attenuatꝛ vt in gib
bo & vulneribus iuncturarum manifestatur: & hoc est
propter virtutis debilitatem.
¶ Preterea scias ꝙ egritudines iuncturarum: postq̄ im
presse fuerint in mẽbro: licet actus afflictionis earum re
moueri possit: aptitudo tñ semꝑ remanet. Nã oĩs immo
derata qualitas diu existẽs in membro acũ ipsius debili
tat: vt dicit Aui. Et hinc est ꝙ velociter fiunt recidiue.
¶ Et nõ obliuiscaris dicit Ras. in diuisionibus: qm̄ dolor
iuncturarũ quandoq̄ perducit ad asma paralisim apo

plexiam: & ad turbationem sensus: quandoq̃ ad mortem subitam.

IN CVRATIONE gutte ad duo communiter intendunt doctores: & tertium addebatur in loco regimine papali: primum est ad preseruãdum anteq̃ veniat. Secu ndũ est ad curandũ dũ actu infestat. Sed tertium ad resumendum cum iam afflictio cessauit.

¶ Regimen preseruatiuum tres habet intentiones. prima est vt materia non generetur. Secunda vt generata expellatur. S ed tertia vt membra mandantia & recipiẽtia rectificentur. Prima completur ꝑm quod est materia calida vel frigida: & cum debita administratione sex rerum non naturalium: & triũ q̃ in generalitate sui sunt illis annexe. Et sunt aer cib⁹ & potus: inanitio re pletio: somnus & vigilia: motus & quies: & anime accidẽtia. Ac etiam obuiatio rerum ab extra balneum & itineratio sub diuo. Secunda completur cum debitis flebothomijs & euacuationibus. Sed tertia requirit confortantia & desiccantia membra illa. ¶ Regimen aũt curatiuum in afflictione quatuor habet intẽtiones. Prima est in vita que sit tenuis. Secũda in materia autecedente q̃ euacuet̃ diuertatur: & fluere prohibeatur. Tertia in materia coniuncta q̃ repercutiatur euaporetur. Sed quarta in accidentibus quod sedentur.

¶ Regimen vero resumptiuum tres habet intentiones. Prima est in vita q̃ paulatim reducatur ad regimen sanorum. Secunda quod si aliquid de materia derelictum fuerit cum diureticis & thiriaca finiatur & cõsumatur. Sed tertia q̃ iuncture cum balneo & vnctione vulpina & consimilibus liniantur & confortentur. ¶ Verũ quia ista magis pertinent ad dominos physicos nec in ea chirurgici vocant̃: nisi pro manuali operatione. Et aliqñ in afflictione in qua vocantur oẽs etiã emperici: exquisitã pertractionẽ de modo & qualitate complẽdi predictas intẽtiones omittam: superficialiter aliqua tangendo.

¶ Quantum enim ad regimen preseruatiuum pro prima intẽtione complenda que erat de vita q̃ materia nõ generet̃, ꝑcipue frigida assumpsit magister Arnold⁹. io.

afforismorum extrauagantes: qui gratia sue excellenti hic inserantur. ¶ Quorum primus est de aere. Pedes podagricorum aer offendit excellenter infrigidans. & faciens estuare.
¶ Secundus de cibo & potu lactens porcellus & fluuiales aues: necnon vetustissime galline proditionaliter feriunt inferiores iuncturas.
¶ Tertius pisces beluales & anguille iuncturis semper aduersantur. ¶ Quartus minas infert iuncturis & capiti qui lac animalium cum vino & cibis sumit. ¶ Quintus potus qui non spectat ad iudicium vere sitis iuncturis ministrat grauamina lesionis. ¶ Sextus sicut auarus venter opprimit omnes artus sic quotidiana largitas fouet eos. ¶ Septimus omnis fatiga deambulatio & pedũ suspensio ledit iuncturas. ¶ Octauus in dormientibus nimis ledit articulos decubitus resupinus.
¶ Nonus extremis artubus excitat iracundia tempestatem. ¶ Decimus passibilitas iuncturarum & maxime pedum nequit vsum nocentium in quantitate notabili tolerare.
¶ Ex dictis ẽt Gal. sup illo affõ. Eunuchi nõ podagrisant cõcludit cõsuete ꝙ crapula ebrietas indigestio ac exercitij purgatiõis omissio: & ĩmoderat⁹ coit⁹ ĩnumerabiles faciũt podagricos. ¶ Pro secũda intentione cõplenda que erat materie generate expulsio adducit prefatus Arnoldus iuxta afforismum Hypp. flebothomiã & farmaciam in vere & autũno aut anteꝙ incidat passio esse faciendam. Quomodo aũt fit flebothomia & farmacia satis in de apostematibus fuit dictum: & dicetur infra.
¶ Verum pro ipsis purgandis dyacarthamum qui flegma & coleram conuenienter purgat sub hac forma prefatus Arnoldus ordinauit. ℞. pul. dragaganti frigidi. ʒ. j. carnium citoniorũ confectarum cum zucca. ℥. ij. zinzi. albi hermodactiloiũ. aã. ʒ. iiij. medulle cartami ʒ. vj. dyagridij ʒ. iiij. turbit electi ℥. j. manne granate mellis rof. dispumati aã. quartam ƀ. panis zucca ℥. xvj. electuarium dosis ʒ. iiij. ¶ Pro tertia vero intentione cõplenda que

Dyacartami descriptio

erat membrorum confortatio quantum ad iuncturas assumpsit idem Arnoldus alios decem an̄os. ¶ Quorū primus est. Interius a lutosis pedibus nunq̄ deest robur prosperitatis. ¶ Secūdus saluia parum cocta & crebro sumpta in fine refectiōis ministrat ineffabile iuuamentum neruis & omnib⁹ iuncturis. ¶ Tertius flores amigdalorū necnon miri & camomille mellilotum atq̄ rose: semper prosunt iuncturis. ¶ Quartus achor⁹ & hedera nō arborea sed terrestris spāliter iuncturis cib⁹ amicantur. ¶ Quintus nux indica iuncturis & neruis pre ceteris terre nascentibus multipl̄r est amica. ¶ Sextus qui sepius calcat vuas: aut musto recenti balneat pedes suos rarissime podagrisat. ¶ Septimus verbena gestata recēs trita calumnias pedum iuuat viribus occultis. ¶ Octauus celeste signū dolorem pedū effugat in eternū. ¶ Nonus additur a Rasi q̄ nulla medicina in conseruatione a dolore iuncturarū est ita iuuatiua: sicut vrine prouocatio quod Haliab. concedit in sermone primo libri secūdi regalis dispositionis. Et Auicē. in tertio precipit: q̄ si dimittunt vinū diureticis vtantur: superfluitates enim secunde & tertie digestionis purgant diuretica vt monstratur euidenter, aqua ergo cicerum conuenienter dn̄o nostro pape administrabatur maxime in preseruatione. ¶ Quantū aūt ad membra mādantia administrare precipiunt in illo magno regimine electuaria dragete emplastra & alia auxilia confortantia: & hoc de regimine preseruatiuo. ¶ Quantum aūt ad regimen curatiuū afflictionis pro prima intentione cōplenda que erat in vita precipit Auicē. & quasi omnes vt auferatur vinum & subtrahantur carnes: maxime in gutta calida: vtantur mellicrato. Et si esset cum diureticis gratum esset Aui. Et si illa diuretica essent domestica: & post principium sufficeret mihi & magis: si materia partes superiores obtineret. Si autem a vino nō posset abstinere sit grossum a principio cum multa aque quantitate post vero subtitile. Vtatur auenato ordeato: & consimilibus: secundū quod dictū fuit in de apostematib⁹ supra. ¶ Pro secūda intentione que erat diuertere & prohibere fluxum con-

ceduntur vomitus & clisteria acuta in quibus sit bene= dicta & purgatio cum dyacarthamo: & flebothomia de parte contraria si adsit plectoria:aut sanguinis abun dantia:tutius tñ sit post principium: vt dicit Auic.imo quod mirum est eam a principio penitus inhibet:quod verificatur in casu in quo abundat cholera aut flegma vt in de flõmia dicit Arnoldus.Et constructio cum au= xilijs conuenientibus non supra locum apostematum: sed a parte a qua venit materia:vt dicit Rasis.

¶ Pro tertia intentione circa materiam coniunctam est necessariũ vt in alijs apostematib⁹ fuit dictum ꝙ in principio procedatur cũ repercussiuis:preterꝗ̃ in sciati= ca non quibuscũqꝫ sed domesticis ne materia retroce= dat ad membra principalia aut induretur:& fiat inobe= diens resolutioni. vt dicit Aui.Et cum mixtis inequali= ter repercussiuis in augmento:& cũ equaliter mixtis in statu.Et cum puris resolutiuis in declinatione:talis qui= dem fuit voluntas Gal.in tractatu sepe dicto.¶ Et licet auxilia cõmunia que in vtraqꝫ materia cõplent inten= tiones predictas posita sint superius in tractatu aposte= matum & etiam infra in antidotario aliqua ponentur. Nihilominus gratia manifeste doctrine hic aliqua for= mentur.Et sepe fiat mutatio de vno ad aliud eiusdem ra tionis:quia natura gaudet:& quod proficit in vna hora nocet in alia.vt dicit Aui.Auxilia que cõplent intentio nes in materia frigida.primo repercussiuorũ eliguntur due forme.¶ Quarum prima est Aui.quod ℞.sauine nu cum cipressi:ossium adustorum.añ.partes equales. alu= minis partem vnam dragaganti sextam partem illius. glutiuis piscium quantum sufficit ad aggregandum & fiat emplastrum.

¶ Secunda est Raſ.℞.olei nardini storacis mirrhe aloes acatie ſm quod tibi videbitur:commisceãtur cũ aqua gallarum coctarum:vt dicebat in de iuncturis & fiat li nimentum.

¶ Auxilia resolutiua trium aut quatuor eliguntur for= marum:prima est Auicen.quod ℞.stercoris bouini cali di quantum volueris:& calidum applicetur. Halia.aũt

addit cum isto de stercore caprino:& cinere cauliũ communium incorporando cum melle. Et consulit ꝙ ante emplastrationem lauetur locus cum aqua decoctionis camomille melliloti aneti maiorane centauree & consimilibus.

¶ Secunda forma est Ras.in Almansore.℞.armoniaci bdelij storacis cum vino veteri dissolutis.añ.partem.j.fenugreci se.lini.añ.partem ß.commisceatur cũ oleo costino & fiat emplastrum.

¶ Ad eandẽ intẽtionẽ magister Dinus.℞.aloes.ʒ.j.mirrhe.ʒ.ß.salis.ʒ.ij.croci.ʒ.j.farine lupinorũ.ʒ.j.furfuris subtilis.ʒ.ij.mellis.lib.ß.aque cineris quod sufficit ad coquendum fiat emplm. ¶ In resolutione etiam istius materie confert aqua ardẽs:& oleum benedictum:& distillatio dicta in capitulo de paralisi.

¶ In materia calida auxilia repercussiua sunt trium formarum. ¶ Prima est Aui.cum aquis endiuie rosarũ plãtaginis solatri decoctionis sandali.cũ modico de aceto: aut oleum ipsorum:aut cerotum de oleo ro.& cera lautum:aut muscilago psilij:aut albumine ouorum in quibus infundantur pãni & sepe renouentur & applicent.

¶ Secunda forma est Ras.in de iuncturis.℞.sandal.rub.boliarmeni memithe psidie ferruginis opij.añ.cõfice cũ aceto & aqua ro.aut succo coriandri.

¶ Tertia forma est ibidem.℞.ossium cõbustorum lautorum;& desiccatorum zurunge quod credunt hermodactili amidi ceruse.añ.partem vnam.cõfice cum aqua ro.camphorata.

¶ Ad eandẽ intentionẽ magister Dinus.℞.ro.ʒ.ij.farine ordei.ʒ.iij.farine lentium.ʒ.vj.coquãtur cũ oxicrato:& addendo modicum de oleo ros.applicentur.

¶ Auxilia resolutiua sunt etiam trium formarum.

¶ Prima est Aui.℞.aloes mirrhe croci añ.dissoluant cũ aqua caulium:aut endiuie iuxta caliditatis formam:& si addatur farina ordei melius erit.

¶ Secunda est Gal.in.10.meamir.℞.aloes.ʒ.j.succi centauree.ʒ.ß.floris lapidis assi aluminis scisi.añ.ʒ.ij.thuris mirrhe opij mandragore.ãña.ʒ.j.aggregentur cum

vino dulci & dissoluantur cum lacte & vngatur locus cum penna.

¶Tertia forma est Ras.℞.muscillaginis psilij:& se.lini & fenugreci:& farine amborum ceroti facti cum oleo camomille aggregentur & liniantur.Et cōsulit ꝙ ante linitionem fomentet membrum cū aqua calida & dimittātur medicine per decem horas.

¶In materia autem mixta oportet miscere medicamina.Et licet predicta possent misceri ꝑm coniuncturam: nihilominus assumo ad resoluēdum hic materialia aliqua electa per doctores.

¶Primo Ras.in diuisionibus iubet accipere micam panis siliginis & vitella ouorum atqꝫ crocum confectum cum lacte & sapa.

¶Secundo Auenzoar.℞.farine ordei lib.j.cineris nucū cipressi quartam.j.conficiantur cum oleo & aqua.

¶Tertio Albu.23.parte antidota.℞.farine fenugreci se. lini aneti camomille.añ.ʒ.x.bdelij:storacis liquide armoniaci galbani.añ.ʒ.v.olei de lilio quod sufficit dissolutis gummis cum aceto fiat emplastrum.

¶Item Aui.℞.farine fenugreci li.j.coquatur cū oximelle:& fiat emplastrum.

¶Item vrina cocta cum sale ponitur a vulgo.

¶Item succus ebuli inspissatus cum oleo ro.ponitur in regimine papali.

¶Ad eandem intentionem dictauerunt experimentatores generosi vnguentum de limacijs de serpētibus de ranis tartucis de vulpe vespertilionibus & consimilibus. Et fiunt simpliciter coquendo ea cum aqua salita & cōgregatur pinguedo aut ponendo cum sale in olla perforata cum alia integra de subtus:& sepeliēdo in fimo:& quod distillatur seruetur.

¶Cōposite aūt fiunt.primo em̄ G.in fine cathagenorū ponit vnguentū de ranis & tartucis.℞.olei radicis cucumeris agrestis.li.ij.olei maiorane & alcāne cere terebētine galbani medulle ossiū ceruī.añ.quartā.j.ranarū.iij.numero sanguinis testudinū.ij.numero.balsami.ʒ.ij.coquēdo ranas & sanguinē testudinū cū oleis colent:& tūc reliqua

liqua misceantur: & fiat vnguẽtum: est enim valde pretiosum.
¶ Vnguentum de vulpe ẜm Heben Meſ. ℞. vulpẽ integram interioribus euulsis: & coque in vase terreo cum aqua salita vino & oleo adiunctis saluia roremarino iunipero aneto origano & maiorana vſq ad aque & vini consumptionem: & ꝙ vulpis sit ita cocta ꝙ caro ab ossibus separetur: & postea in torculari exprimatur & coletur: & fiat vnguentum.
¶ Vnguentum de vespertilionibus ẜm Raſ. ℞. vespertilionum septem numero pone in caldario & cooperi cũ aqua pluuiali & coque vſq ad medietatem: postea cola: & pone tantũdem olei ro. & superiora salicis: & coque vſq ad cõsumptionem aque & cola: & fiat vnguẽtum. Haliab. autem de istis faciebat balneum: & in decoctione addebat rapas porros & cepas erucam caules feniculum & apium. Et inde est ꝙ ego de precepto ysaac facio eos lauare cum brodio raparum.
¶ Vnguentum de ansere a Thadeo bonoñ. ℞. anserem pinguem deplumatam & mundatam ab interioribus: & farciatur cum carnibus gatorum pinguium salatis cum sale communi & sale nitro sale armenico: & sale gẽma atq alumine. añ. ℥. j. & addatur euforbij asse fetide castorei. añ. ℥. ß. & ad lẽtum ignem assetur & quod distillauerit retineatur, & fiat vnguentum. In farsimento istius anseris posset poni yna artetica pes columbinus pes coruinus hermodactili. Theodoricus etiam addit peritariam rutham marubium radicem cucumeris aggrestis folia hedere & gummam eius: & tũc distillatio eius est magis pretiosa in materia frigida & antiquata.
¶ Emplm de formicis ꝓbatũ p Raſ. in materijs calidis maxime. ℞. terre formicarũ cũ ouis & totũ. ℥. iij. farine ordei & fabarũ. añ. ℥. j. ro. ℥. ß. malue mãdragore añ. ʒ. vj. coque maluas & mãdragorã in tribus lib. aque vſq ad medietatẽ: & cola & cõfice reliquas medicinas in mortario puluerizatas addẽdo tria albumina ouorũ: & duo vitella & vtere. ¶ In sciatica aũt cõpetũt oĩa dicta: dũtaxat ꝙ fortificent cũ sinapi & oleo ipsius & fermẽto & simib⁹

que a profundo materiã extrahũt:& ad istã intẽtionem fiunt vẽtose rubificationes & vesiccationes cũ alliis & cantaradibus & plãta lupina & marubio cilio. Et cauteria potẽtialia: & etiã actualia pũctalia oliuaria & circularia circũcirca iuncturã: & in medio ipsius vt docet Albu. & dicet infra. Et fluere permittunt per .40. dies q est terminus arteticarũ vt dicũt quatuor magistri cũ tentis & foliis cauliũ edere vsquequo sit curatus: & sic perficit tertia intẽtio. ¶ Sed quarta intẽtio que erat accidẽtium correctio completur ẜm ꝙ sunt accidẽtia: potissime duo dolor videlicet & durities.

¶ De dolore iuncturarum.

DOLOR autem in gutta sedatur dupliciter: veridice cum euaporatiuis superius dictis: & palliatiue cũ narcoticis. Et quia difficile est sigillatim cum istis in tali dolore operari: pro tãto est tutius miscere ambo. Et ad hoc eligãtur quatuor auxilia. ¶ Primum est Ras. & Aui. & eum acceperũt in meamir. a Gal. ℞. micã panis albissimi & misce eam in lacte vaccino donec fiat sicut vnguẽtũ: & pone decimam partem opii & croci quartam partem ipsius opii & cõficiendo fiat sicut linimẽtum. apponat & sepe remutetur. ¶ Ad idẽ recipe ceroti ro. li. j. opii croci. añ. ʒ. ii. misceantur & applicentur.
¶ Ad idem ponit Lanfran. amidum & camphoram cõfectos cum aqua ro. ¶ In regimine illo papali. ℞. capitũ papaueris. al. cum seminibus & corticibus suis. & ordei mundati. añ. partẽ. j. seminis iusquami par. iii. illius buliãtur in li. j. aque vsq; ad cõsumptionẽ medietatis deinde colentur & in colatura addatur muscillaginis psilii fenugreci se. lini extracti cum aceto q̃tũ est de colatura olei ros. cum albuminibus ouorum quãtum est medietas & fiat linimentum in quo infundatur pannus lineus & frigidum applicetur: & q̃cito calefit renouetur.
¶ Amplius ẜm intentionem Hyp. & Gale. sexto afforismorum. aqua frigida multa infusa super articulos dolorem ipsorum soluit obtundendo sensum: torpor em̃ mediocris dolorem sedat vt dicit textus.

¶ De duritie juncturarum.

DVRITIES juncturarum consequens arteticas q̃ licet rarissime curetur iuxta illud ouidij Soluere nodosam nescit medicina podagram. Nihilominus emendatur cum medicinis mollitiuis & resolutiuis domesticis & caute: iuxta doctrinam datam in capitulo de sephyros & sclirosi & infra in antidotario dicendam. Et etiã Ras. in de iuncturis vbi ponit modum de euaporatione cum marchasita ignita in aceto extincta dictat ad hoc in speciali istud emplastrum. ℞. armoniaci oppoponacis galbani bdelij sulfuris nitri sinapis piretri añ. partem. j. litargirij quantum de omnibus coquatur litargirum cum oleo: & gumme dissoluantur cum aceto & bulliantur & fiat emplastrũ & superponatur loco prius cum aliquo mollificato. ¶ Ad quam intentionem & ad spasmum dictat tale vnguentum. ℞. bdelij cum aceto & modico de rob & de melle dissoluti ʒ. 30. olibani camomille ℥. iij. olei antiqui pinguedinis galline anseris aquile vel anguille. añ. ℥. j. pinguedinis vituli ℥. ij. confice. & fiat vnguentum.

¶ Ad eandem intẽtionem valet dyaquilon paruum & magnum hebem mes. quorum forme dabuntur infra.

¶ Galenus vero testatur in 10. simpliciũ farmacorum ꝙ caseus antiquissimus coctus cum iure tybie salite porci rumpendo cutem cum virulentia extrahit lapides gipseos & mollificat duritiem iuncturarum ipse autem vt dicit probauit in multis. Ras. autem hoc recitando nasturcium addit. ¶ Durities autem que consequitur algebras: & alias solutiones iuncturarum & neruosarum ꝑticularum etiam est difficilis curationis maxime quando est desiccata & marasmata taliter ꝙ fricando nõ rubescit: vt dicit Ra. & illa in qua nullꝰ aut paruꝰ est sensus: est iam suspecta. Et tempus ad operandũ si meliorari debet requirit longum nihilominꝰ si consideratur in loco aliqua materia curet̃ cum incisiuis: vt dicit Auicẽ.

¶ Et de curationibus bonis post mollificationẽ est vaporatio cum lapidibus ignitis & extinctis in aceto & re

solutio domestica cum empl'is & vnguentis dictis in capl'o de sclirosi:ad quod capitulum pro talibus dispositionibus semper est recurrendum. ¶Si autem non est ibi materia:aut est pauca desiccata procedatur ita. In primis embrocetur particula eam flectendo & extendēdo diu cum aqua muscilaginosa decoctionis corticis radicis altee & radicis vlmi camomille mellilotí fenugreci se.lini & similium. Aut cum aqua decoctionis capitū & pedum montonum:aut cum musto:aut cum sanguine calido alicuius animalis. ¶Deinde inungatur iuxta ignem moderatum cum isto vnguento ℞.dyaltee lib.ß. olei laurini:olei masticini:olei de lilio: olei mustellini: olei de been:olei nucis indice añ. quartam.ß. axungie strucij aquile anguille marmotane casonis anatis galline axungie & asini medulle cruris vituli & cerui añ.℥. j.bdelij ysopi humide storacis liquide añ.℥.ß.pinguedinis testiculorum castorei.ʒ.ij.cere quod sufficit. fiat vnguentum.¶ Deinde applicetur istud emplastrum.℞.cere piscis dyaquilon añ.quartam.j. axungie asini quartā ß.laudani ysopi humide galbani opoponacis armoniaci bdelij storacis calamite masticis sarcocolle dissolutorum cum vino añ.℥.j.axungie vrsi strucij aquile anguille fecis olei de lilio terebentine añ.℥.ß.farine fenugreci & se.lini croci añ.ʒ.ij.fiat emplastrum. ¶Et genera dyaquilonis sunt ad hoc propitia:& aqua sanguinis humani septies distilata est ad hoc per alchimistas & p Henricum laudata:plura alia infra in antidotario ponētur.Et in hoc ligature & instrumenta mechanica multum auxiliantur.

¶De lepra Cap.ij.

LEPRA est maximus error virtutis assimilatiue qua forma corrumpitur in toto.ita habetē ex verbis Gal'.quantum ad primam partem in sexto.Et quantum ad secundam in primo de egritudine & sinthomate.

¶Et intelligo errorem virtutis assimilatiue immediate quia mediate potest esse causa error digestiue & san-

guisice in epate. Et ideo Auicen. vocat errorem virtutis epatis causam efficientem antiquiorem: quando enim epar labitur ad caliditatem: & sic aduritur sanguis & preparat ipsum ad melencholiam. Et talis sanguis quando venit ad membra tertie digestionis inueniens ea debilitata a mala compl'one frigida & sicca introducta a causis suis: vt statim dicetur non potest eum conuertere ad calorem neq; ad carnem bonam vniformē & rubeam conuertit ad calorem & carnem granulosam nigram & horridam vnde in primo de virtutibus nālibus assumatur. Cum virtus digestiua errat in disseminando causatur ethica; qñ in vniendo ydropisis quando in assimilando lepra.

¶ Est enim lepra morbus & accidens ſm gordonium qui sequendo Auicen. valde bene tractauit istam materiam. Morbus consil'is officialis & cōis Morbus cōsilis est: quia est mala complexio frigida & sicca equalis & diuersa in parte & in toto. Officialis; quia est corruptio figure que est propria differentia ipsius vt dicetur. Communis quia cum sit apostema vniuersale soluit cōtinuū vt apostemata alia particularia. Et est accidēs quia peccata actio.

¶ Dicitur autem lepra a lepore nasi; quia in eo potiora & certiora apparēt signa ipsius. Vel dicitur a lupo; quia omnia membra vt lupus deuorat. ¶ Corrumpit enim omnia membra vt lupus cancrosus ſm Haliab. in 8. sermone partis prime libri dispositionis regalis. Et ideo ab Aui. dicitur cancer communis toti corpori. ¶ Spēs & differentie lepre potissime sumuntur a materia & a sinthomate. Et licet ſm Haliab. vbi supra. & forte secundum Gal. non ponantur nisi due species a duabus choleris adustis malis. Nihilominus communis schola nostra assignat quatuor spēs ſm quod quatuor humores possunt aduri & in mēliam cōuerti. Elephantiā de mēlia leoninā de cholera. Thiriam de phlegmate. Et allopitiam de sanguine. raro tamen inueniuntur singulares plurimū sunt cōposite vt alia apēmata. Et vocāt ita a proprietatibus talib9 que in talib9 animalibus inueniūtur.

CAVSAE lepre sunt triplices primitiue aћtes & cō iuncte. ¶ Causæ primitiue sunt corruptio aeris. & contactus leprosorum: malicia ciborum: macula generatiōis. & adiuuant hec retentio superfluitatum melencholicarum vt emorroydarum menstruorum variolarum quartanarum & debilitas splenis & epatis caſitas. vt dicit Aui. ¶ Causæ aћtes sunt humores dispositi ad vrendū: & in melencholiam conuertendū. Causa coniuncta est melencholia spersa per totum. ¶ Propter ꝙ sciendum quod vt dictum fuit de apostematibus mĩa est duplex naturalis & non naturalis: de naturali non fit lepra: sed de non naturali: & non de quacunq;: sed de illa que facta est per adustionem. Ista autem mĩa vt dicit Auicē. aut spergitur per totum corpus aut ad partem. Si ad totum corpus & putrefit facit febrem: si non putrefit morpheam in cute & lepram in carne. Si ad partem generantur cancer & verruce & consimilia vt in 6. de ægritudine & iintho. innuitur a G.

¶ Signa & indicia.

INTELLIGENDVM est circa signa & indicia lepre quod secundum magistrum Iordanum in mōtepessulano ipsa lepra habet dispositionem & actum. ¶ Dispositio seu preparatio lepre est proprietas in corpore qua aliquis valde est dispositus ad lepram. Et tales proprietates proueniunt a causis primitiuis & coadiuuantibus dictis.

¶ Actus autem lepre est nocumentum virtutis dicte qđ ex sparsione melencholie per totum corpus prouenit. Et iste actus dicitur habere quatuor tempora. principiū augmentum statum & declinationem saltim ad mortē. ¶ Principium est quando nocumentum tangit membra intrinseca: & tunc apparēt signa debiliora: lepra eñī incipit in interioribus. Deinde procedit ad exteriora. Et tunc cum venenositate sua interficit. ¶ Augmentum est quando apparet in exterioribus: & tunc signa augmentantur & plurificantur. ¶ Status est quando membra incipiūt vlcerari: & tunc signa sunt manifesta. ¶ Declinatio qñ membra cadunt & tunc signa sunt popularia.

SIGNA autem communia omnium specierũ lepre: quedam significant preparationem seu dispositionẽ quedam ipsius actum: preparationem seu dispositionẽ: significant fedus color morphea scabies: & superfluitates fetentes: & causæ dispositiue dicte.

¶ Actum autem significãtia: quedam sunt vniuoca: quedam equiuoca: vniuoca dicuntur que semper significãt lepram & sequuntur eam vel intense vel remisse. Et sunt sex oculorum & aurium rotunditas: depilatio & grossities seu tuberositas superciliorũ dilatatio & tortura narium ab extra cum interiori strictura: labiorum feditas vox rauca: ac si cum naribus loqueretur fetor anhelitus & totius persone. Aspectus fixus & horribilis ad modũ animalis saton. Vnde Gal. in. 2. de egritudine & sinthomate. Symatur enim nasus & labia grossa & acute aures apparent: & vniuersaliter similes satyris elephãtinantes. i. leprosantes fiunt. Satyris autem vel saton in terra arabica est animalis horribilis aspectus in quo sunt signa iam dicta.

¶ Equiuoca dicuntur que cum hoc ꝙ inueniuntur in lepra inueniuntur in alijs egritudinibus & ideo non semp significant lepram Et sunt. 16. primum est durities & tuberositas carnis specialiter iũcturarum & extremorum. secundum est color morpheatus & tenebrosus. tertium est casus capillorum & renascitio subtiliũ. quartum consumptio musculorum precipue pollicis. quintum insensibilitas & stupor atq; grãpa extremorum. sextũ scabies & impetigines gutta ros. & vlcerationes in corpore. septimũ est grana sub lingua sub palpebris: & retro aures. octauum ardores & puncture acuum in corpore sensibilitas. nonum cutis eorum ad aerem ad modum anseris displumate crispitudo. decimum qñ proijcitur aqua super ipsos videtur vnctuosi. vndecimum raro febricitãt. duodecimum sunt astuti & dolosi furiosi: & nimis se ingerere volunt super populum. decimũtertium habẽt somnia ponderosa & grauia. decimumquartum habent pulsum debilem. decimũquintum habẽt nigrum sanguinẽ plumbeum & tenebrosum cinerulentum arenosum & tũbo-

sum. decimumsextum habent vrinas liuidas albas subtiles & cirenosas. Cum istis autem signis examinantur leprosi.

¶ Circa tamẽ examen & iudicium leprosorum est multum aduertendum quia maxima iniuria est sequestrare non sequestrandos & dimittere leprosos cum populo. Nam morbus est contagiosus & infectiuus. Et ideo medicus debens eos iudicare sepe debet eos aspicere & secum signa voluere & reuoluere & videre que signa sunt vniuoca; & que equiuoca: & quod non iudicet per vnũ signum; sed per concursum multorum specialiter vniuocorum.

¶ In primis inuocando dei auxilium debet eos confortare quod ista passio est saluatio anime: & quod non dubitent dicere veritatem: quia si reperirentur leprosi purgatorium anime esset: & si mundus habet eos odio non tamẽ deus: imo lazarum leprosum plus dilexit ꝙ̃ alios. Si autem non reperirentur tales stabunt in pace: deinde faciat eos iurare veritatem dicendi de interrogandis. Et tunc in primis debet interrogare de his que disponũt ad leprã. Si ipse habet aliquid vt si ipse est de genere leprosorum: aut si est conuersatus cum eis. Et si restricta sunt ei menstrua vel emorroydes. Et si regimine melencholico vsi sunt. Et quales egritudines consueuerũt pati. deinde inquirat cum notis ipsorum: & cum ipsis de astutia & moribus ipsorum & somnijs: desiderijs ipsorum: & si sentiũt acuitatẽ ardorẽ & pũcturas ĩ carne: deinde tãgat pulsum: deinde faciat sibi facere flebothomiã & consideret substãtiã & colorẽ sãguinis si est niger & cineritiꝰ & lauet ipsum: & sciat qualis erit illa caro q̃ remanet in colatorio: si est arenosa granulosa & trumbosa; quia maximum signum est. Et si vult probare: in altera scutellari si sal cito funditur. Et si acetum & vrina cito commiscẽtur. Et si per modum farine descẽdit in plena pelui aqua potest gratia solennitatis facere.

¶ Hoc facto consideret aspectum suum: & dicat sibi ꝙ recedat & de mane apportet vrinam: & interim cogitet medicus super visis & videndis. Et de mane ipse veniat

in presentia medici: & tunc in primis videat vrinam & cōsideret si significabit aliquid de dispositione lepre. Si est alba subtilis cinerosa: quia tales sunt vrine leprosorum. Deinde consideret faciem suam. Supercilia si sint depilata: si sunt inflata & tuberosa; oculos si rotūdos specialiter versus domesticam partem: si eorum alba sunt tenebrosa. De naso si est totus grossus vlceratus intus. De auribus si rotundatur & curtātur. De voce si loquitur rauce & cum naribus. De labijs & lingua si sanguinantur & vlcerantur & si habet grana. Si anhelitus sit difficilis & fetidus. Et si eius forma sit diuersa & horribilis & consideret bene ista: quia signa faciei sunt certiora.

¶ Deinde faciat ipsum expoliare & cōsideret in primis colorem totius corporis si est tenebrosus & morpheus. Deinde substantiam carnis si est dura & aspera tuberosa specialiter circa iūcturas & extremitates: & si est scabiosus pruriginosus & serpiginosus & vlcerosus. Si corium eius crispatur vt anseris: si musculi sunt cōsumpti: si patitur dormitationem in membris. Si senserit bene quādo pungitur retro talonem & tybiam: & interroget cum quo & vbi. Deinde proijciat aquam super corpus suum: & vide si est vnctuosum: & si sal adheret quando proijcitur super ipsum. Deinde redeat ad considerationem faciei & aspectus & dimittat ipsum, pensentur oīa signa & conferat & deliberet bene de signis & concordia ipsorum. Et si inueniat quod ipse cum dispositione ad leprā habeat aliqua signa equiuoca diminuta domestice & secrete comminandus est vt stet in bono regimine: & habeat consilium medicorum alias efficeretur leprosus. Si autem multa habet signa equiuoca & pauca vniuoca cassatus vocatus vulgariter. Et tales sunt acriter comminandi ꝙ teneant bonum regimen & habeāt bonum consilium medicorum & ꝙ stent in domibus & mansionibus ipsorum & non multum se ingerant cum populo: quia ingrediuntur lepram. Si autem habēt multa signa equiuoca & multa vniuoca cum bonis verbis & consolatorijs sequestrādi sunt a populo: & in malan

teria ducendi. Si autem sunt sani absoluendi sunt & cum literis medicorum ad rectores mittendi.

¶ Signa aũt propria humorum haben̄t per signa humorum dicta in de apatibus supra: peiores tamē sunt humores leonine & elephantie q̄ aliarum.

¶ Iudicatur per omnes q̄ lepra est pessimus morbus: & est hereditarius & contagiosus: & est quasi impossibilis eradicationis presertim confirmata. Quomodo em̄ inq̄t Aui. curabitur lepra cū sit cancer vniuersalis q̄n cancer particularis non curatur: preseruari autem potest & palliari: curari vero minime.

¶ Amplius iudicatur q̄ inter species lepre leonina & elefantia tanq̄ de pessima materia sunt peiores. Alie vero tanq̄ de magis miti suauiores.

IN CVRATIONE lepre ad tria cōiter intēdunt doctores. primum est ad preseruādum dispositos anteq̄ veniat. secundum est ad curandum actuales cū est introducta sed non est confirmata. tertium est ad palliādum dum est introducta & confirmata.

¶ Regimen preseruatiuum tres habet intētiones. prima est vt materia non generetur. secūda vt materia generata expellatur. sed tertia vt epar & cōplo totius corporis rectificetur. ¶ Prima completur cum debita administratione sex rerum non naturalium: & trium nō necessariarum que sui generalitate annexantur istis vt sunt aer cibus & potus &c. vergentium ad temperamentum.

¶ Secundo completur cum bina aut trina purgatiōe in anno: vere tamen potentissime & autumno cum dyacatholicon: aut pillulis de fumoterre flebothomia cū debita prouocatione emorroydarum & cauteriorum in fontanellis brachiorum & tibiarum.

¶ Tertia completur cum bonis electuarijs factis de dyarodon abbatis & bonis epithimatibus pro epate.

¶ Regimen autem curatiuum quando est actu lepra nō tamen confirmata habet quatuor intētiones. Prima est bonitas regiminis vt humor lapsus temperetur. Secunda est humorum adustorum euacuatio. Tertia est impressionis illate rectificatio. Sed quarta est acci-

dentium correctio. ¶ Primum cōpletur cum debita administratione sex rerum nō naturalium: & trium annexarum vergentium in frigiditatem & humiditatē. ¶ Secundum completur cum flebothomia & pharmacia caputpurgijs balneis ventosationibus & fricationibus & alijs resoluentibus materias ab extra. ¶ Tertium completur cū debita administratione serpentiū & potionū & confectionū de alfilude de auro & de talibus consimilibus cōfortantibus cor & rectificantib⁹ naturā. Sed quartum cōpletur ſm naturam accidentium que occurrunt.

¶ Regimen palliatiuū quod cōpetit lepre cōfirmate tres habet intentiones. prima est humectare corpus ab intra ne incineretur. secunda confortare cor & alia membra principalia ne dissoluantur. Sed tertia est custodire mēbra ne deformentur.

¶ Primū completur cū debita administratiōe lactis & brodij gallinarū & aliorū humectantiū. ¶ Secundū cum letitia Gal. & dyarodon abbatis. ¶ Sed tertium cū cauterijs factis in locis vbi scitis & cum gummeris: & alijs decorantibus & solidantibus faciem & alia membra. ¶ Verum quia ista magis pertinent ad dominos phisicos ꝙ̄ ad chyrurgicos: nisi quantū est ad iudicandū & ad manualem operationem exquisitam per tractationē de modo & qualitate complendi predictas intentiones omittam superficialiter aliqua tangendo ea in 8. capitulis tangendo vel assumendo. Primum erit de dieta. Secundum erit de flebothomia. Tertium de medicinis laxatiuis. Quartum de caputpurgijs. Quintum de balneis vnctionibus epithimatibus embrocationibus & consimilibus. ¶ Sextum de regimine serpentium. Septimum de cauterijs. Octauum de correctione accidentium.

DIETA LEPROSORVM debet esse sicut patientium apostemata melencholica de qua superius in de apostematibus melencholicis fuit dictum.

¶ Et vltra illa caueant a coitu: & ab omni re que potest eorum calefacere naturam: vt vult Auicen. Iac etiam vt

dicit est de conuenientioribus quibus curatur lepra. Et propi̇e apud constrictionem & difficultatem anhelitus & vocis. Et post euacuationes oportet vt bibant illud dum mulgetur & detur quantitas que digeratur. Et si posset stare cum ipso solo bonum esset. Et si passio sedaretur auferatur: totum autem regimen ipsorum precipue in palliando ad regimen ethicorum declinetur vt volunt omnes.

¶ De flebothomia.

FLEBOTHOMIA venarum magnarum nullo modo competit in lepra confirmata: nisi esset magna repletio: aut quod timeretur constrictio anhelitus: sed ventosatio & scarificatio in natibus tibijs retro collum inter spatulas & apertio venarum paruarum narium & faciei bene potest competere eis; eo quia materia iam exiuit venas: & si est in carne anteꝗ̃ confirmetur: tamẽ precipit Haliab. sermone 4. partis primi libri dispositionis regalis accelerare minutionem sanguinis a duabus venis organicis & duabus post aures. & que frontis & a mediastinis & tantum auferre donec defectus appareat. ¶ Rasis tamen a purpurea vena dextri brachij incipit. Et post interuallum a sinistra & refert quod curauit quendam adolescentem leprosum in cuius facie nodi fieri incipiebant & pili defluebant cui occurrere incepit cum flebothomia; & ventris solutione cum apozimate de epithimo: & pillulis choleram purgantibus: & frequenter eum in balneo posuit & cibaria humectantia dedit.

Postea quietem per aliquos dies ordinauit post ad ventrem soluendum redijt; quod toties fecit donec plusꝗ̃ quadragesies in quinꝗ mensibus ventrem soluit quib⁹ peractis pili inceperunt nasci & oculi & color & facies meliorari: & prope sanitatem reduci. Et recedẽs ab ipso per alios sex menses dimissa purgatione preter cum sero cum bono regimine perfecte sanum eum inuenit.

¶ De medicinis laxatiuis.

INPRIMIS digeratur materia cum syrupo de fumo terre. quod ℞. fumiterre quartam. j. buglosse cũ toto

teneritatum lupuli scabiose lapacij capilli ven. dyanathos politrici scolopendrie endiuie nouelle cicoree.añ. quartam ß.liquiritie.se.melonum se.acetose anisi cuscute añ.ʒ.ß.florum rof.violarũ boraginis & buglos. epithimi añ.ʒ.j polipodij quercini.ʒ.ij.vini malorum granatorum aceti passulati añ.quartam.j.panis zuccari li. j.fiat syrupus.

¶ Digesta materia purgetur paulatiue cum apozimate laxatiuo facto cum predictis addendo succum fumiterre boraginis buglosse lapacij: & de sene & epithimo quantum de polipodio.& de prunis & tamarindis ac cassia fistula: & non ponatur acetum.Et administretur bis in septimana quarta.j.in quo potest dissolui ad acuẽdum.ʒ.j.electuarij de succo rof.Et si vis ponere in predicto syrupo mirabolanos preceptum hebem mesue facies. ¶Si autem vis purgare fortius: fiat hoc cum pillulis de fumoterre:cuius forma secundum Aui.℞.mirabo. citrinorum chebulorũ nigrorum omnium añ.ʒ. v.aloes succotrini ʒ.vij.scamonee.ʒ.v.sine cessatione conficiantur cum aqua vel succo fumiterre. & fiant pillule. dos. ʒ.j.vel ʒ.j.& ß. ¶Si autẽ vis purgare fortissime precipit Aui.yeram ruffini yeralogodiõ theodoricõ acuatur cũ pulpa colloquintide & cum electuario de succo rosa. ¶Cum istis autem medicinis possunt addi & diminui medicine ſm ꝙ videbitur quod natura declinabit ad flegma vel ad choleram:& secundum tempus & qualitatem patientis.

¶De caputpurgijs.

POST EVACVATIONEM vniuersalem fiant caputpurgia cum succo vel decoctione sansuci celidonie nasturcij staphi sagrie piretri nucismus. piperis lon.in quo addatur modicum de euforbio & de scamonea.aut de electuario de succo rof.& traijciatur. aut imponatur vna gutta in naribus cum emboto nasali.

¶De stuffis & balneis fricationibus & vnctionibus & consimilibus.

POST istas autem purgationes fiant stuffe cum herbis dictis in syrupo.Et in stuffa raso capite fricentur &

lauentur per caput & faciem & totũ corpus cũ tali decoctione.℞.fumiter.lapacij scabiose camomille mellilo ti staphisagrie sinapis piperis longi nucismus.sulfuris ni tri aloen auri pigmenti coctis cum aqua & aceto & facta fricatione liniatur totus cum sanguine leporis.Et in exitu detur thiriaca cum vino ʒ.j.Et postq̃ sanguis fuerit desiccatus redeat ad stuffam: & ibidem lauetur cum aqua decoctionis radicis lilij iarri & furfuris macri. Et post inungat totus cum isto vnguẽto.℞.vnguenti citrini lib.j.vnguenti albi li.ß pinguedinis serpentis: quartã j.olei ro.olei mirtini vnguenti populeon añ.quartam ß. misceantur & inungãtur.❡Pro ista intentione inuenirẽtur multa alia auxilia in morphea scabie serpigine & in morbis faciei.Et ista talia reiterentur toties quoties vis debitur expedire.

❡ De administratione serpentum.

ET SCIAS vt dicit Aui.q̃ caro vipere vel thiri & illud in quo est virtus eius est de melioribus medicinis ci.Et G.in xj.simplicium farmacorum per quinq̃ exem pla hoc probauit,eligantur ergo serpentes ſm nohilem Gordoniũ de locis siccissimis cum dorso nigro & ligentur versus caput & caudam: & cum virgis minutis flagellentur & subito insimul duo viri abscindant caput & caudam: & permittantur volutari per terram: & quãto plus volutabuntur: & exibit de sangnine tanto melius erit.Et excorientur & abluantur cum aqua salsa calida & postea cum vino puro & istis serpentibus vtatur omnibus modis quibus poterimus cõsiderare: quia breuiter loquendo aliam viam non habemus in curando leprosos per corporis mundificationem nisi in serpentibꝰ decoquantur.igitur vsq̃ ad ossium separationem cum feniculo & aneto & pane biscoto & modico salis. Et sorbeatur brodium & comedãtur carnes: vel carnes sic preparate terantur cum ala galline & modo zinzi. & satis de zuccaro & fiat comestio alba.

❡Vel aliter quod carnes sic preparate cum puluere zinzi.coriandri.& croci ponantur in pastilo.

❡Vel aliter quod carnes sic preparate terantur fortiter

& cum puluere zinzi.nucismus.& zuccaro.& fiat electuarium.

¶ Vel aliter serpẽtes viui ponãtur in vino tempore vindemiarum cum epithimo sene polipodio & aniso feniculo & aneto:& quando erit clarificatum ponatur in alio vase & erit laxatiuum:si administretur bis vel ter in die.

¶ Vel aliter ßm Henricum ponãtur post decolationem in alẽbico & fiat aqua.Et patientes possunt lauari cum aqua decoctionis ipsarum.Est tñ aduertendum ꝙ vsus ipsarum facit corpus primo inflare:& postea cadũt squame & pelles & excoriant̃ & deinflãtur & sanant̃.¶ Tẽpus aũt sufficientie vsus ipsarum est dum incurrere incipiunt scothomiã & mutari in ratione:tunc eñ cessandũ est ab vsu ipsarum Et sal vipere iuuatiuum est iterum.

¶ De his que cõferũt est vt dicit Aui.qñ bibũtur aut comeduntur sunt confectiones bederasuli & alsedule &c.

¶ De cauterijs.

CIRCA CAVTERIA est intelligendũ ꝙ ipsa non debent fieri nisi post omnes alias curas:& maxime in putrefacta & humorosa.Et licet Alb.ponat.70.cauteria pro ipsis:quia dixit ꝙ quanto plura fiunt magis conferunt:nihilominus nõ sunt consueta mihi:nisi cauteria punctalia seu rotunda fontanellarum brachiorum & tibiarum & inguinum & ascellarum:& in summitate capitis & retro collum ad setonem.Ruptoria fiũt sub mẽtone & in collo:& si ventose precederent ruptoria non esset id male factum.

¶ Vltimo est dicendum de correctione accidentium.

ACCIDENTIA QVAE apparẽt in lepra sunt multa que correctione indigẽt vt morphea scabies pruritus & serpigo:de quibus dicetur in sequẽti capitulo:nodi glandule atqꝫ tuberositates vlcera & corrositates:de quibus in proprijs capitulis dictum est supra.

¶ Depilatio pustulatio oppillatio nariũ de quibus dicet̃ infra doctrina secunda raucedo difficultas anhelitus de

quibus in phisicalibus libris satis tractatur. Et ideo correctiones eorum in locis suis requirantur.

¶De morphea serpigine scabie pruritu syronibus pediculis & alijs infectionibus cutis. Ca.iij.

INTELLIGENDVM ꝙ morphea & albaras algada algasen panni lentigines sanguis mortuꝰ gutta rosea scabies serpigo & impetigo & consimilia sunt infectiones cutis maculosę: & quia non differunt nisi magnitudine & paruitate & in situ: & in colore & aliqualiter in materia: propterea doctores nostri fuerunt ita varij & discordes in differentijs ipsorum: imo quod fortius est morpheā albarosan vocauit Haliab. lepram. Nihilominus communis vsus tenet inter nos ꝙ iste infectiões qñq; sunt plane & non habent inequalitatem neq; vlcerationem: si sunt nigre vocantur morphee: si albe albaras: si rubee gutta. s. ro. si magne vocantur panni: si parue lentigines. Si vero non sunt plane: sed inequales & vlcerate vocantur scabies serpigines & impetigines. Non obstante ꝙ Lanfrācus & Henricus in differentijs istorum multum videtur gloriari.

¶Non ergo faciunt in opere diuersitatem tales differentie nisi in non vlceratis que reponūtur sub morphea & in vlceratis sub scabie & serpigine. Et in syronibus & in pediculis de quibus dicetur. Et licet multa de his dicātur hic in generali. Nihilominus aliqua dicent in speciali in secunda doctrina de dispositionibus faciei.

¶De morphea.

EST ERGO morphea cutis plana defedatio maculosa. Cuius licet sint tot species sicut & lepre: nihilominus due sunt magis famose nigra videlicet & alba quarum causæ sunt albe phlegma: nigre vero melencholicus humor: vt dicebatur in sexto de ægritudine & sinthomate.

Signa

SIGNA SVNT satis manifesta. Sed iudicia sunt difficilia.

¶ Iudicatur enim per nobilem Gordonium ꝙ morphea antiqua: & que occupat magnum spatium: & que cum fricatur non rubet nec quando pungitur emittit sanguinem sed aquositatem est incurabilis: aut cũ magna difficultate curabilis: que vero est oppositarum cõditionum ad curandum aliquam habet suspitionem.

CIRCA MORPHEAE nigre supposito regimine dicto in lepra, oportet ſm Aui. vt incipiat cũ flebothomia: si fuerit illic multitudo sanguinis: & cum euacuatione humoris adusti & melencholici cum his que in lepra sunt dicta. ¶ Verum de euacuãtibus sublimibus est aqua casei cum epithimo sumendo quolibet die. ℥. j. cum cado vno aque casei: & multoties cum ipso est soluẽdus vt dicit Rasis.

¶ Et post hoc dicit ꝙ ex semine raphini & eruce & condisi confectis cum aceto locus est epithimandus: ipso tñ prius balneato. ¶ Haliab. autem iubet conterere cepam & ad solẽ cum ipsa cathaplasmare.

¶ Gordonius precipit ꝙ fricetur loc⁹ cum pãno aspero: & postea ꝙ locus epithimetur cum auripigmẽto rubeo pistato cum succo fumiterre: & in crastinum lauetur cum aqua sulfuris. ¶ Iamerius hanc morpheam fricat cũ memitha. ¶ Rogerius recipit tartarum & fuliginẽ de quolibet. ℥. ij. salis nitri sulfuris viui. ℥. j. auripigmẽti aluminis scissi vtriusqꝫ elli añ. ℥. ß. pulueriżẽtur omnia cum succo fumiterre & abrotãi & lapacij acuti atqꝫ panis porcini & sapone cum oleo in mortario incorporẽtur taliter vt fiat linimentum cum quo morpheatus locus epithimetur. ¶ Et si ista non valent scarificetur locus: & cum illo sanguine epithimetur. Aut vt dicit Guil. de sa. cãtarides cũ fermento & aceto apponantur: aut mel anacardinum vt dicũt glossatores Rogerij. Et post vesiccationem desup folium caulis ponatur & remota cute si est necesse: vt quñ est infectio ꝓfunda corrodatur caro cum arsenico incorporato cũ dyaltea: & purgata carne locus cũ vnguẽto citri acuato cũ lithargiro cõsolidetur. ¶ In morphea autem

alba suppposito regimine dicto in apatib⁹ phlegmaticis: oportet ſm Aui. vt deuitetur flebothomia & euacuetur phlegma cum yera acuata cum colloquintida: aut cum pillulis chochijs Raſ.

¶ Et post hoc precipit Rasis ꝙ fricetur ad solem cum linimento facto ex sataragi quod credo capsiam: & ex rubea & elleboro & sinapi. & se. raphini. Aui. vero vult ꝙ cum alcali & calce coctis cum vrina infantium vsq; ad mellis spissitudinem fricetur ad solem quousq; locus vlceretur. Deinde accipiatur pix & cera atq; terebentina & cortices nucis aduste atq; sanguis pulli columbe: & oleum de alcanna: & vsq; ad sufficientiam decoquant: & continuetur super locum donec sanetur: & color eius sit sicut color corporis.

¶ Theodoricus dicit ꝙ quedam dña pisani curabat oēs morpheas per istum modum. In primis lauabat locum morpheatum decies cum aqua frigida. Post cum isto vngebat vnguento. ℞. cineris serpentis combusti in olla noua bene cooperta. ʒ. j. lithargiri vsti gallarum radicis flāmule solearum antiquarum plumarum nigrarum galline omnium combustorum. añ. ʒ. ß. arsenici calcis viue argenti viui añ. ʒ. ij. conficiantur oīa cū aceto: & fiat sicut vnguētum. Cum quo locus morpheatus inūgat bis vel ter: aut plus sicut videbitur expedire. Post aūt mittat ad balneum: & dum intrabit balneum liniatur cū psilotro facto ex quatuor partibus calcis & vnius arsenici coctis cum aceto & aqua. Et postq; sudauerit in balneo aliquātulum lauet cū aqua & erit sanatus. ¶ Melius tñ videret ꝙ prius in balneo liniret cū illo psilotro & post in exitu liniretur cum illo vnguēto: ipse tñ ita dicit. Si aūt cū istis non curaret est intētio doctorū ꝙ locus cū cantaridibus & arsenico curetur: precipue si intētio sit profundata vt dictum est de morphea nigra. Non autem cum cauterio actuali: neq; cum scarificatiōe quia vestigia magis apparerent vt dicit Aui. ¶ Et si cura non valet tingatur locus cum ista tinctura Aui. ℞. lithargiri calcis gallarum alcāne dragagāti. añ. cōficiantur cum melle & aceto nigro: & fiat linimentum de quo locus liniatur.

¶ De impetigine & serpigine & assafati.

OMNIA AVTEM ista vt dictum est sunt infectiones cutis inequales & finaliter vlcerose non multũ profundantes. Et propter hoc Aui. dicit quod sunt proxima ad inuicem: & sunt summa bothorum vlcerosorũ. Incipientes parue lenes diuise in multis locis: deinde vlcerantur vlceribus squamosis & furfurosis: qñq; apparẽtibus: qñq; occultis. Et que sunt fixe magis proprie dicũtur assafati & impetigines: que vero sunt mobiles & serpentes hincinde serpigines que vulgariter dicuntur derbes & ignis volagius. Et quelibet ipsarum: quedã sunt humide quedam vero sicce.

CAVSAE autem istarum infectionum: maxime humidarum est humiditas mala corrosiua que permiscet cum grosso sanguine & phlegmate salso: verum in sicca magis predominatur melencholia. Expelluntur em̃ huiusmodi materie ad cutem & corrumpũt eam: vt dicit Aui. Et talis humiditas est vehementer ignita: & propter hoc sunt cum pruritu & ardore vt dicunt glosse & Theodoricus. Et generantur in facie & capite puerorũ proprie. Et multoties apparent in hyeme ꝯm Auicẽ. eo quia frigus coartat & deriuat tales materias ad cutem: vt dicit Theodoricus: & in estate sepe propter calores vehementes: vt dicit Iamerius.

CVRATIO quantum ad regimen & euacuationẽ non differunt a curatione apostematum & pustularum cholericarum melencholicarum de quibus satis dictũ est supra in de apostematibus: & de lepra & morphea. In speciali autem defendit Aui. omne quod habet dulcedinem superfluam: & proprie dactilos: aut amaritudinem: aut acuitatem: aut salsedinem & vtatur humectatione corporis humiditate equali cũ balneo & aliis. ¶ Quãtũ aũt ad localia in recẽtib⁹ laudãt fomentatiões cum aqua tepida. Et alterare locum cũ succo portulace & cucumeris & muscilagine psilij & saliua hoĩs ieiuni

in x.simplicium:& acetositas citri & gumma cum aceto. Et sinapis cum aceto sunt optima ꝺm Aui. & oleum de frumento: oleum ouorum: oleum de serpentibus:& oleum iuniperi ab heben mesue appropriantur: & oleũ de tartaro vulgus tenet supremum.
¶ Rogerius laudat saponem & succum celidonie. Et si cum eis vt admisceretur vnguentum album, pulchrius esset: vt dicunt glosse ipsius. ¶ Et lotionem cum aquaro. & succositate citri in qua sulfur puluerisatum steterit in vase vitreo ad solem per 20. dies laudant montipede. Et lac virgineum quod fit cum aceto & lithargiro distillãdo & miscendo cum aqua salita laudant Bononien. vnguentum album factum de lithargiro & citrinum factum cum oleo tartaro & succositate citri sunt Parisius consueta. ¶ Ad antiquas vero proprie ad sassati laudat Aui. linimentum factum de chimolea sulfure cineris cucurbite pulpa colloquintide omnium partes equales cum aceto. ¶ Ad idem Theodoricus ℞. succi radicis lapacij acuti quartã j. axungie porci dissolute lib. ß. argenti viui extincti cum saliua: quartam ß. coquatur axungia cum succo vsq; ad eius spissitudinẽ postea miscendo argentum viuum pistando in mortario fiat vnguentum. ¶ Ad idem Rogerius ℞. tartari plumbi vsti fuliginis cineris piretri succi ciclaminis añ. confice cum oleo & fiat vnguentum. ¶ Henricus testatur quod quidam medicus Parisiensis curauit serpiginem quinq; annorum cum tali vnguento ℞. se. iuniperi conquassati ℥. iiij. coquantur cum sufficientia aque & colature. addatur axungie porci reinfuse colate ℥. vj. terebentine ℥. j. dissoluantur omnia simul & dissoluta ab igne deponãtur. Et cũ infrigidata fuerint aquositas expellatur & vnctuositas fortiter in mortario agitetur:& addendo sulfuris viui ℥. ij. fiat vnguentum. ¶ Rasis autem dicit quod antiqua indiget sanguisugis & fricatione donec exeat sanguis plurimus & resoluatur caro mala & appareat bona. Que vero ex ea fortis est indiget secundum Auicennam medicamine acuto corrodente quousq; perueniat ad carnem sanam. Deinde cum vnguentis vlcerũ

proprie al. & de lithargiro co nsolidetur.

¶De scabie & pruritu.

ISTAE ETIAM sunt ĩfectiões cutis vlcerose pru riginose cum squamis & crustis que quandoq; sunt cũ virulentia & sanie: & quãdoq; absq; ipsa: vt ponit Gordonius. ¶Quarum materia ſm Auicennam est sanguis cui commiscetur cholera conuersa in melencholiã: aut phlegma salsum baurachinum. Ex prima enim materia vt dicit fit scabies sicca ex secunda humida. Sunt igitur secundum hoc due species scabiei humida & sicca sub qua pruriginem pono. Cum enim talem materiam natura ab interioribus ad intrinsecam cutem pertulerit: si sub cute permanserit & fuerit subtilis, pruriginem; si grossa, scabiem: vt euidenter ponit Haliab. parte prima sermone octauo. Et ibidem ponitur quod tales materie fiunt maxime plurimum comedentibus: & qui malis vtuntur cibis salsis videlicet & amaris dulcibus & acutis vt addit Auicenna: & qui balneum dimittunt & vestes non mutant laborant & vigilant & vinum purum potant. Addit Rasis. fit autem senibus propter cutis debilitatem: & quia in eis salsus humor vt plurimum generatur: & plurimum fit inter digitos: quoniã sunt debiliores: vt dicit Aui.

SIGNIFICANT scabiem secundum quidẽ Haliabbatem pustule parue incipientes; deinde vlcerantes & significatur natura hu. per calorem ardorem pruriginem & per expulsa. Iudicatur quod quãuis scabies sit mala per viam signi: potest tamen esse bona per viam cause, expurgare enim corpus ita consueuit natura ad cutem superfluitates repellendo: vt in quarto terapen. dicit Gal. ¶Iudicatur quod scabies in decrepitis est difficilis; aut impossibilis curationis. ¶Iudicatur etiã quod scabies & pruritus inducunt vlcera impetigines & egritudines fedas. Est etiam scabies de egritudinibus contagiosis.

CVRATIO quantum ad regimen & euacuationẽ non differunt a curatione predictarum infectionum. ¶In speciali autem commendat Auicen. cũ ꝓprietate

celidoniã cũ laxatiuis. Et aloes de tertio in tertium sume ʒ.j. cum aqua endiuie & feniculi eradicat scabiẽ. vt dicũt Raſ. & Aui. & si veniret ex eo intestinorũ rasura curetur cum clisterijs opportunis. & si adest repletio flebothometur vt dictũ est supra: & scias ſm Aui. quod ventose in vtrisq cruribus facte erunt scabiei sede.

¶ Facta autem euacuatione sufficienti volunt doctores nostri quod stuffẽtur cum herbis positis in syrupo de fumoterre posito in capitulo de lepra. Et intret stuffam cum istis positis ab Aui. que habent abstergere & rectificare complexionem cutis vt sunt malua sicla lapaciũ acetosa apiũ furfur farina lentiũ rizi & fenugreci melones decocti cũ aqua & aceto seu granatorum vino. Et in exitu offerat thiriaca aut rubea trociscata. Et postq̃ sudauerit & dormiuerit in lecto alteretur cutis cũ oleo violato ro. amigdalarum aceto: aut granatorũ succo.

¶ Quantum autem ad localia. In humida laudant Ra. & Aui. argentum viuum extinctũ cũ saliua cachimiã argenti oleandrum condisum alchali litargirum confectum cum oleo ro. & aceto. & quod fiat epithima per totam noctem. In mane vero balneum ingrediatur patiẽs & cum aceto & mossa viridi quercus fricetur postea cũ aqua calida lauet. Et his factis aqua frigida super ipsuʒ fundatur & cũ oleo ro. inunctus egrediatur.

¶ In sicca & pruritiua concedit Auicen. in potu lac vaccinum acetosum & balneum cum aqua tepida & administrationem vnctionum oleaginorum ex oleis frigidis & proprie quando ponitur in eis succus apij & aqua ro. & endiuie & acetum cum aloe & sale armoniaco & alumine. Et de medicinis quiescere faciẽtibus pruritum est papauer cum aceto tritum. & cerotum in quo ponitur opium. ¶ Rasis autem in ista scabie ℞. baurac costi salis condisi. añ. ʒ.j. storacis ʒ.vij. aceti & olei quod sufficit fiat linimentum de quo epithimetur in balneo & maneat & postea lauetur.

¶ In suis additionibus inuenitur quod lauare locum cũ aqua rosa. & aceto decoctionis roſ. mirrhe sandal. ru. & parum aluminis pruritum forte statim tollit. Vsus aũt

communis habet vnguenta alba & litargica.

¶ In vtraq; scabie inueniuntur multa cõmunia vnguenta. Primo Gal. in nono simplicium farmacorum: capitulo de sulfure docebat quosdam amicos suos piscatores sulfur miscere cum oleo: & melle: aut terebẽtina & sanabant scabiẽ & serpiginem. Et ipse autem nõ raro. Oportet enim medicinas tales habere virtutem mixtam vt consumant & repercutiant. vt dicit. Et propter hoc ego in lib. j. tereben. & quarta. j. axungie porci remisceo. ℥ j. sulfuris. & aliquoties modicum de argento viuo appono ſm Theodoricum. ℞. radicis lapacij acuti enule cãpane & affodillorum: ac cicute cocte sub prunis: aut in aqua pistatis & mixtis cum axungia veteri porcine fiat vnguentum.

¶ Ad idem Henricus. ℞. olei laurini axungie veteris porcine cere viridis thuris argenti viui extincti cum saliua añ. partem. j. salis communis tritissimi partes. iiij. cõficiãtur cum succo fumiterre & plantaginis. añ. quãtum põt imbibi agitãdo: & si adderetur modicum de fuligine in aceto temperata conferret ad omnes infectiones.

¶ Ad idem magister Dinus. ℞. succi lapacij scabiose celidonie enule campane fumiterre. aña. ʒ. vj. olei communis. ℥. vj. salis communis. ʒ. ij. misceantur & bulliãtur ad succorum consumptionem: deinde coletur & assumatur illud oleum & cere. ʒ. j. & liquefiant simul ad ignem & deposito ab igne misceant donec æquetur. Et si vis magis desiccare adde vitrioli. ʒ. ß. Et si vis vt sit magis proprium ad phlegma salsum adde cerusam litargirũ plumbum vstum cinerem vitis cum modico de aceto.

¶ Ad idẽ magister Petrus de bonãto ꝓ scabie ex phlegmate salso. ℞. succi celidonie: succi edere terrestris añ. li. j axungie porcine. lib. j coquantur omnia ad cõsumptionem succi: deinde cola & adde argenti viui. ʒ. j. incorporando fiat vnguentum. Et post inunctionem folium lappe inuerse: aut lilij desuper apponatur.

¶ Vnguẽtũ saracenicũ cõtra scabiẽ & malum mortuũ & phlegma salsum: facit enim educere supfluitates per os balneãdo: & per subassellas resudãdo inungẽdo solum

extremitatem a genu & cubito in sole vel ad ignem: dũ taxat ꝙ illa hora summe homo caueat a frigore. ℞. eufor bij litargiri. añ. lib. ß. stafisagrie quartam. ß. argenti viui quartã. j. axungie porci veteris li. j. incorporãdo in mor tario fiat vnguentum de quo inungat se semel in septi= mana.

¶ Et tamen aduertendum ꝙ quia argentum viuum no= cet mẽbris principalibus & dẽtibus atq; gingiuis preci pit Aui. ꝙ vnguenta in quibus ponitur elongent ꝗ̃tum poterit a partibus stomachi & membrorum nobiliũ. Et Henricus dicit ꝙ dẽtes & gingiue cum decoctione men tastri aneti & camomille lauentur; nõnulli cum aqua so latri faciunt idem.

¶ De pediculis syronibus & suis consimilibus.

QVID AVTEM SIT PEDICVLVS oĩ bus est notum. Fiunt enim ex materia predictarum infe ctionum; minus tamen mala. Et ideo ad eam non festina tur putrefactio virulenta: neq; vltimata: sed est conue= niens vt sit materia recipiens vitam a creatore suo. vt addit Aui.

¶ De modo aũt generationis non curo; quia physicum est: sed ad generationem ipsorum iuuant res quarum ꝓ prietas est mouere materiam ad cutim vt sunt ficus & coitus & dimissio mundificationis; & tarda pannorum mutatio.

SIGNA MATERIE IPSORVM habẽtur per colorem: vt ponit Gordonius.

¶ Iudicatur per ipsummet Gordonium ꝙ pediculorum multiplicatio a causa tamẽ intrinseca pretẽdit morpheã & lepram; eo quia si natura cutis esset fortis nõ erraret: sed assimilaret. Error autem assimilatiue virtutis est cau sa lepre vt dictum est.

IN CVRATIONE ENIM ipsorum indigetur in primis ꝙ corpus mundificetur cũ flebothomia & yera pigra; & alijs euacuãtibus humores putrefactos & regi minis rectificatione & assumptione medicinarũ interfi cientium pediculos velut sunt allia decocta & calamen tum montanum vt dicit Aui.

¶ Et cum localibus & de ipsis fiunt stuffe & balnea cū aqua decoctionis aluminis salis blete tenacenti cipressi pini calamēti lupinorum staphisagrie: & olea & vnguēta cum oleis carthami raphini sumach acetose cum radice sua.

¶ Et speciale est ad hoc vnguentum sequens de quo si inungatur cingulum de lana & portetur nuda carne interficit pediculos & prohibet ne amplius generentur. ℞. olei. ℥. iij. cere. ℥. ß. argenti viui. ℥. j. miscendo in mortario fiat vnguentum.

SYRONES SVNT animalia parua facientia vias cauernosas corrodendo inter carnē & cutem potissime in manibus otiosorum.

¶ Et curantur lauando locum cum aqua salita decoctionis piscium; aut cum succo edere terrestris; aut cū aceto mixto cum aloe & consimilibus.

DE VARIOLIS ET MORBILIS & desudationibus & planta noctis que sunt bothores parui in membro plurimi sudoris.

ET DE ESSERE QVE SVNT nodatiões in carne cū pruritu veniētes qñ homo est supercalefactus & sudando scalpit se supersedeo q̄tum est de p̄senti; magis enim est physicum q̄ chyrurgicū. & satis ex scientia apostematum potest haberi eorum cura.

¶ Quantum autem ad vestigia infra dicetur in facie de cicatricibus variolarum.

¶ De extenuatione & ingrossatione corporum & membrorum Ca. iiij.

QVAMQVAM de ingrossatiõe seu impinguatione & arefactione seu extenuatiõe saltim vniuersaliter pertineat ad dominos physicos; nihilominus quia in particulari ingrossatione & attenuatione membrorum chyrurgici cõsueuerūt vocari pro tanto dicetur quid de ipsis.

¶ Quid aūt sit ingrossatio & attenuatio notū est satis a Gal. in. 14. tera. qñ em̄ in tātā carnositatē seu pinguedinē

vertit corpus vt neq; ambulare possit sine tristitia:neq; tangere anum:neq; calciare:propter tumorem ventris: sed neq; respirare improhibite dicitur grossum:sicut qn̄ liquefit & deprimitur quemadmodum in atrofia & pti si dicitur arefactum.Et sequitur ꝙ plerūq; non totum: sed vna particula efficitur talis.

¶Et fm hoc due species assignantur:quarū causæ principales dicuntur in secundo de egritudine & sinthomate.plenitudo materie indigētia sicut insuper ingrassatis vel colliquatis valde fm vnam particulam vel corpore vniuerso est videre.Et in sexto de custodia sanitatis adiungitur fortitudo vel debilitas virtutis redditiue & nutritiue vel ambarum.Et ea que extrinsecus eueniunt ad desiccandum adduntur ab Aui.in quarto vt est visus cibi subtiliantis & quies immoderata.Nam vt ipse scripsit in primo dimittentes exercitium incurrunt ethicā. Sopitur em̄ virtus attractiua in quiete.destruit a labore ira angustijs vigilijs fame & dure iacere:vt dicit Rasis.

¶Et ad hoc facit ligatura stricta & constrictio pororū a calido & frigido & sicco excessiuis facta.vt dicit Aui. aut dolor & passio iuncture superioris:vt ipsemet dicebat de podagra longa:& gibbo & solutione profunda male restaurata quod attenuabat membra sequentia vt in suis capitulis fuit dictum.Oppilātur vie cibi quodā modo & debilitatur virtus attractiua.

¶Iudicatur per Hyp.in primo afforum ꝙ in gigasticis quo ad summū annexie id est boni habitus fallaces sunt si in vltimo fuerint.Non enim possunt manere in eodē statu:relinquitur ergo ad peius ꝙ suffocentur:aut vene crepentur.¶Iudicat p Gal.in secūdo tegni.ꝙ primas & solidas partes corporū nō est possibile humidiores facere.Et ꝓpter hoc dicebat in septimo tera.arefacta dispositio īsanabilis existit cū certissime cōpleta fuerit.Et fm hoc iudicat ꝙ licet siccitas sit difficilior ad curādū ꝙ̄ humiditas:nihilominus periculosior est nimia grossities ad sustinēdū ꝙ̄ ariditas.& hoc est ꝙ dicebat Hypp.in secūdo.ꝙ grossi valde fm naturā cito mortales magis fiunt macris.Nā fm Gal.i cōmētō tales frigidi sunt & strictas

habent arterias & venas. Et propter hoc sanguinem & spiritum omnifariam paucum habent: quare calor innatus in eis parua occasione cito corrumpitur. Et cũ hoc ꝯm Aui. in 4. sunt expositi apoplexie paralisi pulsui cordis dyarie. Malitie anhelitus sincopi & febribus malis: & famem & sitim non possunt tolerare. Optimum est ergo bene & moderate carnosum esse. nam vita in humido existit: vt dicit Aui. non aquoso sed vnctuoso vt dicit glossa.

¶ Amplius iudicat Hypp. in 2. que in multo tempore extenuantur corpora tarde vel pigre reuerti consueuerũt que vero in pauco pauce. Et hoc est propter consumptarum humiditatum diuersitatẽ vt dicit litera. ¶ Ex quibus omnibus sequitur quod ariditas longa & habituata: & que sequitur solutiones profundas male curatas nunq̃ corrigitur: satis autem est si quid prohibeat eas siccari non cito in secundo tegni.

CVRA SVPERFLVAE grossitiei duas habet intentiones: prima est diminuere sanguinẽ qui multiplicatur secunda resoluere materiam que coniuncta est & debilitare virtutem ne attrahat ipsam.

¶ Primum completur per Gal. in 14. terap. cum dieta attenuante dicta in libro de subtilianda dieta. Et cũ farmacis vrinam & sudorem prouocãtibus vt sunt rutha: & sua grana aristologia ro. gentiana polium ac subtilis centaurea & vipere combuste: & ipsarum sal & acetũ ad ista facit. vt dicit Rasis. Et medicine laxatiue cõtinue subducentes phlegma vt dicit Haliab. in sermone primo. & ieiunia & acuta exercitia. per Gal. vbi supra.

¶ Secundum completur per balnea naturalia: aut artificialiter constructa similia in virtute tali vtiq̃ quali fieret mixto flore salis cum aqua marina.

Et deinde cum aliquo oleorum acutorum inungere; velut est oleum cucumeris siluestris gentiane aristolo. & consimilibus. Et non comedere in balneo; sed ieiunare & dormire prius aut non quiescere.

DE Ingrossatione ꝑticulari mẽbroꝝ quõ curaẽ satis

dictum fuit de ciragra & elephantia in de apostematū tractatu. In quibus inuenies quod ad istas intentiones dictas adiungitur: & tertia que est deriuatio materie ad illam partem cum pondere & ligatura vt docet Aui.
IN CVRA AREFACTIONIS & desiccationis corporis ad tria breuiter intēdunt operantes. primo ad generandum satis de sanguine benigno. Secundo ad ipsum sangninem extrahendum ad carnem. Sed & tertio ad roborandum virtutem nutritiuam vt sanguis attractus retineatur & non euaporetur.
¶ Primum completur cum dieta euchima que ethicis & cōsumptis potissime ordinatur. vnde 14. terap. Quoscunqꝫ enim renutricare voluerimus attenuatos vinum quidem dabimus grossum per achimia cibaria & exercitia non acuta neqꝫ fortia & fricationem moderatā & simpliciter dicere vniuersa predictorum contraria geremus.
¶ Secundum cōpletur in his que ꝓm totum pisceari effugiunt in sexto de custodia sanitatis ante balnea manibus non valde mollibus: sicut neqꝫ in asperis refricare corpus vsquequo ad ruborem deueniat. Deinde fricatio dura non multum. Et postea exercitijs cōmēsuratis vtētes: deinde in balneo: ita vt prolixe moretur ꝓm balneū postea & inunctū oleo breui offerre cibaria. Nihilominꝰ in 14. terap. consuluit balneum post cibum aptū. Et si oppilationes ex hoc contingerent confestim precipit oximel dare capparum in principio cibi donec vtiqꝫ desistat grauedo. ¶ Tertiū cōplet in eodē sexto cū eo quod calefacit carnem & nō euaporatur qui deductus est ad carnem sanā vngentibus oleo virtutem habente emplastrā idest adhesiuā. vt est oleum cum pice liquefactum. Si vero & quietatis concesserint & frigidis balneis: idē homo vtens simul cū predictis proficiet multum. ¶ In his vero que difficulter nutriuntur particule: & plus qꝫ oportet infrigidantur supposita remotione cause velut esset dolor & cōtrictio particule: & sic de singulis vsus fuit Gal. in 14. terap. quandoqꝫ & cassiam: qñqꝫ quidem per mel superungens particulam. ¶ Est autē aptissimū

quid per cerotum auxilium vt dicitur ibidem. Euellit enim: & hoc particulis quibus vtiq supponitur multitudinem sanguinis fit autem de pice nigra sola vel cum resina associata equalibus partibus dissolutis & distentis super alutam: aut in tela imbibitis. Et non oportet offerre his laborātibus corporibus: multoties sed in hyeme quibus bis: in estate autem semel sufficit continuando per tres aut quatuor dies. Et si opportunum fuerit per plures. Debet autem precedere piceationem fricatio & fomentatio & cum virgulis percussio donec vtiq eleuentur carnes; & non confestim cessare oportet antequam incipiat dyaforari: & postea pix debet applicari. Et post horam dictam debet cum quadam violentia eleuari. Et postea inungatur cum oleo piceo aut cum aqua frigida infundatur. Et postquam membrum coopertum per horam quieuerit. Sic iterum redeat ad operationem & totiens hoc fiat donec sit curatum membrum. ¶ Nihilominus bonum est vt dicit Aui. semper membrum exercitare portando: aut trahendo rem difficilem & ponderosam aut brachium appositum cum fascia ligare vt nutrimentum nō recipiat. Sed ad particulam vadat arefactam. ¶ Vltra auxilia hic data ordinantur per Ra. Haliab. & Auicen. cibaria confectiones potiones clisteria balnea ad impinguendum & demacrandum: que quia ad chyrurgicos non pertinent relinquantur.

¶ De casu offensione & distensione & subuersione Cap. v.

LICET superius in de vulneribus sit tractatum de contusione carnia musculose & neruorum & capitis & oculorum: nihilominus quia casus offensio & distensio differunt a concussione: sicut proprium a communi & magis elongantur a vulneribus & apostematibus quā concussio pro tanto hic in speciali dicetur de ipsis. ¶ Casus & offensio secundum quod dicit Aui. ledunt & impediunt corpora cum cōcussione & attritione & supple aliquo

tses cum dislocatione & fractura: & differunt vt dicit glossa in loco: quia casus dicit quando corpus cadit & percutitur ad terram aut ad lapidem: aut ad aliquam rē percutiētem. Offensio vero dicitur quando corpus percutitur ab aliqua re exterius obuiante: vel aliter quod casus est concussio corporis. Offensio solius ventris: vel dicitur casus respectu exteriorum: offensio interiorum. ¶ Distensio est mēbrorum tractus cum fune aut cathena. ¶ Submersio est fumi vel aque prefocatio. ¶ Ad casum & ad offensionem sequuntur multa incommoda: vt dicit Aui. Incisio lacerti cordis & stomachi ex quibus moritur statim & nocumenta egestionis: & vrine & vomitus atq; sanguinis fluxus strictura anhelitus abscissio vocis & loquele q̄ omnia sunt mala & timorosa propter solutionem continuitatis neruorū panniculorum atq; venarū. Et propter dolorē & nocumenta que membris principalibus & necessariis cōicantur: & sequitur in textu quod quanto corpus est maius: tanto timor est vehementior. ¶ Amplius dicit Aui. quod glādulæ in casibus & offensionibus multiplicantur & curantur vt superius de glandulis fuit dictum. ¶ Iudicia casuū & offensionū sequunt̄ iudicia magnorū vulnerū.
INCVRATIONE CASVVM & offensionum & extensionū generaliter est aduertendum quod si cū eis fuerit dislocatio seu fractura: aut aliqua separatio: seu contusio q̄ illa tractentur prout dictum est in capitulis ipsorū. ¶ Quātū aūt ipsa sunt eorū curatio quatuor h3 intentiones. prima vitā ordinat, secunda materiā vt nō fluat diuertit & euacuat. tertia locū lesum vt materiā nō recipiat & apemet defendit & firmat. quarta materiā fluxā carminat & resoluit. ¶ Primū cōplet̄ cum dieta tenui & sobria dimittendo carnes vt dicit Aui. Imo in prima die nihil comedit: & parū in secūda & tertia vsq; quo ab apemate fuerit securus. Et post ingrosset̄ & comedat cicera & ribes. ad hoc vt interiora firmētur. ¶ Secundū cōplet̄ cū flebothomia & linitione ventris cū cassia fistu. & clisteriis: & id genus. Et reubarbarū cū syrupo ro. p̄m rasim in hoc obtinet principatū.

¶ Tertium ꝙ ab intra a principio talis administretꝰ potio. ℞. boli armeni mumie terre sigillate. ana. ℥. j. fiat pulvis de quo ʒ. j. cum aqua plātaginis quolibet mane vsq; ad quinq; vel septem dies administretur. Et supra locū vult Aui. ꝙ ponatur istud emplastrum. ℞. faseoli risi. añ. partem. j. boli arme. sumac. añ. partem. ß. aloes aluminis gipsi calcis extinctorum añ. quartam partem illiꝰ incorporando cum albuminibus ouorum fiat emplastrū. Cōmunis tamē vsus authoritate Rasis omnia loca lesa inūgit cum oleo ros. aut oleo mirtillorum: & desuper aspergit mirtillos pulvis. vt superius in capitulo de contusionibus fuit dictum.

¶ Quartum aūt completꝰ ꝙ post principium detur talis potio. ℞. reubarbari costi radicis ru. centauree aristolo. ro. añ. ℥. j. fiat pulvis de quo. ʒ. j administretꝰ quolibet mane ꝑ nouem dies cum. ℥. j. sirupi acetosi: & aque anagalli & consolide maioris tātūdem. Anagallus eñ quod est ypia seu morsus galline in hoc magnam proprietatem habet vt dicit Guil. de sali.

¶ Ad istam intentionem administrabat magister Americus de alesto potionem factam cū vino & melle decoctionis radicis osmū de yarri: & caude equine terrestris in quātitate vnius gobeleti dum intrabat dormitum: sudando enim tota materia expellitur.

¶ Et pro ista intentione etiam ordinauit stuffam & balneum de tertio in tertium aut de quarto in quartum in quibus ponantur consolida maior osmūnda sanamūda ypia ebuli arthemisia absinthium rose camomila mellilotum & pul. qui subtus fenum reperitur.

¶ Et ibidem cum melle fricantur: aut cum isto vnguēto & est Guillelmi de sa. & eum acceptat Henricus. ℞. cere ℥. iiij. resine. ℥. vj. tereben. ℥. viij. olei communis lib. ij. thuris fenugreci. añ. ℥. ß. fiat vnguentum de quo etiam omni die inungatur.

¶ Si aūt aliquis locus notabiliter sit cōfractus ponatur desuꝑ faba cocta cū oximelle: & crocus in hoc est optimus: aut oxicroceū seu apostolicon: aut folia sābuci obuli cipressi tamarisci cocta & pistata cū lacte acetoso vt

dicit Aui. Nonnulli vero in fimo calido eos sepeliunt & ibidem sudādo iuuantur. Haliab. & Aui. eos cum pelle ouina bidente recenter excoriata calida cum sale trito synapizato inuoluunt: fortasse enim si dimittātur in die secunda curantur: hoc etiam testatur Gale. in. 11. medicinarum.

¶ Si aūt offensio in vētre facta fuerit cōsulit Aui. empl'm quod fit de granatis siluestribus coctis cū musco in quo de laudano & ros. tātūdem misceatur & spice masticis eupatorij tertiam partem illius: & olei de lilio quod sufficit fiat emplastrum.

IN DISTENSIONE consueuerunt operātes iuxta consilium Haliab. prius loco cum manibus aut pedibus reformato linteamē lineū infusum in aqua frigida super loca applicare: firmat enim locum & cōfortato calore sudant corpora & sanantur. Et si non proficit ad curam predictam reducantur.

SI QVIS tamē ab alto loco ceciderit & sine voce factus fuerit: & si loquitur aliena dicit suspicandum est ꝙ cerebrum: aut aliquod membrorum principalium sit lesum. Claritas intellectus sanitatem cerebri demonstrat. vt dicit Ras. Examinandum tñ prius est si est mortuus vel viuus tangendo pulsum vocando ipsum trahēdo pilos & nares respiciendo pupillas oculorum si mouētur: ponendo flosculum lane aut coti carpiati in ore & naribus & scutellam aque plenam si moueatur pectus ꝓuocando sternutationem cū pipere & euforbio & idgenus. Et si non est mortuus procedatur ad curam fricando extremitates cum aceto & sale & rutha prouocando sternutationem & fluxum sanguinis cum setis aut paleis ꝑ nares. Et ipso aliqualiter viuificato fiāt clisteria & flebothomie & alia auxilia dicta superius. Et si cerebrum sit in causa querat̄ cura in capitis contusione & ita de alijs. Si vero fuerit mortuus non tangas sed fuge & dimitte ipsum in pace.

SI AVTEM immersus fuerit homo: vult Haliab. in 6. sermone partis secūde: ꝙ cū pedibus suspendat̄ capite demisso ꝙ aqua ab eo exeat. Post hoc acetū decoctiōis

piperis sepe gargarizet & aquam ciceris aliquibus diebus sorbeat.

¶ Si aūt in fumo aliqs dissolutus fuerit: si spumauerit nulla est ad eius salutē via. Cum aūt nō oleum violarū gargarizet: & aquam tepidam decoctionis frumēti sorbeat & calida cibaria pinguia comedat.

¶ De combustione aque vel rei ardentis Ca. vj.

COMBVSTIONES & arsuras sequūtur dolores & vesice dolores propter malam complexionem vesice: quia caliditas ignea subito atttahit humiditates aquosas ad sub cutē que nō potētes ab ipso igne spissata cute exterius exire remanentes ibidē eleuāt ipsam cutē: & faciūt vesicas & inflationes aquosas que qnq; occurrunt corpori pleno: & adducunt apata & vlcera maligna: quandoq; vero mūdo & tales sunt magis mites.

IN CVRATIONE locali combustionis tres intētiones habentur. prima locum vesicari prohibet. secunda vesicas factas curare docet. Sed tertia excoriationem claudit.

¶ Prima completur cum infrigidantibus domesticis vt ꝑm rasym sunt pāni infusi in aqua ro. super niuem infrigidata sepe renouati. Et si res magna fuerit hoc est quod apostemata fuerint ex latere cōtrario phlebothomia erit facienda: & regimen infrigidandum & subtiliādū. Aui. vero oleum rosatum cum vitellis ouorum agitatis super apponit. Et folium maluarum sicle lentes rosas cum aqua dulci coctas cum oleo rosa. aut bolum ar. cum aceto terram sigillatā seu argillam litargirum atq; cerusam aquam endiuie solatri etiam ad prohibendum vesicas commendat Aui. Et aquam oliuarum Haliab. approbauit. Theodoricus cōsulit totum membrum balneare cū aceto: & cerotum Gal. de cera & oleo ros. approbatur. Et oleum lautum laudat Roge. Et lardum cū folijs sambuci illud idem populeon cū vitellis ouorū ponunt quatuor magistri. Et si ꝑpter dolorē in predictis adderetur

UNIVERSIDAD CENTRAL * BIBLIOTECA DE LA FACULTAD DE MEDICINA *

aliquid opij placeret alexandro.
¶ Secunda intentio completur aperiendo vesicas cū forpicibus: aut cum aliquo scarpello.
¶ Sed tertia intentio completur cum desiccantibus domesticis vt ſm Rasim est vnguētum album in quo sunt albumina ouorum & camphora. Et vnguentum de calce septies: aut toties lauta quousq̧ dimiserit acuitatem: quarum forme in antidotario dicentur. Auic. vero facit quandam longam compositionem de stercore vaccino desiccato cortice pini litargiro cerusa bolo armeno: calce abluta tucia plūbo vsto scoria ferri camphora & consimilia incorporata cum oleo ros. & medulla seu pinguedine cerui quam dicit esse expertam vbi non est magna caliditas. Et de hoc genere est fimus colūbinus in panno lineo combustus: & cum oleo ro. incorporatus: est enim mirabilis vt dicit. Et porri elixati competunt locis vlceratis: & si vlcera fiant inobedientia cura vlcerum malignorum curantur.

¶ De poris & verucis atq̧ cornubus. Ca. vij.

VERVCE secundum Haliab. sermone. 8. partis prime sunt pustule parue nimium dure ac rotunde in superficie corporis nate.
¶ Quarum quedam dicūtur porrales: quia sunt incise & ramificate ad modum capitis porri: quedam sunt clauales non incise: sed capite & radicate ad modum claui. & quedam sunt cornales: quia sunt quedā additiones spisse vulgares nascentes super iuncturas & corporum extremitates. vt dicit aui. vnde Gal. in primo de ægritudine & sinthomate & .14. terap. Acrocornides & formice verucales alsi & colti sunt ægritudines ex toto genere preter naturā. Cuius causa in secūdo de ægritudine erat etiā materia preter naturā. q̄ ad cutim transmittit. Et deponit a robusta natura. & hoc est quod dicebat Aui. in primo q̧ erāt de gn̄e pustularū & bothorū. Cuius

causa efficiens: vt in quarto dicebatur erat natura expellens & materialis humor grossus melēcholicus aut phlegmaticus salsus in melenchollam conuersus. Licet Halia. velit quod a duobus oriūtur humorib⁹ a phlegmatico videlicet. melencholico indurato: & nō putrefacto vt glossatur in loco. Et fiunt in omnibus membris maxime in manibus & pedibus: & ad magnas sequuntur parue non a sanguine fluente extra dum sanguinantur. vt credit vulgus. Sed quia magis fit causa ad cōuertendum complexionem nutrimenti delegati ad naturā suam. quare multiplicantur vt dicit Aui.

IN CVRA ISTORVM tres sunt intentiones. prima materiam melencholicam & phlegmaticam iubet purgare. Secunda quod amplius talis materia non generetur docet custodire. Sed tertia materiam localiter ostendit extirpare.

¶ Primam docet Haliabas complere cum decoctione epithimi & agarici. & Aui. ad sanguinem minuendum festinat.

¶ Secundam complet ipsemet Auicen. cum bono regimine bonum chimum generante. Sed tertia intentio cōpletur vno de duobus modis. primo per farmaca. secundo per chyrurgiam per farmaca resoluitur & desiccatur materia secundum Rasim fricando cum folijs capparis: aut cum xilocratis humidis. Aut secundum Aui. cū oleo fisticino: aut cum aqua porrorum & sumach. Aut ſm Guil. cum mediastino cepe squilitico mollificatiōe cum aqua calida precedente. ¶ Et emplastrum de fimo caprarum cum aceto: & senissam quod est nigella cum aceto: & acetum cum sale & pentafilon cum musto pistatum laudantur ab Haliab. Henricus autem folia ruthe millefolij herbam roberti tritam super ipsas ligare precipit. Et dicit ꝙ intra tres dies aut quatuor sine dubio curātur. ¶ Et ad idē precipit eas linire ꝑ sex dies bis aut ter in die cū illa aquositate que remanet in potu plūbeo in quo limaces rubee cum sale per quatuor dies reconduntur absque enim dolore vt dicit omnes cum radice cadent. ¶ Per chyrurgiam consumit &

corrodit eas Iamerius liniendo cum frumento temperā to & dissoluto in capitello aut cum lacte ficuum. Auicē. vero hoc facit cum lacte titimali: aut cum oleo anacardi no: aut ponatur desuper ruptoriū de calce & sapone vt Haliab. aut ipsis apertis cum vngue: aut satigella: vel cū cantarididibus ponatur in fissura modicum de arsenico: quod non fallit. Aut vt ille gallicus liniantur cum palea vel stilo in quo sit modicum de cotone immersis in aqua forti alchimistarum de qua dicetur infra. Aut ligētur cum seta aut pilo vt precipit Raſ. Et post cum punctali cauterio cauterisentur: aut cū medicina acuta ipsis prius secundum Albu. in circuitu separatis & radicitus euulsis. Aut cum embula de penna dura galli: sicut dicit Gale. aut de ere: vt Albu. per circuitum comprehendat & euoluatur canula donec in circuitu secetur & eradicetur.

AD CORNV autem quod in pedibus cōsulit Henricus: & ita quidam meus scutifer Parisius me inuito in articulo pedis mei operatus fuit quod radatur & perforetur desuper quantum erit possibile cornu. Deinde ponatur super ipsum planta de ferro vel de corio in quo sit foramē ſm cornu q̄titatem & tunc in illo foramine ponatur vna gutta sulfuris ardentis & dimittatur extingui in loco. Post desuper ponatur cerotum quiescat & curabitur. Et hoc est quod Aui. dicit in quarto. Si accipitur lignum & incēdatur in igne donec inflammetur: & approximetur verucis exsiccabuntur. Et totiens vna vice post aliam donec deleantur. deinde consequatur butyrum coctum donec cadant.

De membris superfluis amputandis: & de corporibus mortuis seruandis Cap. viij.

MEMBRA siue particule secundum Gal. in primo de egritudine & sinthomate que superfluunt: aut sunt de genere eorum que secundum naturam: vt sextus digitus seu articulus; aut sunt ex toto genere, preter natu-

ram vt sunt botia & membra mortua & putrefacta.
ET CAVSA superabundantie eorum que ꝑm naturam est abundantia materie benigne & virtutis fortitudo quod in pregnantibus contingit vt dicebatur in secundo.
¶ Causa autem superfluentie membrorum mortuorum accipitur tripliciter: vt i estiomeno fuit dictū. ¶ Causæ autem mortis totius corporis sunt cause arefactionis & suffocationis ꝑm quod probatum est in scientia naturali.
SIGNA autem particularum superabundantiū que sunt de genere eorum que ꝑm naturā sunt valde nota. ¶ Signa autem membrorum mortuorum in estiomeno fuerunt dicta. ¶ Signa & examinatio hominis mortui dicta sunt in superioribus de casu & offensione. ¶ Signa autem hominis mortui ex veneno sibi administrato habentur per Gal. in sexto interiorum: dum dicit Cū enim euchimo alicui natura & dietatio ꝑm conuenientem modum repētina superuenit mors qualis in aliquo delicteriorum, i. venenosorum farmacorum venire consueuit, Deinde liuidum vel nigrum vel varium vel deficiens vel putrescens statim fetet significatur quod venenum sumpsit, Si vero fuerit aliter mortuus est ꝑm corruptiones que ex corpore proficiscuntur. ¶ Iudicatur ꝙ si membra corrupta cito non abscindantur quod multiplicatur corruptio. ¶ Et si venit ad grossa ossa coxe vel adiutorium non est ingenium in curando, vt dicit Albu. sed est mors infirmi quando relinquendus est Deo & sanctis eius.

¶ Regimen digiti; aut articuli superflui.

IN MEMBRIS superabundantibus que sunt de genere eorum que secundum naturam: vt sextus digitus est canon. Gal. in tertio tegni. quod quecunqꝫ particule superabundāt secundum naturam causa salubris est eorum ablatio: generare autem est difficile. Et non est mirum; resecare autem est facile & est artis decimoquarto terapen. precipue quando est totum carnosum: maior enim difficultas est in ossoso qui a iuncturis oritur; vt

dicit Haliab. in nono vel quarto sermone secunde partis. ¶ Modus autem resecandi est, ꝙ in radice sui ortus cum rasorio incidatur & discarnetur. Et postiunctura disiungatur & ligamentum incidatur: & digitus remoueatur: & statim cum puluere rubeo & albumine ouorum sanguis restringatur: & aliorum vulnerū cura sanetur. Nonnulli vero vt Aui. facta incisione locū cū oleo feruente adurunt.

¶ Nam ex hoc vt dicit peruenit securitas corruptionis & exitus sanguinis & nascuntur supra incisionis locū caro & cutis fortis & dura.

REGIMEN in abscindendo membrum mortificatum: de quo dicunt Albu. & Aui. quod si talis malitia non potest corrigi cum repercussiuis: neqꝫ cū scarificationibus: & aliꝫs auxiliꝫs dictis in estiomeno: oportet ꝙ incidatur illud membrum vsqꝫ ad sanum: vt euadat infirmus a morte totius corporis. Maior enim est mors totius corporis: vt dicit Albu. ꝙ̄ defectus membri. Incidatur ergo & locus abscissionis eligatur si corruptio pertingeret vsqꝫ prope iuncturam incidatur in iunctura cū rasorio & aliꝫs instrumentis sine serratione. ¶ Si autem non est prope iuncturam: sed elongatur ab ea incidatur supra corruptum aliquantulū in loco in quo cum tenta intromissa inuenit firmitudinem & dolorē. Et serretur os cum subtili serra. Et modus est ꝙ inuoluatur mēbrū a parte sana & a parte corrupta cum ligamentis: & teneatur firmiter per ministros: & separetur caro que est inter duo ligamēta cū rasorio donec videatur os totaliter a carne liberatum. Et post muniantur labia cū pāno vt non ledātur a serra. Et tunc serretur os subtiliter & ꝑfecte & mēbro separato cauterisetur sanū cū ferro ignito ad hoc apto aut cū oleo feruenti: vt dictū est & ligetꝰ: & reliqua vlcerum curatione curetur. ¶ Si autem fluxus sanguinis affuerit cum pul. ru. & albumine oui & aliꝫs modis dictis restringatꝰ. ¶ Nonnulli vero vt Theodoricus medicinas obdormitatiuas vt nō sentiatꝰ īcisio dictant. velut est opiū succus morelle iusquiami mādragore edere arboree cicute lactuce. Et imbibunt in eis

spongiam nouam & permittũt eam ad solem exsiccari: & quando erit necesse mittunt illam spongiam in aqua calida & dant eam ad odorandum tãtum vsquequo capiat somnum. Et ipso obdormitato faciũt operationem Et postea cum alia spõgia in aceto infusa naribus applicata expergesiunt: vel succum ruthe vel feniculi in naribus & auribus ponunt & ita euigilant eum vt dicunt.
¶ Alij vero dant opium ad potãdum & male: precipue si iuuenis est & percipiat: quia cum magna pugna virtutis animalis & naturalis audiui ꝙ incurrerunt maniam & per consequens mortem.
¶ Ego autem in tali membri mortificatione intercepta ambulatione corruptionis cum scarificationibus & arsenico: & ponẽdo defensiuum super partem sanam de bolo armeno & alijs opportunis inuoluo totum membrũ mortificatum cum sparadrapo infrascripto multipliciter & ligo ipsum & preparo suo modo: vt dicẽ de corporibus mortuorum seruandis. Et sic eum retineo quousqꝫ iũctura sit equi liquata: & membrum per se cadat: quia honestius est medico ꝙ cadat per se ꝙ̃ si incidereẽ semper enim quando inciditur remanet rancor & cogitatio in patiente quod posset remanere.

¶ Regimen custodie corporum mortuorum.

CORPORA mortua ad custodiendum ꝑ aliquod tempus preparantur dupliciter. vno modo ẜm doctrinã Rasis: & cum clisterib⁹ acutis de colloquintida baurac rub. capite existente decliui & postea erecto corpore & vẽtrem premendo totum stercus egrediatur. Et post cũ alio clisteri de aloe myrrha acatia ramich que est gallia mus. & alipta psidia nuce cipressi nucemus sandali ligni aloes: cimino & alumine cum aceto & aqua ros. dissolutis injciatur: & anus cum cotono & stupis in eodem medicamine infusis ligetur fortiter cum multiplici binda naribus quoqꝫ & aurib⁹: & in ore argẽtũ viuũ injciatẽ, cũ hoc eñ custodit ꝙ nõ defluat cerebrũ eius. Post hoc precipitqꝫ totum corpus cũ predicto medicamine con-

diatur. Et vltimo dicit quod cum alchitran que est pix nigra liniatur: & vult quod cum ligaturis decẽtibus omnia foramina & omnes pori corporis cõstringantꝰ: quod communis facit vsus per istum modum. habeatꝰ magna quantitas sparadrapi facti cum pice nigra rasina colofonia thure mastice storace gumma arabica & dragaganto & puluere iam superius dicto de quo fiat magna quãtitas ad partem: ita quod inuoluatur quelibet tybia per se vsqꝫ ad nates: & quodlibet brachium vsqꝫ ad humeros. Et post totum residuum corporis vsqꝫ ad totum caput: & suatur sparadrapum firmiter & suture cum pice liniantur; & brachia circa latera collocẽtur: & pedes ꝯm longitudinem & inungantur. Deinde spargatur super totum corpus de puluere: & loca vacua impleãtur cum stupatis inuolutis in medicamine secundi clisteris.

¶ Et postea insimul totum corpus inuoluatur cum alia quantitate sparadrapi: & suatur ab opposito suturarum sparadrapi primi: & suture cum pice liniãtur; postea iterum super puluerizetur. Et iterum cum alio panno cerato inuoluatur & suatur & liniatur: postea vero cum bindis fortibus firmissime: sicut ligãtur balle ligetur. Deinde cum sindone mũda inuoluatur. Et capsa plumbea ponatur bene clausa & linita cum ferro calido. In qua capsa ponantur herbe odorifere rose maiorana mẽta balsamita: aut in capsa de cipresso; aut de nogerio & firmetꝰ: & inuoluatur cum barris ferreis in quibus sunt sex anuli ad leuandum & portãdum. Nonnulli vero cum corio bouino aut equino eos inuoluũt: & talis est primus modus preparandi.

¶ Secundo modo preparantur corpora mortuorũ ꝙ statim per ventrem aperiũtur & viscera communia extrahuntur; & venter cum puluere dicto & magna quantitate salis & cimini impleatur & suatur: & vt dictum est inuoluatur. Et si vis viscera custodire laua & munda & sala cum predictis; & in olla plumbea reconde & in capsa pone.

¶ De istis modis primus est securus pro macillentis & desiccatis & tp̃e frigido. Secũdus magis est certus ꝓ pin

guibus & ventrosis. Est tamen cautela Ras. ꝙ vt corpora non inflentur super faciẽ suã iaceant & inuoluantur.
¶ Et si venter esset inflatus est cautela quod vẽter in aliquibus locis cum terebello vel grossa subula pungatur vt aquositas & ventositas valeant exire: vt dicebat Iacobus apothecarius qui multos Romanos põtifices preparauit.
¶ De facie tenẽda discooperta vsq; ad octo dies in quibus corpora consueuerunt alterari & putrefieri voluit quod sepe liniantur cum aqua ros. salita: aut cum balsamo de quo multa dicuntur: sed parum quantum ad hũc casum inuenio in authenticis libris: quod idẽ Henricus fuit attestatus. Deus aũt animas nostras custodiat cum sue misericordie balsamo.

DOCTRINA. II. De egritudinibus q̃ non sunt proprie apata: neq; vlcera: neq; ossium passiones ꝓ quibus habetur recursus ad chyrurgicum: que sunt proprie vni membro habens octo capitula.

¶ De egritudinibus capitis Ca. j.

ACCIDVNT enim capiti preter passiones communes ꝙ plurime proprie vt tynea allopitia seu caluities & pilorũ deformitas: de quibus est dicendum.

¶ De tynea.

TYNEA ẜm Haliab. sermone. s. partis prime vlcera sunt parua que in capite accidunt: quibus est vesica crustosa q̃ species habet multas. ¶ Prima est fauosa de qua exit per foramina subtilis humiditas fauo & melli similis. ¶ Secunda est ficosa in qua continetur quoddam granũ ficuum simile: & est rotũda & dura in summitate cuius est rubor. ¶ Tertia est amedosa: ĩ qua humiditas aq̃ carnis similis egredit̃ per foramina minora ꝙ in fauosa. ¶ Quarta est vberosa similis mulierũ vberibus mamillarum cũ rubore: a qua humiditas fluit sanguini similis.

¶ Quinta est lupinosa similis in colore & figura lupinis a qua quasi cortices & sqamme fluūt albe & sicce. ¶ Et sub ista pōt cōprehēdi furfurosa in qua sunt corpora subtilia furfuri siłia q̄ a capite fluūt sine vlceratiōe. ¶ Gal. aūt i primo meamir nō videt ponere nisi tres species achorosam fauosam & furfurosam. Achor aūt vt dicit de genere tumorū existēs subtilibus foraminibus pforatis quādam humiditatem subtilē cū pauca viscositate emittit. Appropinquat aūt eis ꝑm speciē fauosa foramina habens maiora humiditatē emittēs melli: quod est in fauo cōsimilē. Furfurea vero in alio capitulo quasi scalpētib⁹ furfureis similia a cuti capitis cadunt multoties. ¶ Aui. vero achorū videt vocare assafaty amedā & excoriatiuam thiriā; quia ꝓgredit̄ quasi serpēdo p cutē: furfures quēdam modū excoriationis sicce dicit. ¶ De noibus tñ vt sepe dictum est: nō est curādum dūtaxat ꝙ res cognoscantur. ¶ Quicquid em̄ vsus cōis habet ꝙ tynea est scabies capitis cum squāmis & crustis; & aliqua humiditate & pilorū euulsiōe; & colore cineritio & odore fetido atq̄ horribili aspectu. Cuius gñatio est ex humorib⁹ corruptis generatis in vtero: aut post propter malitiā vite.
EIVS ENIM signa sunt manifesta ex dictis naturalibus & non naturalibus & contra naturam. Incipit autem vt dicit Gal. vbi supra: cum mordicatiōe & pruritu qui cogit scalpere eos; post autem tumor crescit & foramina ꝑm ipsum consistunt.
¶ Iudicatur ꝙ ista passio est difficilis ad curandum: imo antiqua callosa & squāmosa que pilos corrodit est tantum laboriosa ꝙ Rogerius magis eam diligit dimittere q̄ ꝓsequi curam. Et cum hoc ꝙ curat̄ dimittit escaram & priuationem pilorum ad opprobrium sempiternum. Et ideo vocat eam Iamerius tyneam a tenendo: quia firmiter caput tenet. Vel a verme tyneali: nam sicut tynea vermis corrumpit lignum: ita tynea caput.
¶ Ad tyneam sequit̄ multiplicatio pediculorum pretendit lepram. Et sic tynea modus est lepre.
IN CVRATIONE tynearum duplex est intētio & regimen; vniuersale & particulare.

¶ Vniuersale est de dieta & debita euacuatiōe de quib9. sufficienter dictum est in de apostematibus & de lepra & scabie. Nihilominus Haliab. concedit ventosam ceruici & flebothomiam cephalice: si fieri potest & venarum que sunt post aures: loco quarum sarraceni vt dicit Gordonius & verum dicit vtuntur aurium scarificatione. Et purgationem cum pillulis que per aloen & colloquintidam & scamoneam assumptas cum succo caulium laudat Gal. vbi supra.

¶ Particulare regimen duas habet intentiones prima chochimiam & scabiem cutis capitis corrigit. secunda capillos euulsos regenerate.

¶ Prima completur in recenti ſm Guil. cum crebra rasione capitis & lotione cum aqua & aceto decoctionis fumiterre bletarum & camomille & fricatione cum alumine fecis vini. Et postea cum linitione alicuius linimenti de dictis in serpigine aut in scabie: folia enim salicis in lotione obtinent principatum: vt dicunt Aui. & Gal. in de secretis ad omontheum laudat hoc vnguentum cū quo curauit multos homines: vt dicit de tynea & scabie vlcerosa capitis & saphati & serpigine & pruritu & capillorum casu: lendibus & pediculis.

¶ Cuius forma. ℞. gallarum ʒ iij. granorum harmel qđ est se. cicute ʒ. ij. arsenici rub. aristol. amborum añ. ʒ. iij. salis armoniaci fuliginis furni sulfuris amigdalarū amararū colloquintide radicis capparis foliorum fici & oliue: radicis canne viridis eris aluminis iameni sief memithe mirrhe aloes olibani añ ʒ. j. fellis daccini alchitram quod est pix nigra añ ʒ. j. & ß. terantur medicine & cribellentur & cōficiantur cum aceto vini donec fiat sicut vnguentum & ponatur ad solem donec misceantur: deinde liniatur caput cum eo. ¶ Aliud experimentū est ad achoros & fauum in de facili acquisibilibus a G. ℞. lithargirij ʒ. xvj. foliorum ruthe ʒ. viij. stafisagrie ʒ. iij. vitrioli ʒ. ij. confice cum aceto & oleo mirtino. Et si in isto medicamine adderetur chimolea & charta cōbusta in libro meamir placeret Gal.

¶ Carens ego inquit aliquando in egro: eo quod per

chartam pharmacho videns in domo patientis chartã inutilem petij lucernam; deinde comburens chartam & permiscens cum aceto vnxi patientis particulam precipiens homini venire ad me sequenti die. Noueram enim quia dure carnis exñs toleraret pharmacum. Cũq; venit & paulominus esset curatus trãsire quidem ad aliud pharmacum non putaui fore necessarium. Illo eodem consulens sanum perfecte vidi factum sequenti die.

¶ Gordonius autem ad hanc passionem dictat illud vnguentum: in quo ego magnam inueni efficaciam. ℞. ellebori albi & nigri sulfuris viui attramenti auripigmenti lithargiri calcis viue vitrioli aluminis gallarum fuliginis cinerum clauellatorum añ. ℥. ß. argenti viui extincti viridis eris añ. ʒ. ij. fiat puluis qui incorporetur cum succo borag. scabiose fumiterre lapacij acuti aceti añ. quartam j. olei antiqui lib. j. bullitis vsq; ad succorum cõsumptionem: & tunc in fine decoctionis ponatur puluis; & projciendo picis liquide. ℥. ß. cere quod sufficit. fiat vnguentum quod proculdubio curat omnem tyneam & scabiem & malum mortuum. ¶ Et vniuersaliter omnẽ cutis infectionem: quare in honore vt dicit debet haberi & verum est.

¶ Si vero tynea fuerit furfurosa concedit Gal. in de facili acquisibilibus lauare caput cum aqua salsa vel cum decoctione lupinorum: vel cum succo portulace vel blete vel cucumeris siluestris: & postea inungere cum oleo stafisagrie. Et gumma & sapore ruthe aggrestis laudat ab Aui. & oleum ro. cum aceto ab Hali. Ras. autem dicit furfures remouentur continue radendo caput & singulis noctibus inungendo: & de mane cum aqua calida lauando ꝙ si non sufficeret cum farina ciceris & se. altee & aceto tribus lauetur diebus. ¶ Ablutio fortis sic fit. ℞. farine ciceris ʒ. c. farine fenugreci furfuris tritici baurach panis nytri albi contriti sinapis omnium añ. ʒ. xv. altee. ʒ. x. misceantur omnia cũ aceto & aqua & fiat lauamentum de quo semel in hebdomada caput lauetur. ¶ Antiqua vero & dura tynea fortibus indiget medicaminibus; scarificetur ergo ꝑm consilium Hali. cum

ferro donec sanguis exeat deinde cum farina lupinorū cocta cum aceto cathaplasmetur: aut cum epithimate de cantaridibus. quod ℞. cantaridarum ℥.j. sulfuris. ℥. ß. corticis nucis ʒ.ij. sinapis mirrhe: añ. ʒ.j. mellis & aceti quod sufficit. fiat emplastrum & stet per vnum diē. Et postea per quatuor dies cum folijs sicle & caulium cale factorum caput inuoluatur quousq; aquositas sit bene mundificata & fetor sit amotus: & claritas in carne & cute appareat. Et si malitia profundaretur cum aliquo corrosiuo caro putrida consumatur & mundificetur & consolidetur. ¶ Rogerius vero & sui glossatores & Iamerius curant anteq; tyneam euellendo pilos cū psilotro aut cum capello piceo : aut cum pice cherot. & lotione cū aceto & aqua marina aut cū vrina pueri. ¶ Deinde mundificata cute Rogerius ponit istud vnguentum. ℞. adipis vrsi adipis vacce. añ. ℥.j. stercoris muris ℥. ß. pomorum cedri quem iuniperum vocat. ℥. ij. aranearum adustarum ʒ.j. picis liquide olei lucerne: quod sufficit. fiat vnguentum.

¶ Iamerius ad idem ℞. axungie antique porci dissolute cum aqua acetose lib. j. olei communis picis liquide añ. lib. ß. succi abrotani succi menthe sarracenice: succi fumi terre lapacij eruce mercurial. añ. ℥.j. aluminis vitrioli gūmi edere combuste fuliginis salis tosti tartari aloes añ. ℥. ß. pistando in mortario fiat vnguentum. ¶ Si autē per se vel ex acuitate medicaminum efficeretur in loco arsura & dolor mitigetur cum oleo ro. aut mirtino: aut cū vnguento quod consequenter describit Apolonius: vt in primo meamir narrat Gal. Cotilam olei optimi infunde in olla plūbea cū cocleari plūbeo tere quousq; grossum fecerit & subnigrum deinde seorsum teres litargiri lib. j. ceruse tantundem: & misce in oleo & pistādo fiat vnguentum.. summe enim mitigat.

¶ Et si corrosiua & si cancrosa: & si quid mali morigerati habuerit & non solum in capite sed in ano sclopidibus & scissuris. & vl̄r omnib⁹ dolorib⁹ vlcerosis: sicut etiam dictum fuit supra de vlceribus & morbis cōfert. Et ita completur prima intentio. ¶ Secunda autem

intentio que est capillos generare & completur cum at trahentibus bonam materiam; & congregantibus eam in loco sicut dicetur in proxima rubrica.

¶ De allopitia & caluitie atq; casu capillorum.

PASSIONES capillorum s(ecundu)m Gal. in primo mea- mir. sunt totalis deperditio & coloris mutatio sicut in lepra & allopitia. Et vt bene videantur: causæ istarum passionum vult Gal. 14. terap. quod dicantur causæ ge- nerationis pilorũ. ¶ Pilus autem est vapor cutis siccus a corpore resolutus: & per poros cutis exiens ab aere de siccatus. Generatio autem pilorum s(ecundu)m Gal. vbi supra est sicut eorum que de terra prodeunt: sicut in monumẽ tis de crasibus monstratum est. ¶ Causæ vero pilorum quatuor sunt vt a secundo de complexionibus accipit schola communis montispessulani. ¶ Causa efficiẽs est calor naturalis nõ multum excrescens materiam in va porem resoluens. ¶ Causa materialis vapor ipse siccus. ¶ Causa formalis cutis debita porositas.

¶ Finalis vero causa est decor & vtilitas. ¶ Ex quibus potest apparere qui vult bene speculari: quare mulieres & eunuchi non habent pilos in barba: & quare nõ fiũt calui. Et quare facillime cadunt in senibus debilibus & consumptis. Et quare in aliquibus crispant(ur) & colorib(us) diuersis colorantur. Et quare in aliquibus locis habent determinatũ augmentũ & multa alia probleumata q(ue) de pilis consueuerunt dici. ¶ Ex predictis ẽt possunt ap- parere cause passionum predictarũ. Nam vt ait Gal. vbi supra sicut plantarũ humiditates: q̃dã indigẽtia cor rumpũtur de siccitate; q̃dam vero humiditatibus extra neis earum nature approximantes eodẽ modo pili: vel propter indigentiã humiditatũ a quib(us) nutriri nati sunt: vel propter prauitatem corrumpi accidit: propter indi- gentiam aũt humiditatũ fit caluitiũ: p(ro)pter prauitatẽ al lopitia. Et Aui. addit q(uod) p(ro)pter laxitatẽ pororũ cadũt ca pili & p(ro)pter cõstrictionẽ excessiuã nõ veniũt factam a frigore excessiuo aut ab vlcerũ preteritorũ vestigijs. Al lopitia eñi dicitur secundum Gal. a vulpibus quib(us) ista passio consueuit venire. Sicut tyria a processu per cutẽ

similem serpenti per terram dicitur.
SIGNA autẽ allopitie sunt satis manifesta. sed humo res corrupti peccantes significantur per colorem & cor poris habitudinem & regimen preteritum. Iudicatur ꝙ depilatio naturalis vt caluities & imbarbatio eunucho rum & mulierum aut accidentalis a cã solidãte & cica trisante cutẽ: & illa que nimis est antiquata. & illa q̃ est in cõsumptis & ethicis vltra secundam speciẽ nõ curaẽ & in talibus enim mala complexio est adequata.
¶ Iudicaẽ per Hyp. in. 6. affõrum. ꝙ quicunq; calui sunt his varices magne non innascuntur.
¶ Quibus vero caluis existentibus varices magne inna scuntur rursus capillati fiunt. Et. 6. affõrum verificatur in caluitie impropria que est allopitia: que ex corruptis fit humoribus per trãspositionẽ materie ad inferiora. nõ aũt in caluitie propria que fit propter indigẽtiam mate rie. Quis em̃ inquit ignorat insanabilem passionẽ calui tium existere: quasi dicat nullus.
¶ Amplius eunuchi nõ fiunt calui neq; blesi: ꝓpter mul titudinem humiditatis cerebri eorum vt dicit Aui.
¶ Rursus iudicatur per Gale. j. meamir. ꝙ si per fricatio nem locus depilatus non rubeat nulla est curationis spe cies. Si autem rubeat q̃to velocius rubescit tanto velo cius curatur: quod etiam dicit Aui.
IN CVRATIONE allopitie duplex est regimen vniuersale & particulare. Vniuersale est in dieta & eua cuatione iuxta naturam humoris peccãtis de quibus suf ficienter fuit premissum in cura tynearum.
¶ In speciali aũt iubet Gaẽ. in primo meamir. ꝙ post pur gationẽ totius apophlegmate. i. a phlegmate caput pur gare cũ caputpurgijs & gargarismatibus factis cũ depo nẽtibus phlegma: velut sunt pillule dyacostoree dissolu te cum aqua maiorane.
¶ Particulare vero regimẽ habet duas intẽtiones: vnam cachochimiam cutis capitis corrigere. Aliã trahere san guinem benignum ad locũ: & eum in pilos cõuertere.
¶ Prima cõpletur ꝯm duas diuersitates ipsarũ in recẽti que adhuc est in principio ꝯm Gaẽ. 14. terapꝫ. prohibẽda

materiam ne recipiatur in loco. Et alterãdo locum ne eã attrahat neq̃ cathetizetur vel cathaplasmetur cum domesticis repercussiuis qualia conueniunt in simplici casu capillorum: iuxta doctrinam hebẽ Mesue ꝙ prelauto capite: aut loco cum aqua decoctionis ros. mirrhe & capilli ve. radatur: deinde epithimetur cum hoc. ℞. succi extremitatum mirrhe: succi oliuarum siluestrium aña. ℥. ij. ro. siccarum. ℥. ß. absinthij. ʒ. ij. bulliant hec omnia in lib. ß. aceti vsq̃ ad cõsumptionem medietatis. Deinde cola & infunde in eo dum erit calm laudani. ℥. ij. & dimitte ꝑ duos dies: deinde infunde super ipsum oleum mirtinum & vinum stipticum donec in substantia mellis redigat̃ deinde aromatizetur miscẽdo ibidem alipte mus. gallie mus. añ. ʒ. j. confice & fac linimentum de quo inungatur per tres dies. Postea laua: & pãno aspero exsicca: deinde redi ad inũgẽdum vsq̃ dum appareat sanitas. Et istum processum ad casum capillorũ & initiũ caluitiei approbauit Gal. in primo meamir. dum dicit

¶ Manifestum autem ꝙ oportet precedere remotionẽ omnium pilorum & fricationem: & postea inũgere cũ tali quod habet virtutem attractiuam & congregatiuã commoderate. Quocirca neq̃ acceptaui neq̃ excogitaui meliꝰ esse pharmacum in casu capillorum q̃ id quod est mixtum ex laudano & lentiscino. Et si raritas esset in causa non esset ineptum mirtinum pro lentiscino miscere laudano. Miscebat aliquando & nardinum in estate frigida & hora hyemali: imo Gal. attestatur ꝙ allopitias incipientes multoties sanant purgationes absq̃ aliquo locali medicamine. Et ad hoc allegat curam quam in illo iuuene exaratore fecit.

¶ Ras. autem ad istam intentionem. ℞. capillorum ve. foliorum mirte cortices pini absinthij assatorum vt teri possint añ. partem. j. laudani partes. ij. mirrhe partem. ß. illius thuris partes. iij. illius: puluerizatis rebus cũ oleo raphani & vino veteri misceantur: & fiat linimẽtum de quo in nocte epithimet̃: & de mane caput lauet̃. hoc eñ caluitiũ sanat: vt dicit. ¶ Ad idẽ archigenes vt narrat in meamir. Gal. ℞. granorũ iuniperi laudani absinthij capilli

pilli ve. añ. permisce omnia cum vino & oleo mirtino: & dimitte quinq; diebus. Deinde coquantur vsq; ad vini consumptionem: & cola & vnge caput & laua.

¶ In antiqua vero & que transiuit principium oportet euaporare & resoluere cachochimiam anteq; ad cathesiam ducatur cutis vt dicit Gal. in. 14. terap. & in primo meamir. non cum quibuscunq; calis: sed cum moderate calis q nõ exsiccetur neq; cõburatur cutis. Et cum hac subtili parte olle cõgruit illud quod debet vsq; ad pfundum mergi: in quo est principium radicis pilorum.

¶ Et ad hanc intentionem raso loco & planato cũ aqua decoctionis camomille aneti & stichados eligit ipse in meamir: tapsiam non antiquam sed recentem quã Aui. videtur appellare gumma ruthe aggrestis: & dicit sequẽdo Gal. q est radix in isto capitulo: dũtaxat q frãgatur calitas eius cum oleis temperatis: vel vt dicit Gal. q est sabinum & sisaminum: aut antiquum onfancinũ. Post vero tapsiam eligit Gal. sinapim & nasturciũ & sulfur & spumam maris & nitrum ipsum molle adustum & elleboros ambos: & semẽ eruce: & oleum laurinum & radicem arũdinis & corticem vtraq; combusta: & picem liquidam & cedeream & stercus murium & adipẽ vrsi.

¶ Et Rasis vult q cum cadunt pili capitis vel barbe: locus cum panno aspero fricetur cum cepis vsq; ad incensionem & ardorem loci. Et die illa & nocte sic dimittã in mane similiter regatur. Et si locus ampulauerit vngatur cum adipe anatis vel galline. & non fricetur aliquibus diebus. Et si tunc pili nasci inceperint. radatur sepe & fricetur cum panno aspero qualibet die: & oleo isto inungatur. ℞. aque decoctionis capilli ve. camomille libram vnam olei de been lib. ß. coquantur ad cõsumptionem aque & oleum vsui reseruetur. Et ad eandem intentionem ipse facit epithima ad allopitiã mirabile. ℞. spume maris drachmas decem baurac. sulfuris quod non tetigerit ignis: gumme ruthe aggrestis euforbij. añ. drachmas duas stafisagrie cãtaridarum. añ. drachmam vnam permisce ea cum fece olei antiqui & line ex eo post fricationem. Et si locus ampulauerit fiat vt supra.

¶ Et si causa esset ca℞a vult Gordonius ꝙ procedaᵗ cum corticibus amigdalarum auellanarum nucum stercoris caprarum assatis pulverizatis: & cum melle & aceto in forma linimẽti cõfectis precedente rasione & fricatiõe.

¶ Et si predicta non sufficiunt ad medicãdum cutem iubet Aui. ꝙ si post fricationes dictas cum panno aspero & cepe locus nõ rubet quod apponantur sanguisuge & vẽtose & scarpelletur locus cum acubus pluribus: & toties iterentur auxilia donec videris per resolutionem & hilaritatem cutis sanitatem loci. Et tũc cessandum est & transeundum ad secundam intentionem.

¶ Secunda autem intẽtio completur cum medicamine filigij: vt dicit hebẽ Mesue quod ℞. carnium limaciarum sanguisugarum & apum & vesparum & salis vsti, añ. partes equales pone in vase vitreo habente foramina multa in fundo eius: sicut cribratorium: & pone sub eo aliud vas vitreum sine foraminibus & manebit post diem humiditas que conseruetur in vase: & line locum cum ea post fricationem. facit enim pilos nasci & curat caluitium.

¶ Ad eandem intentionem Ra℞. ℞. cineris abrotani. ʒ. x. veterum cãtaridarum. ʒ. ij. laudani. ʒ. iij. auellanarũ combustarum. ʒ. ij. gallie mus. ʒ. j. terantur cum oleo veteri: & post fricationem inungatur locus.

¶ Ad idem Eraclitus tarentinus ſm quod narrat Ga℞. in primo meamir ad allopitias diurnas post fomentationem rasionem & fricationem cum frondibus ficus & nitro quolibet die vngebat cum isto ℞. eritiorum marinorum cum testis suis gallarum amigdalarum amararum pilorum vrsi adyanti radicis amig. frondium fici omniũ adustorum. añ. ʒ. ij. stercoris muris. ʒ. j. cum aceto & cedra & adipe vrsi miscendo fiat linimentum. Et in sequentibus laudat mures adustos & cortices vitis adustas cum melle incorporata. Et cum hoc dicit ꝙ cortices auellanarum aduste linite cum melle faciunt allopitiam desistere in decem diebus.

¶ Ad eandem intentionem in cartolario fuit probatum istud ℞. succi calcidarum. ℥. j. pul. sanguisugarum adu-

ſtarum lacerte viridis aduſte viride eris añ.ʒ.ß. puluis talpe combuſte puluis ſolearum combuſtarum fetarũ porci aduſtarum añ.ʒ.j.mellis quod ſufficit ad incorporandum in forma vnguenti & inungatur locus ſingulis noctibus & mane quolibet lauetur cum vino albo & melle.

¶ De canitie & pilorum mutatione & tinctura.

CANITIES EST PILORVM dealbatio. Intelligẽdum tamen quod licet duplex ſit canities naturalis & innaturalis:hic tamen non agitur niſi de innaturali que preoccupat ſenectutem.

¶Cuius cauſa immediata ſecundum Aui. eſt abundantia phlegmatis aquoſi putrefacti generati ex rebus debilitantibus calorem naturalem vt ſunt ægritudines longe & diuerſe. Et ſtomachi malitia & anguſtie fortes:& nimia capitis lotio.& coopertura exceſſiua.

SIGNA CANITIEI SVNT ſatis manifeſta.

¶Iudicatur quod canities eſt mala & ſuſpecta. Nam videtur quod mors capiti vexillum ſuum applicauit:vt ait Gordonius.

¶Iudicatur etiam per Gal.in primo meamir. quod propter indoctas denigrationes capillorum cum medicinis communibus:que vt plurimum ſunt frigide & ſtiptice non ſolum vidit in periculo venire multas mulieres:ſed etiam mori.Propterea em̃ quia capita earum infrigidãtur,aliquando quidem in appoplexiam & epileſiam:aliquando in maximis catarris occupantur:vt & patiatur pulmo & ptiſis ex eo ſequatur.

IN CVRATIONE canitiei dnplex eſt regimen: vniuerſale & particulare. Vniuerſale eſt dieta & euacuatio phlegmatis & cuſtoditiua ne generetur. De quibus fuit dictũ ſatis in de apoſtematibꝰ pglegmaticis ſupra. Triffera aũt ſarracenica & mirabol. vt dicit Hali.in fine tegni:in retardãda canitie & ſenectute obtinet principatũ. Verum Aui.conſulit ꝙ per annũ integrum ſumant:& poſt acceptiõe tardet cibũ vſqꝫ ad meridiẽ.¶Particulare regimẽ ſtat in duobꝰ.primo ꝙ ꝑpa

rentur pili ad recipiendum tincturam. secundo quod detur eis tinctura. ¶ Primum completur secundũ Gordonium ꝙ pili lauentur multis diebus cum lixiuio cinerum truncorum caulium in quo sit alumen dissolutũ: hec enim ablutio ratione aluminis preparat pilos ad recipiendum omnem colorem. ¶ Ad istam eandem intentionem dicit Aui. quod radix alcanne & indiciũ sunt radices super quas aggregantur homines in tingendo vel ad denigrandum vel ad flauandum.
¶ Secundum completur cum ad colores appropriatis. DENIGRANTIA capillos sunt ꝯm Gal. in primo meamir. Cedrea cum oleo & sine oleo in frigidis & humidis. Verum in partibus suis asie dicit quod mulieres rustice montane addunt picem liquidam & inungunt radices pilorum. hec enim farmaca ita denigrant quod non nocent: habent etiam cum stipticitate aliquã subtilitatem qua profundãtur ad radices pilorum. ¶ Et cum hoc dicit ꝙ secundum verba Archigenis nigrificãt capillos radix capparis cum lacte mulieris aut asine: vsquequo tertia pars ꝑ decoctionẽ sit consumpta ĩ nocte cathaplasmata. Et istud est melius ꝯm Aui. vel vrina canis conseruata in quinqꝫ vel sex diebus: vel corticis pruni cocte ad mellis ipissitudinem: vel illud nigrum quod est in medio papaueris rub. cum oleo mirtino mixto cũ quibus vnguatur cathaplasmetur. ¶ In de facile acquisibilibus addit quod oleum agitatum cum plumbo in vase plumbeo & repositum in plumbo cum quo inungatur est bonum. ¶ Ras. autem ad hoc dictat ꝙ galle ad quantitatem lib. fricentur in oleo & cum oleo cocto & alcanne & dragagãti & ere vsto & sale gemma fiat linimentum de quo liniatur caput & barba prius lauta cum aqua calida: & cũ manibus exsiccata: & vt nõ desiccetur cum foliis blete vel sambuci: vt dicit Haliab. cooperta per sex horas dimittatur & postea lauetur: est enim optimum ad canitiem denigrandam. ¶ Aui. vero componit olea ad denigrandum & conseruandum de mirabolanis nigris & emblicis & gallis partes. x. laudani partes. xx. foliorum mirte & granorum eius partes

xxx.ponantur per tres dies in tribus libris olei. Deinde coquantur donec ingrossentur & fricentur cum eo capilli:subsequenter dicit quod quando ponitur in tinctura ponde.ʒ.j. gariofilorum denigrat valde & prohibet malitiam eius a cerebro.

¶Facientia capillos flauos.

CONSEQVENTER narrat Gal. vbi supra q̄ sm̄ Archigenem flauos faciunt capillos lupini crudi cū aqua nitro liniti.Sed flauos & crispos faciunt lotio cū spuma nitri & mirta.Et radix affodillorum cocta cum mero.¶Rasis vero dicit & Aui.cum eo quod fiat lixiuium de cineribus sarmentorum & temperentur cū eo per noctem vnam lupinorum tritorum ʒ.x.mirrhe ʒ.v. alcanne assate ʒ.iij.postea coletur:& ex hac aqua caput lauetur:supple cum vino quod totiens est faciendum quousq; sint ruffi.

¶Mulieres montispessulani ponunt flores de stichados in lixiuia & genestre.Bonoñ.rasuram buxi & corticē citri.Parisien.radices gentiane & radices berberis & florem cardamomi.

MVNDIFICANTIA caput sunt lixiuia proprie de cineribus sarmentorum & cineribus clauellatorum:& cum albuminibus ouorū & cum sapone. ¶Est enim sapo duplex sarracenicus qui est mollis: & gallicus qui est durus,Sarracenicus fit ex duabus partibus capitelli,& tertia olei oliuarum,Gallicus fit ex duabus partibus capitelli & vna sepi arietini,Capitellum autem fit ex duabus partibus cinerum stipticum fabarum: & tertia calcis viue:& infundatur in aqua ad modum lixiuie & coletur;& quod distillabit est capitellum.

AVFERENTIA capillos secundum Cironē narrat Gal.vbi supra arsenici coloris aurei quod est auripigmentum citrinum calcis viue añ.℥.j. amili terre vocate a latinis selmisse quod est spuma argenti ℥.ß. terantur & incorporentur cum aqua & bulliantur. Signum autem perfectionis est si pennā imposueris & depilctur.

¶Ras.autem in aqua calx per sex dies de tertio in tertium remouendo calcem infusa fuerit incorporat arsenici citrini sextam partem & tandiu in sale admittatur donec penna immissa depiletur cũ extrahetur: & cum illo loca depilanda fricare precipit & depilantur.

¶Aui.sumit calcis viue partes duas arsenici tantundem aloes modicum liniantur cum aqua calida: abradit enĩ statim.Et vt psilotrum meliorem odorem habeat modicum ponatur cum eo de gallia mus.

¶Vsus communis aufert pilos vno de quinq; modis vt dicit Henricus.primo resecando cum forpicibus.secundo radendo cum nouaculis.tertio eradicando cum pincecariolis: aut cum digitis.quarto cum pice nauali in digitis aut in pãno applicata.quinto cum psilotris dictis.

¶Et modus psilotrorum est quod sint in stuffa: & post longam fomentationem cum aqua calida dum psilotrũ erit calidum & spissum sicut linimentum applicetur super locum:& stet per spatium dicendi miserere. Et si satis est quod cognosces: quia trahendo pilos depilabitur leuiter fricando & lauando aqua calida remoueanẽ pili.Et post locus cum oleo ro.inungatur aut aqua frigida. Et si locus esset excoriatus cum vnguento albo curetur.

¶Prohibentia pilos renasci radicitus euulsos.

COMPONVNTVR autem predicta pharmaca secundum rationem vt dicit Gal. vbi supra per leporem marinum & per ranas que in viridibus stagnis pascuntur:& cum sanguine tortuce marine & vespertilionibus & ouis formicarũ & gummi vitis al.atq; brionie & vrtice &c.Aui.vero & Ra.ad hoc scribunt iusquiami & opium psilium cocta cum aceto.Et chimoleã & cerusam plũbi equaliter aluminis mediam partem trita cum aqua iusquiami albi: nonnulli vero laudant limaturam ferri coctam fortiter cum aceto.

¶ De dispositionibus faciei & partium eius in se conti-nens quatuor partes.

¶ Pars prima de vniuersali faciei decoratione. Ca.ij.

DISPOSITIONES que in facie apparẽt: quedam sunt naturales: quedam preter naturã: naturales indigẽt cõseruatione si pulchre sunt: & decoratione: si turpes velut esset albedinem custodire & albiorem facere & rubicũdiorem si licitum fuerit. Que vero preter naturam indigent correctiõe velut est pustulatio & maculatio & suppilatio. Et hoc intẽdebat Gal. dicere in primo meamir: quãdo ponebat differentiam inter tomaticam & decoratiuam partem medicine. Non tamen omnia in omnibus: sed certa in certis vt dicebat magister Raymũdus de molerijs in mõtepessulano. Nam licet decoratiua curatiua sit licita: comatica vero nõ est licita nisi gratia honestatis. vnde Gal. vbi supra. Quecũq; in delitijs existẽtes decorãt seipsas: Nulli earum deprecanti aliquod dare sibi pharmacum dedi. Quecũq; vero honestiores fuerint & signa senij & turpitatis effugiebãt a suorũ maritorum molestijs eripi desiderantes aliquibus consului vti.

¶ Ad decorandum & faciendum colorem bonum.

COLOR autem corporis ſm Gal. in primo affõrum in translatione arabica authoritate Hyp. dominãtia humorum ostẽdit: si non in profundo occubuerit: ꝓpter ꝗ est intelligẽdum quod bonus color & floridus est ab humoribus bonis sanguineis tractis ad cutem. Color autẽ malus a malis humorib⁹ vt niger a mẽlcis. Alb⁹ a phlegmaticis citrinus vero a cholericis.

¶ Causæ aũt extrinsece adiuuant ad mutationẽ coloris vt ſm Aui. calor adustiu⁹ & dimissio balnei & vsus aceti & malarũ aquarũ ad nigredinẽ frigus & coit⁹ & tristi

tia & ægritudines longe ad albedinem. Et comestio reru͂ citrinarum vt cimini ameos & rerum salsarum ad citrinitatem. Et propter hoc vocat Ioannes de sancto amando: iuxta doctrinam Aui. quod quedam faciunt bonum colorem sumpta interius. quedā vero apposita exterius. Ab intra vero quedam faciunt hoc: quia generāt bonu͂ & subtilem sanguinem vt oua sorbilia & brodia bonarum carnium vinu͂q́ꝫ aromaticu͂q́ꝫ & cibi bone substantie. Quedam autem quia sanguinem spargunt & dilatāt ad exteriora: sicut ficus pip gar. & croci modestus vsus quedam quia sanguinē mu͂dificant velut trifera minor & mirabol. & id genus. ¶ Que autem exterius posita faciunt bonum colorem: faciunt hoc cum attractione & abstersione: & sunt linimenta & ablutiones accepte ex farina fabarum excorticatarum & cicerum orobi ordei frumenti amidi rizi & consimiliu͂. Ex quibus gal. halia. & Aui. & azarani tales consueuerunt facere Gomeras. ℞. farine ciceris fabarum ordei amigdalarum depuratarum dragaganti seminis raphani an̄. distemperētur cum lacte: & de nocte facies epithimetur: & de mane cu͂ aqua calida decoctionis violarum siccarum: aut furfuris lauetur. Et si adderetur cum illis radicis sicce lilij mastici & yreos atq́ꝫ iarri. Et ꝙ fierent trocisci qui distemperarent̄ cum lacte in necessitate esset vtile valde. ¶ Ad idē Aui. ℞. saponis li. j. armoniaci lib. ß. resoluant̄ in tribus libris aque: deinde proijciatur desup thuris masticis nitri an̄. ℥ ß. mellis. ℥. viij. terātur omnia in vase vitreato vehemēter & administretur de nocte. ¶ Ad idem Theodoricus facit pulchram dealbationem preparet̄ cerusa sic. distēperetur cu͂ aqua limpida per mēsem ad solē calm ipsam quolibet die colando & aquam renouādo: & in fine dimittatur exsiccari. Et talis vocatur cerusa dealbata & preparata de qua. ℞. partes. v. margaritaru͂ cristalli vitri boracis. an̄. partem. j. cāphore sarcocolle mirrhe clare argenti viui sublimati. an̄. mediam partem vnius. terant̄ subtilissime & molliantur supra lapidem marmoreum & incorporentur cum aqua ros. & fiat puluis aut trocis. & seruentur: & quando erit necesse distēperentur cum

oleo de tartaro:& post liniantur. ¶ Ad eandem intẽtio nem est vnguentum citrinum & multa vnguẽta q̃ fiunt cum tela capretorum & pinguedine columborum. Sed quia malum inferunt odorem dimittuntur. ¶ Modus au tem decorandi est ꝙ facies primitus stuffetur: deinde la uetur cũ sapone dissoluto in aqua tepida. Et si illa aqua esset de floribus fabarum aut lilij: aut nenufar. sambuci: aut viticelle; aut lactis distillata esset melius. Deinde ex siccetur postea liniatur cum aliquo predictorum & di mittatur per noctem; & in crastinum lauetur cum aqua furfuris aut violarum:& stet modicum facies cum pãno cooperta. Et post si volueris colorare poma maxillarũ liniantur cum aqua aluminis in qua modicum de rasura brasilij sit temperata. ¶ Quando autem remouẽtur pili & prohibentur ꝙ renascantur; & quomodo remouẽtur morpheæ serpigines & asperitates dictum est supra.

AD MACVLAS lentigines & pannum remouen dum liniatur facies cum oleo de tartaro & de frumento aut cum aqua gallicana quam ponit Henricus. ℞. tartari calcinati lib. j. masticis. ℥. j. cãphore. ℥. ß. pistẽtur cũ albu minibus ouorum:& ponantur in alẽbico & sicut aqua ros. distilletur. ¶ Ad idem dyaquilon Aui. decoquatur li thargiri. ℥. j. in olei antiqui. ℥. ij. donec dissoluãtur deinde sumatur muscillaginis fenugreci; muscillaginis sinapis añ. ℥. ij. bdelij & mirrhe añ. ℥. ß. proijciantur super lithar girum & oleum cocta & agitata vehementer; & fiat de dyaquilon. ¶ Lac autem virgineum quod fit de lithargi ro in aceto albo temperato & cum filtro distillato cum aqua salsa mixto est optimum in hoc casu.

¶ Ras. vero & Aui. dicunt ꝙ si accipiatur argenti viui ʒ j. amig. ʒ. iij. & terantur vltima mollitione donec nihil appareat de argento viuo: deinde proijciatur super eo tã tundem de se. mellonum trito valde: deinde facies liniaꝰ cum eo omni nocte per septem dies:& in mane lauetur cum aqua tepida. Non est ei par in mundificando supra dicta. Si vero cum istis non curentur ad capitulũ de mor phea sunt remittendi.

AD SANGVINEM mortuum & liquorẽ in facie

& in aliis locis laudat Galle. in quinto meamir piriationem cum spõgia infusa in aceto mixto calo quod laudo in principio. Deinde laudat decoctionem ameos & ysopi cum lacte & vino. Hẽricus vero dicit ꝙ si cum succo radicis nappe aggrestis misceatur modicum de aloe epatico. Et liniat locus ter vel quater in die intra duos dies curatur.

¶ Rasis tamen in loco vulneris vbi neqꝫ dolor: neqꝫ calor post percussionem remãserit loco folia caulis vel raphani seu mentastri quod melius est supponantur. Et locus si non curatur cum arsenico citrino & lapide lazuli & thure & armoniaco linitis cum succo coriandri: aut apii multis vicibus epithimetur. Et absinthium cũ melle est optimum ꝫm Aui. aut ꝫm Dinum. ℞. succi maiorane arsenici citrini olei camomille cere. an̄. partes equales fiat vnguentum.

¶ Et dyaquilon etiam laudatur: communiter tñ locus fomentetur cum aqua decoctiõis ros. fenugreci & emplastretur cum panno infuso in vino: aut cum farina fabarũ cocta cum oximelle. Et ad citius expediendũ ponitur cerusa cum aqua ro. aut vnguentum album.

¶ Ad variolas & ad cicatrices ipsarum.

AD VARIOLAS duplex reperitur regimẽ. Vniuersale de dieta & euacuatione quod pertinet phisicis.

¶ Particulare quod est quadruplex. Primum qũo extrahuntur extra vt materia mala nõ remaneat intra. Secundum qũo preseruanẽ mẽbra aliqua extrinseca vel intrinseca: que ꝓpter ipsas periclitanẽ. tertiũ qũo pustule rũpãtur postqꝫ sint mature. Quartum qũo cõsolidẽtur vt nõ remaneant vestigia mala. ¶ Primũ cõpletur cũ qbusdã potionibus que fiunt de lenticulis & ficubus & croco: & cũ inuolutiõe pãni rubei & cautela a frigore & vẽto.

¶ Secundum completur quantum ad oculos cũ collirio aque ros. & croci: quãtum ad nares cũ aggresta & aqua rosa. quantum ad guttur cum dyamoron: quantum ad pulmonem cum diagraganto: quantum ad intestina

trocisci de spodio & id genus
¶ Tertium completur quod pustule rumpantur cũ forpicibus remouendo modicum de pelle ne recludantur.
¶ Quartum quod non scalpent se,& sinapisentur cum farina lentium fabarum lupinorũ orobi lithargiri cerusa & aloes. Post desiccationem vngatur cum vnguento de lithargiro & cerusa cathina facto cum oleo de lilio: & axungia asini aut galline. Et cum isto Ras. ℞. lithargiri nutriti radi arundinum ossium vetustorum farine ciceris rizi seminis mellonum mundatorum been costi añ. hec omnia cum muscilagine fenugreci & semi. lini cõmisceantur. Et ex his facies epithimetur.
¶ De cicatricibus vulnerum in loco vulnerum carnosorum dictum est supra.

¶ De gutta rosacea & pustulis quæ in facie.

INTELLIGENDVM quod gutta ros. apud Auicen. vocatur albedsanem. Et est rubedo extranea similis rubedini cum qua incipit lepra: & vt plurimũ apparet in facie, & proprie in naso & in pomis maxillarũ: que quandoq; est cum inflatione totius faciei. Et tunc dicitur apud Guil. de sali. burisaga. Et q̃nq; est sine inflatione: q̃nq; cum pustulis: q̃nq; cum crustis: & tũc est de genere assafati. ¶ Cuius generatio est ex phlegmate salso: & ex aliis humoribus adustis. Et ꝙ forte eorũ fumus est malus venenosus. quare inflat & vlcerat partes circunuicinas: vt dicit Guil.
SIGNA materie ex qua fiunt habentur per colorem & formam: & per virulẽtiam quam emittit. Et per res naturales nõ naturales: & cõtra naturã: vt dictum est supra. ¶ Iudicatur ꝙ est morbus contagiosus: & signum primum ad lepram. ¶ Cum hoc etiam iudicatur p Ra. quod multiplicatur in hyeme: & frigore. Et cã vt dicit Aui. quia frigus coartat vaporem plurimũ. ¶ Iudicatur etiam quod est difficilis eradicationis: propter promptitudinem quã facies habetur ad recipiendum materias causa sue raritatis & debilitatis, vt dictum fuit de vlceribus supra imo que est antiqua non eradicatur.

CIRCA CVRAM DVO SVNT regimina: vniuersale & particulare siue locale. Vniuersale de dieta & euacuatione fit ꝓm diuersitatem materie. Et in diuertendo cum fricationibus materiam & ventosis cum cantaridibus ruptorijs retro spatulas & collum: & sub mētone & flebothomia venarū frontis & nasi. Et applicatio sanguisugarum in loco commendantur. & purgatio cum electuario de succo ro. habet prerogatiuam in hoc. Et dieta subtilis & tenuis precipue in vino q̄ abstineat se ab eo saltem fortiter puro. Et caueat ab omnibus speciebus & rebus acutis: vt allijs cepis percipe synapi rutha odore sambuci. Etiam caueat ab omni re salita frixa & assata combusta & melencholica atq; vaporosa; & a coitu & ab omni frigiditate & caliditate excessiua teneat ventrem laxum: dormiat capite eleuato. Et breuiter administretur sibi regimen aliarum infectionū pustularum cholericarum & adustarum & principij lepre, vt dicit Aui.

¶ Particulare regimen in recentibus est quod infrigidetur locus & desiccetur cum repercussiuis. In antiquis quod corrigatur cachochimia cum resolutiuis. Ad primum confert aqua aluminata que fit cum succo agreste & portulace & plātaginis & albuminibus ouorum cum alumine ad modum aque ro. distilate. Infundantur enim in ea panni & desuper applicentur & sepe remoueātur. ¶ In antiqua fiat stuffa cum camomilla mellilo to ro. viol. & florum nenufaris. Et post leuem abstersionem inungatur cum vnguento albo & citrino; in quo modicum de argento viuo & sulphure & alumine cum oleo de tartaro sint incorporata. ¶ Ad idem Guil. ℞. acetositatis citri ℥. iij. ceruse quod sufficit ad spissandum predictum succum in argenti viui extincti cum saliua ℥. ß. incorporando fiat vnguentum.

¶ Theodoricus ℞. boracis ʒ. ij. farine cicerum fabarum an̄. ʒ. j. & ß. camphore ʒ. j. cum melle & succo cepe fiat trocis. & cum opus fuerit distemperetur & liniatur.

¶ Ad eandem intentionem valet lac virgineum: aqua ro. sulfurata; oleum de tartaro & de frumento & multa

alia auxilia dicta superius in serpigine & decoratione. ¶Et si cum istis non recedit vesicetur locus cum appositione cantaridarum mixtarum cum sepo. Et postea cũ folijs siccle locus purificetur. Et deinde cum predictis desiccetur & consolidetur.

¶ Pars secunda de ægritudinibus oculorũ que superius non sunt tractate.

EGRITVDINES oculorum que ſm Gal. in tertio de ægritudine & sinthomate nocent actioni visiue secũdum oculistas: quedam sunt vniuersales toti oculo: vt apata & inflationes & mali motus quedã sunt particulares vt ægritudines palpebrarum panniculorum humiditatum & spirituum ipsius. Et hoc est quod Gal. in quarto de ægritudine & sinthomate dicebat. In sensitiuis quidem actibus: puta oculorum triplex sinthomatũ est differentia. vna quidem in primo organo velut in cristalloyde patiẽte. Altera in sensitiua virtute a cerebro per neruum opticum descendente. tertia vero in coadiuuantibus: vt sunt omnes alie particule. Et vlr subdit quod iste ægritudines quedam sunt complexionales que vt in omiomeris partibus insunt. Quedam compositionales que sunt vt in organicis: quedam vero communes que in vtrisq; fiunt. ¶Et licet iste ægritudines possint esse in omnibus membris: nihilominus propter naturã oculi qñ accidũt in eis suscipiunt quandam proprietatem que facit magnam diuersitatem in curando. Et ob hoc dicebat Iesus: quod quedam erant ægritudines oculorum que multum erant conuenientes alijs mẽbris. vt male complexiones solutiones & apostemata: quedam vero proprie vt lachryme panni catharacte: & id genus. & inde est quod multipliciter ægritudines oculorum numerauerunt. Nam ipse Iesus numerauit 92. Aui. vero 48. Alcoatim 50. Azarani 60. Acanamos. de baldac. dicit: quod ipse dicauit 65. & attestatur quod Gal. posuit 105. & Almansor 65. Beneuenutus & Hispanus

de paucis tractauerunt. Quotquot autem sunt hic non nisi de magis manifestis agetur: de quibus non fuit dictum supra in de apostematibus vulneribus & vlceribꝰ pro quibus ad chyrurgicum habetur recursus communiter. ¶ De manifestis vero que occulte sunt sensui pauca hic tangentur. Nam earum speculatio ad aliã pertinet doctrinam.

CAVSAE AVTEM AEGRITVdinum & sinthomatum oculorum & aliorum membrorum secũdum magis & minus sunt primitiue antecedentes & cõiuncte. Quas Gale. in toto libro interiorum Sympatias & ydropatias. i. cõpassionales: ꝓprias vocabat cõpassionales qñ veniũt ab alia pticula: ꝓprias qñ sunt ppcãm ꝓpriã in eadẽ. Que quidẽ causæ generantur ex humoribus a malo regimine in corpore generatis. Et ex ipsorum oculorum debilitate: vt dictum est sepe. Ex qbus apparet quod in ægritudinibus oculorum potest esse fieri & factum: vt in obtalmia & in apostematibus superius fuit declaratum.

SIGNA AEGRITVDINVM oculorum apparentium & aliarum satis sunt manifesta. Que vero occulta sunt maxima indigent perscrutatione. primo interiorum: que signa particulariter infra dicentur. ¶ Iudicatũ tñ quod ipse sunt difficilis curationis: eo quia oculus est intricate compositionis: vt dictũ fuit in anathomia. Et cum hoc est sensibilissima particula: decimotertio terap. & medicamina que competunt & artificiositatis sunt magne: vt in quarto meamir docet Gale. & Acanamosꝫ. illud idem. Et cum hoc multe dispositiones in vinum sepissime implicãtur: vt in scabie & sebel: implicationes autem dispositionum curam faciunt difficilem. septimo terapen. dicit Gale.

CVRA AEGRITVDINVM oculorum in genere habet quinqꝫ intentiones. prima est in documẽtis octo ad curam vtilia quod obseruentur. secunda in materia antecedente generata quod euacuetur. tertia in vita vt ãpliꝰ materia peccãs nõ generet quarta ĩ materia cõiũcta vt extirpet. Sꝫ quinta ĩ accidẽtibꝰ vt mitigẽt.

¶ Primum documentum prime intentionis est ꝙ quando cum egritudinibus oculorum cõiungitur soda & dolor: aut fluxus: quod illa prius suet sedanda anteꝗ̄ ad curam oculorum egritudinum accedatur: hoc dicit Aui. & Iesus: & dictum fuit in vlceribus & obtalmia.

¶ Secundum est Gal. in. 13. tera p̄. ꝙ nulla operatio particularis fiat in oculis quousꝗ̄ corp⁹ & caput fuerint purgata & rectificata.

¶ Tertium est quod omnis operatio particularis in oculo delicatius & indolorosius quo erit possibile exerceaẽ Et propter hoc precipit Iesus: quod dum aperiẽ oculus suauiter palpebra eleueẽ & paulatiue: & nõ subito claudi dimittatur. Et albu. ꝙ non attẽtes operari in oculo in quo fuerit dolor aut aliqua fatigatio: quousꝗ̄ sedata fuerit. Et post ad operationem redeas si est necesse.

¶ Quartum quod operationes fiant in loco claro & nõ vẽtoso: & quod patiens precipue circa caput stet firme: & propter hoc Alb. in operationibus omnibus iubet patientem in sinu vel inter genua medici: vel ſm Halia. supinum supra scãnum collocari. Et post operationem in loco vmbroso & oculo cooperto cum sindone nigro debet reponi.

¶ Quintum ꝙ in applicando est melius multiplicare vices ꝗ̄ quantitatem. Quantitas enim nimia bonitatẽ obtundit auxiliorum. vt Azaramus dicit.

¶ Sextũ quod caueat quod medicamina oculorũ sint bene depurata preparata: & ad vltimũ trita & cribrata: aliter plus grauarẽt ꝗ̄ proficerẽt: vt acanamosalus dicit.

¶ Septimũ quod ante operationẽ medicaminũ oculus bene lauetur cũ aqua calida & bene abstergatur & mũdeẽ cũ cotone & stilo inuoluto. ¶ Octauũ quod nõ accedat quis ad operationes nisi sit subtilis & ingeniosus bene vidẽs: & manus habeat firmas: & quod aliũ viderit operari: & habeat hãmos & acus: stilos forpices spatulas lãcetas rasoria parua & bene polita: duplicata & triplicata: & semp cotonis & clara oui & aqua ros. prõpta sint sibi & pãni ꝓ bindellis & ligaturis. Operatio eñ oculorũ est particularis & non cõis: vt dicit Guil. de saliceto.

¶ De secunda & tertia & quinta intentionibus satis dictum est in apostematibus vlceribus & obtalmia.
¶ De quarta vero dicet hic ꝓm singulas egritudines.
¶ Et primo de ægritudinibꝰ totius oculi que in quatuor numerantur a lachrymis & fluxibilibus incipiendo.
LACHRYME LICET VENIANT per lachrymalia proprie a quodam foramine paruo & quasi insensibili in fine pilorum ꝓm ꝙ testatur Beneuenutus. Nihilominus ex eis totus patitur & inficitur oculus. Et ideo dicit Aui. ꝙ est egritudo in qua sunt oculi semper humidi & infecti humiditate aquosa a capite ad oculos descendente. Que quidē aliquoties descendit per venas exteriores: quandoꝗ per interiores: vt dicit Iesus.
ET CAVSAE SVNT REPLETIO capitis & totius corporis aut oculorum debilitas naturalis seu accidentalis velut incisio & diminutio carnis illachrymalis: aut frigus aut caliditas fortis atꝗ animi passiones.
SIGNA IPSARVM SVNT satis nota.
¶ Materia autem ipsarum cognoscitur per tactum. Nā si sentiuntur frigide significatur quod materia est frigida. Si vero sentiuntur calide & mordicatiue & quod adurant partes vicinas significatur quod materia est calida.
¶ Regio vnde veniunt cognoscitur per modum qui dictus est in obtalmia.
¶ Abscissio & diminutio carnis lachrymalis est manifesta: & indicatione habetur patientis.
¶ Iudicatur per Aui. ꝙ naturales: & que sunt propter abscissionem carnis lachrymalis non curantur. Et que veniunt a parte intrinseca difficilis sunt curationis: vt Alcoatim testatur. & ideo in talibus expedit desiccatio palliatiua cum pulueribus infrascriptis.
IN CVRATIONE LACHRYMARVM duplex est regimē: vniuersale & particulare.
¶ Vniuersale de dieta & purgatiōe dictū est supra in vlceribus & obtalmia & in fluxibus reumatismis. Sed vltra dyaolibanū in hoc casu de cera Beneuenutus & Aca

namos.

ñamoꝝ.commendant.¶Diuersio tamẽ in hoc casu prerogatiuam habet:& ob hoc laudant omnes cauteria in summitate capitis facta Cuius modus dicet infra.G.13.terap.in interioribus lachrymis concedit incisionem arteriarũ timporũ in exterioribus venarũ.& Alb.& Haliab.dant modũ:quia tamen opus est difficile & narratio longa:& aliquibus dixi aliquid in obtalmia omitto eam de presenti.Cauteria vero punctalia in fontanellis brachiorum & setones retro collum sunt mihi in hoc casu magis dilecta.¶Cõfortatio & desiccatio cerebri ꝑm Gal.hic maxime habet locum. In causa frigida cum ambra & storace.

¶In calida cum rosis & cãphora.& Auẽzoar gloriosus iacellationem aut sinapizationem supra proram capitis cum cinamomo macis:piperis:corticis:citri: singulariter;aut coniuncta cum aqua mẽthe aquatice:aut roꝝ.ꝑm tempus & dispositionem infirmi commendat in sistendo reuma experimento sui:ac etiam patris sui Rabi moyses hec in suis afforismis acceptat.Interceptio materie cum stipticis vt in obtalmia fuit dictum nõ tradaẽ obliuioni in hoc casu.

¶Particulare regimẽ perficitur in causa calida cum isto alcofol vtili lachryme & calori.Et ponitur a Iesu.℞.sedeng loti quod est lapis emachites vel sanguinari⁹ mar casite lote thucie preparate.añ.ʒ.j.margaritarum.ʒ.ß.siefmemithe aloe.añ.℈.j.terantur & cribellentur & fiat alcofol:& si cum eo adderentur ossium mirabolanorum combustorum in pasta.℈.j.coralli.℈.ß.melius esset de pipere in parua quantitate in hoc medicamine ponunt multi.

¶Ad eandem intentionem Aui.& Hebẽ Meꝝ.tale collirium approbauerunt expertũ ad lachrymas & tenebrositatem oculorum.℞.succi granatorum acetosorũ cocti vsqꝫ ad consumptionẽ medietatis lib.ß.aloes siefmemithe licij croci.añ.ʒ.iij.musci grana.xvj.misceãtur & ponantur in vase vitreo ad solẽ per.40.dies.¶Et ad candẽ intentionẽ valet puluis magistri Arnoldi qui in antidotario dicetur.Et collíria alba cum climia & id genus.

¶ In causa autem frigida ponit Azaramus galaf in.25. parte antidotarij magni alcofol subtile conterens ad lachrymas & humiditates & relaxationes & grauitates palpebrarum. Cuius forma. ℞. capitum viperarum sine sale adustarum antimonij thucie albe & viridis an.℥.ij. camphore tertiam partem illius.℥.terantur.

¶ Et ad istam intentionem valet basilicon & collirium de domo & id genus.

¶ Et Brunus purgantia oculos per eductionem lachrymarum precipue facta ex aqua agreste & sumac & mirabolani sunt vtilia. & sal armoniacū aut sal cōe & odoratio ceparū & comestio sinapis educunt lachrymas & purgant oculos vt experientia docet. Cerebrum em̄ per lachrymas purgatur vt dicit Iesus & Aui.

¶ De eminētia seu ingrossatione totius oculi: & de eius opposita macillentia & diminutione.

INGROSSATIO ET EMINENTIA oculorum ſm Aui. fit tripliciter: aut propter magnā inflationem & repletionem alicuius materie: aut propter vehementem coartationem ad exteriora: quam vocat Iesus suffocationem: sicut fit cum soda est vehemens: & apud vomitum tenasmum & clamorem & laborē partus aut propter vehementem mollificationem lacertorū eius.

¶ Et minoratio eius fit a causis cōtrarijs euacuatiuis & consumptiuis: vt in ethica & in febribus vigilatiuis: aut a causis tristatiuis: aut a spasmo.

CVRATVR AVTEM magnitudo post regimen vniuersale de dieta & purgatiōe dicta in obtalmia & crebra ventosatione retro collum ligādo oculum cū binda & fascijs madefactis in succis stipticis velut est succus prunellarum & folia oliue. Aut in linimēto facto de acatia aloe thure & sarcocolla: vt dicit Alb. Et lamina plumbi: & ea que dicta fuerunt in eleuatione vuee in vlceribus oculorum sunt valde bona. Et lauare faciē cū aqua frigida salsa proficit valde: vt dicit Iesus.

¶ Aui. aūt dicit ꝙ ex medicinis cōferētibus in egressiōe

& eminentia est: vt fiat emplastrum cum farina fabarum ro. thuris & albuminibus oui. Et etiam dicit quod nuclei dactilorum adusti cum spica boni.
IN MACIE VERO ET PROfunditate oculorum. Si debet curari proficit regimen ethicorum & fomentare oculum cum lacte tepido & aqua dulci tepida: & vngere caput cum oleo violarum: & fricare & emplastrare cum frequenti remutatione ex amido croco floribus viol. cũ lacte & cum medulla bouis proficit valde.

¶ De strabositate oculorum.

STRABOSITAS OCVLORVM est visio tortuosa & obliqua. Obliquatur & trãsponitur humor cristallinus: & per consequens totus oculus: vel ad latera vel ad superiora & inferiora. vnde ſm Gal. in quarto de ægritudine & sinthomate. Si apud latera nil dignum ratione nocet. Si vero sursum & deorsum duplicia omnia faciunt apparere. Et causa istius est cancellatio idolorum in vnitione seu cruce signatione si ita debeat dici neruorum opticorum. Et ad hoc faciunt subtilitas & mobilitas spirituum: vt deducit Aui. in sexto naturalium tractatu primo.
CAVSAE OBLIQVITATIS quandoque sunt extrinsece vt assiduitas aspectus ad partem illam ad quam fit obliquatio: vt facit impressio & impulsio sub oculis facta cum digitis: & oppositio fenestre vel luminis vel picture ad vnam partã: maxime in pueritia. Propter quod debent nutrices esse caute. Quandoq; fit ab intra propter spasmum aut paralisim: vt in soda conuenit forti & epilepsia & tortura. ¶ Iudicatur quod in adultis: maxime quando fuerit a pueritia: & que prouenit ex siccitate non curatur.
¶ Que autem accidit pueris rectificari potest per contrarium aspectum.
¶ Si candela vel aliqd lucidũ seu coloratũ ad oppositã partẽ ad quã respicit apponat: & ad rectificãdum talem obliquitatem, Iesus laudat aquã pulmonis collirisatam.

Et Aui. sanguinem turturis. ¶ In adultis vero si euenerit propter spasmum aut paralisim aut aliquam ægritudinem: curatione illarum cura. ¶ Consequenter dicendum est de ægritudinibus partium oculi: incipiendo a scabie & ægritudinibus palpebrarum. que 24. numeratur.

AEGRITVDINES PALPEbrarum licet numerentur multe: nihilominus aliquoties coincidunt in vnum vt dicemus de pruritu ardore rubore grauitate inflatione verdige: nec sulac yere formica vlceratio & similibus. Omnia enim ista vt plurimum sunt cum scabie: & vltra hoc est in scabie asperitas & granulositas in intrinseca parte palpebre cum multitudine lachrymarum: & quadam obtalmiatione: vt Gal. & Azaramus dicit. Et ideo ponūtur eius quatuor species, que nō sunt nisi gradus maioritatis & minoritatis: vt de obtalmia dicebatur.

CAVSA AVTEM SCABIEI est materia salsa nitrosa: faciens prouenire pruritum prius: deinde scabiem: vt dicit Aui. Et plurimum accidit post obtalmiā & vlcera oculorum vt Alcoatim dicit. Magnam autē habent affinitatem. Et ideo pro cura scabiei est recurrēdum ad curas ipsorum.

SIGNA EIVS HABENTVR per ea que dicta sunt in predicta descriptione que per inuersationē palpebrarum manifestantur. Inuersatur autem palpebra cōprimendo pal. cum proba lata: aut denario rotūdo: & pal. cum pilis suauiter trahendo inuersetur. ¶ Iudicatur quod cum scabie complicantur multe dispositiones. & ideo est difficilis curationis: vt testatur Rasis. vt dicetur de sebel infra.

CVRA IPSIVS DVPLEX habet regimen: vniuersale & particulare.

¶ Vniuersale de dieta & purgatione & deriuatione & confortatione cerebri & desiccatione & interceptione materie reumatisantis fit: vt dictum est in apostematibus: obtalmia: & vlceribus oculorum.

¶ Particulare precipit balneum & fomentationē cum

aqua rof.extinctionis ferri; aut cum aqua decoctionis rosarum & lentium. Et appositio albuminis ouorum cũ oleo rof, & succo portulace aut rostri porcini. Ista autẽ remouent pruritum vt Alcoatim dicit. Brunus autem dicit quod aqua ro. cum vino albo in qua sit modicum de aloe epatico est bona. Et aqua rof. in qua sit modicũ de cuperosa: aut de viride eris aut secundum Alcoatim de alumine & croco est vtilis & pulchra.

¶ Et collirium Beneuenuti quod ℞. thucie alexandrine zuc. añ. ℥. xij. rosarum rubearum siccarũ pul. ℥. j. coquãtur ad lentum ignem cum duabus lib. boni vini vsq; ad consumptionem medietatis: coletur & vsui conseruet. Et si adderet aliquid de antimonio & ere vsto melius esset.

¶ Et propter inflationem Aui. precipit post euaporationẽ factã cũ spongia infusa in aqua calida & pauco aceto linire palpebram cum aloe memithe croco cum aqua solatri distẽperatis. Et desuper ponit Gui. de sa. ẽplastrũ factũ de farina fenugreci. lib f. pul. ro. ℥. j. camomille puluerisate ℥. f. coquantur cũ vino & colatura inspissetur cum vitellis ouorum. ¶ Aui. vero emplastrum maluarũ in hoc laudat & sanies mundificetur cum zuc. & si cũ eo poneretur modicum de thucia preparata placeret Beneuenuto: & si de sedeng combusto confortaret oculũ & hoc laudatur a Iesu & parui saphyri & grana gallitrici ad istam intentionem infra oculum ponũtur a vulgo ad scabiositatem desiccandam. ¶ Rasis precipit collirium ru. leue vtile scabiei leui sulac & obtalmie proprie circa finem ipsius. Cuius forma secundum Iesum ℞. sedeng abluti ʒ. x. eris vsti ʒ. viij. coralli margaritarũ salis indi. añ. ʒ. iiij. gummi arab. dragaganti mirrhe clare añ. ʒ. ij. sang. dra. croci añ. ʒ. j. terantur & molliantur & conficiendo cum vino antiquo fiant sief.

¶ In magnis & fortibus scabiebus iubet Auicen. post reuersionem palpebrarũ fricationem cum his que sunt sicut spuma maris & folia fici. aut cum zuc. vt dicit Alcoatim; aut cum sief. ru. vt Iesus: aut cum viridi eris vt Rasis vtile scabiei & sebel & vngule albugini & tene-

brosítati. Cuius forma secundum eum ℞.florum eris ʒ. iiij.colcotar adusti ʒ.ij.arsenici ru.ʒ.j.baurac spume maris añ.ʒ.ß.armoniaci cum succo ruthe dissoluti ʒ.j. & ß. fiat sief.

¶Et si sic non sanantur radantur granula cum rasorio aut spatumine rotundo:vt dicit Ras.& post instilletur in oculo aqua cum pauco aceto:aut aqua cimini masticati:vt oculus non incarnetur:deinde cum pul. citrino dicto in obtalmia curetur: & desuper in hyeme cum amigdal.amaris.In estate cum vitello oui & oleo viol. emplastretur.Et si adesset calefactio vult Iesus quod se detur cum sedeng & non cum amido: neq cum colliriis albis:de quo satis miror.

¶De casu & relaxatione palpebrarum.

RELAXATIO palpebrarum: vt dicit Iesus est elongatio palpebrarum superiorum vsquequo non possit eleuari & forte augetur intantum quod duplicatur & pili intrant oculum & ledunt ipsum.Cuius causa est vti dicit humiditatum abundantia:& multoties prouenit:vt dicit Alcoatim a lesione lacertorum mouentium palpebras.

IN CVRA ipsius est duplex regimen vniuersale & particulare.

¶Vniuersale de dieta & euacuatione dictum est supra in apostematum tractatu.

¶Particulare regimen.In recenti confert vt dicit Iesus vngere palpebras cum hoc quod desiccat & constringit sicut memitha aloe crocus acatia mirta & aqua sua.

¶In antiqua vero aut in recenti:si illud nõ proficit operandum est secundum Alcoatim vno de quatuor modis.

¶Primus modus est cum incisione pellis pal.ad formã folii mirti in tanta quantitate quod sufficienter sit eleuata:& fit quod cum digitis eleuetur & capiatur pellis & infigantur cum acubus tria fila vnius palmi: aut cum hammo triplicato cum quibus eleuetur pellis ad suffi-

cientiam:& tūc cum forpicibus incidatur & statim sua tur. deinde cum. pul. ru. & albumine oui:& ligatura sutu ra conseruetur:& vt cetera vulnera cum dyapalma cu= retur.

¶ Secundo modo ꝙ cū duabus virgis gracilibus ferreis aut ligneis capiatur illa pellis:& cum bono filo in capiti bus stricte ligetur & sic ligatum dimittat quousqꝫ pellis mortificetur & cadat.

¶ Tertio modo ꝙ ſm formam & q̄titatem dictam pal pebra cū cauterio actuali curuo cauterizetur & post cō solidetur:quia in cicatrizando decurtatur.

¶ Quarto ꝙ idem fiat cum cauterio potētiali posito in charta bōbicina ad formam folij mirti supra palpebrā: & teneatur cum digitis tanto tpe quousqꝫ eger sentiat caliditatem & mordicationem caustici:deinde eleuetur & cum butyro arsura sedetur & moueatur & postea vt alia curetur.

¶ De abbreuiatione & reuersatione palpe= brarum

REVERSATIO palpebrarum est earum separa tio taliter ꝙ oculum cooperire nequeunt. Et est similis oculo leporis:vt Haliab. dicit:& in ea includitur gesse q̄ ſm Aui. est palpitationis difficultas. Et fit naturaliter ex defectu materie:aut accidentaliter ex mala palpebra rum suitione & consolidatione:aut ex spasmo lacertorū aut ex carnositate generata infra ipsas.

IN CVRATIONE duplex est regimen.

¶ Vniuersale de dieta & purgatione varia ſm causas a quibus fit.

¶ Particulare si fuerit ex siccitate oportet humectare pal= pebram vt dicit Iesus cum oleo & balneo & muscillagi= ne fenugreci facta cū lacte & adeps galline in hoc experta:vt dicit Auic. Si autem non valet oportet vt dicit Al= coatim incidere palpebrā & extēdere eā & ponere in fi= xura lichinia tenentia plagam apertam taliter ꝙ re gene= retur caro & pellis quantum sufficiebat.

¶Si vero prouenerit a carne superflua precipit Iesus eā consumere cum pulueribus corrosiuis: vt est sief viride: & id genus. Nonnulli vero carnem illam consumunt cū cauterio ignito subtili: quod satis laudo. Dūtaxat ꝙ oculus ex cauterio nō ledatur. Et si non prosperatur oportet vt dicit suspendere eam cum duobus aut tribus vncinis aut cum filo immisso cum acubus & eleuare eam & scindere cum spatumine: aut forpicibus vsquequo sufficiat & terge sanguinem cum cotone & panno. Et post incisionem vt locus nō incarnetur ponatur aqua cimini masticati vt dicit Halia. & supra oculum albumē oui. & vltimo curetur cum sief rubeo dicto in scabie: aut cū pul. citri. dicto in obtalmia. Caueat tñ in excoriando & incidendo a cartilagine; nam male consolidationis est.

¶De inuiscatione palpebrarum.

INVISCATIO palpebrarum est duplex: quedā fit cum tunicis oculorum. alia palpebrarū inter se. que quidem inuiscatio prouenit ex incisione vngule vel sebel seu carnis superflue vel ex fricatione & rasura scabiei & incisione pilorum quando oculus ligatur & non mouetur: aut quādo ponitur post operationem aliquod medium vel aliquod acutum vt sal & ciminum & huiusmodi.

CVIVS cura est ſm Iesum vt aperta aliqua parte immittatur stilus sub palpebra & eleuetur & excoriet cum stilo aut pēna totaliter. Cauendo tñ a cornea; quia ex ruptura ipsius causaretur exitus & eleuatio vuee: & distilla in oculo aquam cimini & salis; aut interponat pannū vt Alcoatim: & desuper pone cotonē madefactum cū albumine oui & oleo ro. Et post diem tertium cum sief viridi; & post cum rubeo & puluere citrino curetur.

¶De pilis additis infra oculum inuersis.

NASCVNTVR PILI supflui in interiori margine palpebrarum pungentes & lędētes oculū ex multi

tutine humiditatis putrefacte.¶ Quorũ cura duplex habet regimẽ de dieta & purgatione vniuersale vt sepe dictum est.¶ Et particulare quod vno de sex modis completur.¶ Primus est ꝙ euellantur cum digitis:aut cum pincecarolis.Et post liniatur cum sanguine ranarũ vel limatura ferri cocta cum aceto.¶ Secundus modus est ꝙ ipsis euulsis fricando locum:& materia desiccetur cum sief de vitriolo per Iesum dictato vtile pilis additis sulac scabiei vngule sebel albugini & vstioni quod.℞.gũmi ara.dragaganti aloes succotrini viridis eris arsenici rub. colcotar eris cõbusti trium piperum sedẽg amidi rubee tinctorum battitura eris cõbusti añ.ʒ.ij.sanguinis drag. acatie.añ ʒ.j.ß.thucie spice licij galle combuste añ.ʒ.j.cathine argenti ceruse myrrhe añ.ʒ.j.sarcocolle armoniaci añ.ʒ.iij.dissoluatur armoniacum cum aqua ruthe & succo pomi citri & alia bene puluerizata misceãtur:& fiant sief.¶ Tertius modus est ꝙ ipsis euulsis & palpebra inuersata locus pilorum cum cauterio subtili:cuius caput sit curuum cauterizetur.Et post supra oculũ albumẽ oui cum oleo roſ.mixtum cum plagella cotonis apponatur.¶ Quartus modus est ꝙ conuertantur ad exteriora per istum modum imponatur acus subtilis per radicem pili ab interiori ad exterius & pilus ponaẽ in foramine acus:& cum acu extrahatur:aut accipiãtur duo capita pili mulieris vel fili serici subtilis & in foramine acus ponantur & trahãtur extra vsqueq̃ faciãt ansam & in illa ansa ponãtur pili:& extrahatur ansa:& pili cũ ea:& toties est reiterãdum quousq; oẽs sint reducti:sed non per idem foramẽ:quia nimis esset amplũ:& nõ posset retinere pilum.Et post est bonũ cũ visco eos inuiscare vt non possint redire.¶ Quintus modus est vt pili innaturales & curuati ducanẽ ad naturales:& cũ visco de mastice thure & aloe sarcocolla & dragaganto dissolutis cũ albumine oui cũ eis inuiscenẽ & vnianẽ.¶ Sextus modus est ꝙ palpebra abbreuieẽ ꝟm doctrinam datã in capitulo relaxationis.

¶ De casu pilorum albedine & pediculis.

CASVS PILORVM est duplex q̃dã est simplex

& est de genere alopitie. Alter est cum inflatiõe & quadam vlceratione: & est de genere scabiei. De primo satis dictum est in alopitia. De secundo in scabie salatina. Verum Iesus & Alcoatim conuenerunt ꝙ medicamen factum ex partibus tribus ossium dactilorum combustorum & partibus duabus spice tritis & mollitis cum stilo apposito est conueniens valde. Et ex eis que ex parte sunt apud Aui. est vt teratur spina nigra & antimoniũ & administretur cum radio.

¶ Denigrãtur pili ẜm Iesum sicut de canitie capitis fuit dictum appropriatur tñ per ipsum inũctio cum oleo aut pinguedine anseris in plumbo fortiter fricato.

PEDICVLI CVRANTVR etiam vt dictũ est supra. Verũtamen appropriant eis ablutionem cum aqua maris & salsis & sulfureis: & linitionem cũ medicamine facto ex alumine & staphisagria & aloe incorporatis cum oleo & aceto squillitico.

¶ De duritie lupia ordeolo grauedine sulac & xeruac.

ISTA SVNT DE GENERE glãdularũ & tumorũ phlegmaticorum induratorum. Et habẽt causas signa & quodammodo curam: sicut dictum est in capitulo glãdularum & lupiarum: debent autem attẽtari si poterunt mollificari & resolui cum fomẽtatione aque calide & emplatione cum dyaquilone: aut cũ opoponaco serapino armoniaco dissolutis cum aceto vt dicit Iesus.

¶ Et si nõ possunt resolui in paruis post fricationem cũ spatumine permittatur aliquantulum sanguinare post desicca & cura.

¶ Et si non possunt resolui videatur ad quam partẽ magis declinat interiorem: aut exteriorem: & tũc elongent quantum erit possibile ab ara pilorum: quia male cõsolidationis est. Et incidatur ẜm rugas & latitudinem oculi a lachrymali ad lachrymale quantum erit necesse ad extrahendum & excorient ipsa: & extrahant integre: si est possibile: & suat si necessaria & vtilis sit futura. Et si aliq dermaneat consumat & mũdificet cum vnguento apostolorum

aut puluere affodillorum. Et desuper albumen oui apponatur: & pul. rub. si fuerit necessarius. Et post cum dyapalma: aut consimili consolidetur.

¶ De mora & veruca palpebrarum.

SVNT enim iste excrescentie pendentes extra cutē maxime illachrymalem: vt dicit Beneuenutus. Et quando sunt dure dicūt de genere verucarū: qn̄ vero molles & sanguinolente sunt de genere ficuum & emorroydarum moralium.

CVRA AVTEM istorum est sicut illorum cum ligatura & incisione & cauterisatione custodiendo semꝑ oculū ab acuitate medicaminū. ¶ De apostematibꝰ fistulis & vlceribus lachrymalium & de carnositate excedente & diminuta aqua fit lachrymarum continuus fluxus satis dictum est supra.

¶ De ægritudinibus coniunctiue que 13. numerantur. & primo de vngula.

QVIA de multis ægritudinibus coniunctiue vt de obtalmia & vulneribus & tarfe dictum est supra in apostematum tractatu. Et de quibusdam alijs ægritudinibus palpebrarum non dicetur hic nisi de vngula & sebel que sunt magis proprie passiones ipsius coniunctiue. ¶ Vngula secundum intentionem Aui. est excrescētia quedā pannicularis procedens a lachrymali super cōiunctiuam vsq; ad corneam & pupillam. Veruntamen plurimum oritur a lachrymali domestico a parte nasi: aliquando a siluestrini: aliquando sed raro ab inferiori: aut superiori parte. Et secundum hoc sunt quatuor species earum vt ponit Acanamosalus de baldac Alcoatiꝫ vero ponit duas: carnosam videlicet & neruosam. Alb. cum neruosa q̄ est similis sifac subtili numerat adiposam que proprie est de genere macularū: que quidē est alba similis humiditati albe vel vini: vt dicetur infra: in qua non capitur vncus sed abscinditur dum tētatur eleuari. ¶ Et propter hoc dicebat Aui. quod vngule erant variorum colorum: quedam coloris citrini: aliquando rubei: aliqn̄ fusci vergentis ad albedinē supple. Et cum hoc dicebat ꝙ quedam erāt recentes & lenes que velo-

citer denudantur & eleuantur ex qualibet suspensione; quedam antiquate & dure que non sunt facilis separationis.
CAVSAE vngularum secũdum Beneuenutum sunt humores phlegmatici grossi & viscosi a malo regimine generati.
SIGNA earum sunt satis manifesta per ea que dicta sunt. Verum differentia est secundum Iesum inter panniculum & coniunctiuam: quia panniculus suspenditur cum hãmo; cõiunctiua vero non separatur nec immergitur in ea hammus. Et inter carnem lachrymalem & vngulam est differentia; quia vngula vergit ad albedinem: caro vero ad rubedinem: vt etiam dicit Iesus.
¶ Iudicatur etiam per ipsum quod in eleuando vngulã nisi caute agatur est periculum de rumpendo membranam maxime corneam; & in incidendo tantum diminuere carnem lachrymalis quod lachryme fiant perpetue: & quod vena aperiatur & fluxus fiat difficilis vt dicit Acanamosalus. Ergo vt consulit Iesus oportet ꝙ caute eleuetur quantum salubriter potuerit eleuari & residuum cum medicinis consumatur paulatiue: quia nisi tota vel cum vno vel cũ alio eleuetur reiterabitur. ¶ Secundo vt dicit Iesus in curatione vngularum duo requiruntur regimina vniuersale & particulare. ¶ Vniuersale de dieta & purgatione fiat ẜm ꝙ dictum est in apostematibus frigidis & dicetur in catharacta. ¶ Regimen ꝑticulare completur in recentibus & lenibus mollificando & resoluendo & abstergendo; fiat ergo mollificatio cum vapore aut balneo aque calide vt dicit Aui. & abstersio cum collirio experto quod fit de ere vsto & calcadis: & felle hirci partes equales misceantur. & fiat collirium; & si cũ eo misceretur modicum mellis: esset melius. ¶ Ad eandem intentionem ponit Iesus sief rusteym vtile vngule sebel & scabiei vestigiis lachrymis & obscuritati. Cuius forma ℞. sedeng loti eris vsti cachimie argenti salis indi baurac eris viridis piperis longi añ. ʒ. iiij. piperis albi & nigri spume maris añ ʒ. viij. aloe succotrini spice nardi gare añ. ʒ. iiij. & ß. zinzi belliricí. añ. ʒ.

ij.numerus medicinarum.Ia.terantur & cribellentur & mollificantur:& fiant sief.cum vino & aqua feniculi.¶Et ad eandem laudat Alcoatim sief viride dictũ in scabie & sief de vitriolo in pilis additis.
¶In duris vero & antiquatis ß Aui. est melior cura denudatio vel eleuatioseu separatio: & ꝓprie quando est lenis denudationis & eleuationis.Nam que est alia pera ducit ad nocumentum vt ipse dicit:& modus est duorũ modorum ac trium qui vult maculam adiposam numerare inter vngulas vt fecit Albu.
¶Primus modus est cum ferro & est ßm Iesum ꝙ aperta palpebra non inuersetur suspendatur vngula per medium cum vnco:& extendatur superius:& si fuerit necessarium addere secundum & tertium vncum fiat & ipsa suspensa mittatur sub ea lancea aut pluma subtilis aut plana q̃ tutior est.Et si est necesse fiat in vngula foramen a latere per quod ingrediatur pluma:& cum ea excorietur & separetur leuiter & ingeniose. Et post incidatur cum forpicibus cauendo membranam: & ꝓprie corneam vt dictum est & carnem lachrymalis.Deinde distilletur in oculo sal & ciminum madefactum vt non incarnetur:& super oculum ponatur albumen oui cum pauco oleo vt oculus non apostemetur:& patiens incitetur vt oculum moueat vt nõ inuiscetur:& sic per tres dies bis aut plus remutetur. Post autem curetur quod remansit cum sief supra dictis & clarificatiuis medicinis que dicentur in maculis.
¶Secundus modus est cum pilo de cauda equi: aut cũ serico:& est ßm Albu.& Aui.qui etiam modum ponũt predictum quem modum de pilo acceptat Haliab. & Alcoatim & Brunus.Et est quod aperta palpebra & eleuata vngula cum vncino pauce plicationis vel cum filo in medio eius cum acu imposito & ligato imponatur non per idem foramen:sed per aliud aliquantulum subtus punctum fili ligati inter vngulam & membranam quia aliter laberetur vngula a ligamento.Imponatur in quam pilus:aut seta cum acu subtili modicum incuruata.Et postea capiendo pilum aut setam per duo capita

excorietur vngula subtiliter primo versus pupillã deinde versus lachrymale; & post vt dictum est cum forpicibus incidatur vt dictum in primo modo procedatur.
¶ Tertius modus est cũ rasorijs: & est Albucra. proprius in vngula adiposa acceptatus a multis in rasione macularum vt in eis infra dicetur. ¶ Quomodo autem caro in lachrymali & super cõiunctiuam generata remoueatur iam dictum est in palpebra supra.

¶ De sebel.

SEBEL ſm Aui. est panniculus accidens in oculo ex inflatione venarum eius apparentium in superficie coniunctiue & cornee. Et inter texturam ipsarum est apparentia: sicut nebula fumosa: & est cum pruritu lachrymis vlceribus & palpebre grossitudine & scabiositate ac etiam lucis offensione & est vt dicit ipse Aui. duorũ modorum: quidam qui venit per venas interiores: quidam per exteriores. Cuius causa est capitis repletio & debilitas oculi vt etiam dicit.
SIGNIFICATVR sebel per descriptionem datam: sed eius materia designatur & modus per ea que dicta sunt in obtalmia. Quando enim dicit Iesus apparent in oculo & circunferentijs vene grosse & rub. dolor in fronte & supercilijs: & videtur quodãmodo pannus incorporatus cum palpebra: tunc significatur quod venit ab exterioribus. Quando autem vene & circunferentie non sunt ita rubee & adest sternutatio continua & proprie quando videt solem: aut lumen: & dolorem in profundo cum pulsatione sentit tunc significatur ꝙ venit ab interioribus.
IVDICATVR per Raſ. vt dictum est in scabie ꝙ sebel & scabies graues & mansibiles passiones sunt & vix curabiles.
¶ Et per Auicen. dicitur quod sebel est ex ægritudinibus hereditarijs que hereditantur & de vno ad alium permutantur. ¶ Iudicatur etiam per ipsum quod plerũque accidit in sebel quod pupille minorantur & visus de

bilitatur:& ꝙ omne quod supponitur in eo infert estuationem & nocumentum.
IN CVRATIONE sebel duplex est regimẽ vniuersale & particulare.
¶ Vniuersale de dieta & purgatione & diuersione materie: dictum est in obtalmia & in vlcerib⁹ oculorum in scabie & lachrymis: ad que capitula oportet recurrere pro subsidio istius cure.
¶ Particulare completur sicut dictum est de vngula excepto ꝙ q̃tum ad medicinas Aui. Alcoatim & Azaramus commendant tanq̃ expertum alcofol factũ ex corticibus ouorum recẽtium gallinarum.x.diebus in aceto temperatorum:& postea in vmbra desiccatorum & tritorum & cribratorum vt fiat alcofol.
¶ Ad eandem intentionem laudauerunt cẽs sief ru.viri de rusteym & sief de vitriolo dicta superius. Et pul.basiliconis vtilis sebel & vngule scabiei & lachrymis. Cui⁹ formam ꝑm Iesum. ℞. piperis zinzi. mirabo. citrinorum indorum remotis ossibus añ.ʒ.v.aloen succotri.ʒ.j.& ꝑ. spume maris.ʒ.vj.minij.ʒ.v.casie lignee gar.añ.ʒ.iiij.salis armoniaci.ʒ j.medicine terantur & cribrentur & vtantur.
¶ De ægritudinibus cornee que.x.numerant̃. Et primo agetur de maculis.
AEGRITVDINES cornee etiam multe sunt:verum de aliquibus dictum est supra vt de sanie retro corneam de bothoribus vlceribus rupturis. De maculis aũt & catharactis hic dicetur.
¶ Intelligendum tamẽ quod macula quam Iesus vocat bothor est quodammodo genus ad vestigium seu cicatricem punctum albulam & nebulam pãnum telam seu petiam quam vocat vngulam adyposam. Et Beneuenutus flosculum niuis squamam seu lẽticulam aut parlam parum differentes: nisi ꝑm magis & minus. Sunt eñ etiã albedines quedam sine concauatione & notabili eleuatiõe in cornea generate. Que quidẽ macule aliquoties supra pupillã exeũt & tunc nocent visui. Aliquoties in circuitu cornee:& tũc non multũ nocent;& q̃dã earũ sunt

ſubtiles que non tranſeunt ſuperficiem cornee: quedam vero ſunt groſſe que primum aut ſecundum corticē trāſeunt & quedam ſunt plane: & quedam quodāmodo eleuate & bothorate: ac ſi in eis eſſet aliqua materia indurata & infiltrata.

CAVSAE earum ſunt primitiue vt apa vulnus & percuſſio frigus calor exceſſiuus. Antecedentes ſunt humores groſſi in oculum deſcendentes. Coniuncta vero cauſa ipſarum eſt materia in loco inuiſcata & indurata: aut cicatrix que poſt conſolidationem vlceris in loco remanſit. Ex quibus apparet quod due ſunt ſpecies iſtarum macularum: vna petialis & telaris: alia cicatrizalis.

SIGNA macularum ſunt manifeſta ex preſentia ſingularium: quia macule ſunt extra ad differentiam catharactarū ſaniei & albedinis criſtalline que ſunt retro corneam albe ſine concauatione ad differentiam vlcerum que ſunt alba cum concauatione. Nam ſicut ſuperius dictum eſt de vlceribus oculorum vlcera cornee ſunt alba coniunctiue rubea. Et etiam ſunt ſine eleuatione notabili ad differētiam bothorum alborum qui ſunt eleuati & notabiliter puſtulati.

¶ Signum quod materia deſcendit a cerebro eſt apertio quarūdam venarum que deſcendunt per coniunctiuam ad ipſam.

¶ Signum aūt ꝙ ſit cicatrix, habetur per formā oblōgā & per vlcus & per ea que preceſſerunt.

¶ Iudicatur ꝙ macule cicatrizales vt in de vlceribus dictum eſt non poſſunt deleri: imo dum magis roduntꝰ magis poſtea augmentantur.

¶ Amplius macule antique & in prouectis: vt ponit Alcoatim: & que corruperunt ſubſtantiam cornee nō curātur. Membrum enim ſpermaticum & corruptum nō generatur homogenie: ſed etherogenie & per alienā ſubſtātiam: vt etiam dictū fuit: decorari vero & tingi poſſunt vt dicetur.

IN CVRATIONE macularum duo ſunt regimina, ſ. vl̃e & particulare. ¶ Vl̃e de dieta & purgatiōe fiet ſm quod dictū eſt in apatibus frigidis: & diceꝛ ſtatim in

catharactis:

catharactis:nō obstante ꝙ Iesus dicit ꝙ purgatio in maculis non habet locum nec necessitatem nisi oculus calefieret ꝙ leuiter cōtingit in maculis venatis quarum materia a cerebro descendit.

¶Particulare regimen in ea que recens est & subtilis cōpletur lambendo & abstergendo cum lingua vt faciunt mulieres. Aut ſm Aui. & Alcoatim vt oculus suffumigetur cum aqua ca℞a & vtatur balneo & collirizetur oculus cum aqua papaueris rubei & centauree minoris mixtis cum melle. Et succus lingue passerine: quam Dyascorides vocat poligoniam. & vulgus hirūdinariā facit mirabilia in isto casu: vt Gordonius testatur. Et puluis nabatinus quē Beneuenutꝰ facit de zucca. cādia aut caffatiua in hoc est pretiosus. Nam mollificat & abstergit absqꝫ dolore: & propter hoc vocatur clarificatiuus: & quando miscetur cum fumo ligni aloes est multum confortatiuus: & si cum eo misceatur spuma maris sarcocolla & stercus muris vt facit Ra. est magis abstersiuus. Et Iesus ponit cum eo cortices ouorum preparatorum: vt docet. Et illa rosa anglicana. ℞. ceruse lote partes duas floris eris partem. j. terantur contritione vltima: & ponantur in vase eneo mundo cum vino albo: & succo ruthe & celidonie & dimittatur per diem & noctē. deinde cum pāno distillando coletur & fiet aqua que in oculis ponatur: & tucia alexādrina cum camphora & modico de zinzi. pipere puluerizata & mixta ab Alcanamosis laudatur.

¶In macula vero grossa & antiqua si fuerit vanosa cōsulitur ꝙ premissis vniuersalibus colligantur ille vene: & super coniunctiuam incidantur: & reliqua fiant que dicta sunt in eleuatione vngule. Et postea etiā alie grosse in quibus non sunt vene fortioribus indigēt medicaminibus. Quare oportet ꝙ primitus mollificentur cū euaporatione decoctionis palee ordei viol. camomille mellilo ti maluarum & fenugreci. Et cum aqua decoctionis predicte oculus fomentetur: deinde absterge cū pul. isto ℞. ossis sepie. ℥. j. zinzib. al. ℥. ß. piperis. ℈. j. fiat puluis bene subtilis & supra maculā modicum cū proba lata ponat:

& clauso cum palpa digiti super pal. aliquantulū fricet. ¶ Et omnes medicine eradicantes vngulam sebel & scabiem sunt maculis cōuenientes. Et propter hoc dicebat Iesus quod intentio tua sit quando volueris eradicare albedinē & bothor ꝙ post egressum balnei vtaris sief viridi dicto in scabie: & post hoc confectione muscati. Cuius forma minoris. ℞. stercoris lacerti. ʒ. iij. nitri. ʒ. v. spume elgagner corticis oui strucij. aā. ʒ. iij. margaritarū nō perforatarum tucie coralli. aā. ʒ. ij. & ß. viridis eris. ʒ. j. vsnee. ʒ ß. musci gra. ij. summa medicinarū. x. terat. & vtatur. ¶ Ad eandem intentionem cōueniunt Ras. & Aui. & azaram in confectione de massacumia & eā acceptat Lanfran. pretiosam super alias. Cuius forma ſm hebem Mes. ℞ massacumie: & est vitrum male coctum ſm Dinum: loco cuius accipitur rascatura viridis vasorū vltramarinorum stercoris lacerti spume maris baurach zuccari tabarzet aā. partes equales terantur subtilissime & ponantur in vna lib. aque decoctionis feniculi celidonie achori. aā. ℥. j. tantum decoque quousq; redeat ad. ℥. iij. conterant insimul & cōterēdo exsiccent. & fiat alcofol & vtatur. ¶ Et si in macula fuerit tumefactio & aliqua materia inclusa: tunc in ea cōferūt medicine q̄ resoluunt bothores & saniē retro corneam: de quibus fuit dictū supra. Et medicine q̄ sunt ad catharactas: & in hoc habet prerogatiuā balsamus: & si cū hoc ponat puluis auri triti facit cōsiliū Alcoatim in antidotario suo. Et fimus hirūdinū cōfectus cū melle est in hoc certus: vt dicit Azaramus & Iesus idem cōcessit. ¶ Et si macula est adiposa & venalis cōfert radere ipsam cū rasorio vice post vicē: vt docet Alb. ī capitulo vngulaꝝ: & est ꝙ aperta palpebra accipias spatumē subtile: & rade cū eo vngulā vel maculā illā cū subtilitate: deinde appone collíria abstergētia & sedantia supradicta. Et toties reitera operationē super illud donec remoueat totum eius nisi cōtrariū sit in oculo dolor aut apa. Et tūc primo curent illa: & post reiteret operatio donec sanet. ¶ In casu aūt in quo predicta non conferunt consulitur decoratio & tinctura per magistros. Ad quod Iesus commendat lac asinarum.

Et istud alcofol. ℞. gallarum acatie an. partē. j. calcanti partem ß. fiat alcofol. Et ad idē florum malorum granatorum calcadis acatie gummi arab an. ʒ j. gallarum ʒ. ij. antimonij ʒ. iij. terantur & fiat sief. cum succo florū papaueris.

De catharactis & gutta serena.

CATHARACTA est quedā macula pannicularis infra oculum corā pupilla que visum prohibet ex humiditate extranea descendente in oculū diuturnitate tēporis frigiditate oculi congelata. Que quidē humiditas quia aliquando descendit de humoribus ipsius oculi maxime albugineo vt innuebatur in quarto de ægritudine & sintho. dicitur fieri de causa priuata. aliqñ vero descēdit de stomacho & cerebro in forma fumi seu vaporis: & post infra oculū in aquam cōuertitur. dicitur in quarto interiorum fieri de cā cōicata. Vtrum aūt ista humiditas congregetur inter corneam & vueā: vt probat Iesus: vel inter albugineū & cristallinum: vt innuebat G. 4. vtilitatū non curo determinare ad presens. Intelligēdum tñ q catharacta ſm sua tempora tria sortitur noīa q̃tum ad sui principiū dicitur imaginatio seu fantasia & quia facit apparere in aere diuersas res que non sunt. Quantum ad suum medium dicitur suffusio & aqua descendens & quodāmodo gutta: eo quia videtur infra pupillam vt nebula aquosa. Quantum ad sui finem dicitur catharacta: quia prohibet visum vt catharacta molendini: & catharacta celi prohibet solem.

Ipsa etenim catharacta secundum G. vbi supra prout dicit etiam Auicē. diuersificatur quandoq; in quantitate: quandoq; in substātia: quandoq; vero in qualitate ſm quantitatē vero: quia quandoq; est ita magna q occupat totam pupillam: & prohibet totum visum. qñq; vero non occupat nisi partem: & tunc res videntur diuersarum formarum lunares fenestrate oblonge & id genus. In substantia vero sumit diuersitatem: quia quādoq; est subtilis & mobilis: & tūc videt̄ res obūbrate:

ac si pannus esset super oculum. Et aliquando videntur res similes chordis pilis muscis & radijs descendentibus & ascendentibus & lacerantibus secundum quod materia mouetur: quandoque vero est ita grossa: quod forme rerum non apprehenduntur. In qualitate etiam diuersificantur: quia quandoque est cineritia: quandoque celestina: quandoque alba: quandoque citrina: quandoque nigra: & ferena. Aui. vero ponit sex varietates colorum chataractarum: quia diuidit albam in margaritalem & gipsealem. Beneuenutus septem quia addit viridalem. Alcoatim ponit decem: quia addit rubealem & argentinam & vitrealem. Iesus ponit duodecim: quia addit similem argẽto viuo & liuidam. Acanamosis non ponit nisi quatuor humores.

CAVSAE ISTARVM catharactarum quedã sunt primitiue vt casus & percussio: febris: dolor capitis: frigiditas nimia. & oculi debilitas. Quedam sunt antecedentes sicut mali fumi vaporosi a malis humoribus & grossis cibis & male digestis eleuati. Quedam vero cõiuncte: & iste sunt materie existentes in oculo.

SIGNA catharactarum cõfirmatarum satis sunt manifesta ex dicta descriptione. Distinguitur tamen catharacta a gutta serena: quia in catharacta videtur macula infra pupillam & apprehenditur & ideo dicitur serena: vel enim spiritus visibilis non venit propter oppilationem nerui opitici: vt in quarto dicitur interiorũ. vel si venit catharacta est nigra: & non apprehenditur vt Beneuenutus testatur. ¶ Signa vero catharactarum nõ cõfirmatarum sunt conturbatio pupille: minoratio visus & apprehensio idolorum & fantasiarum dictarum in aere. ¶ Signa vero distinctiua propter causam priuatã habentur in quarto interiorum. & sunt tria in summa. ¶ Primum quidem quia imagines que in cachochimia ventris oculi fiunt vtrisque equaliter contingunt: que vero propter causam oculi in altero solo. Secundo vero secundũ tempus. Si enim trium vel quatuor mensium aut ampliorum steterit, & nihil appareat nebulosum in oculo a ventre procedit. Si vero apparuerit nebulosum ab

oculis venit. tertio ꝑpter periodum. Si continuatur fantasia: sed aliquando interpolatur maxime post bonas digestiones & assumptionem ẏeraıũ: & sentiunt hora aduentus mordicationem in stomacho a ventre procedit si vero non interpolatur neqꝫ per bonum regimen: neqꝫ per euacuationes non ẜm compassionem: sed ẜm dispositionem propriam scire oportet hec contingentia in oculis. Et ad hoc adducit testimonia quorũdam quos curauit per literas in alijs regionibus. ¶ Signa quãdo venit post cerebrum infectum & turbidum sunt febres frenetice stomachi dolores fortes in capite & lesiones operationes imogenitarum: vt Gal. ibidem & in tertio de ægritudine & sinthomate declarat per exempla. Iudicatur quod gutta serena non curatur: quia est oppilatio nerui: aut materia mala. & inepta ad operandum.

¶ Iudicatur ꝙ catharacta que non dilatatur clauso alio oculo per aliquam fricationẽ & cõpressionẽ: neqꝫ sufflationẽ aliquã & nihil videt est nimis dura & antiquata: quare nõ ẽ subijcibilis acui: neqꝫ põt deponi bene. Et si deponitur statim reuertitur & reascendit.

¶ Iudicatur ꝙ catharacta que cum dilatatur per fricationem non constringitur sed remanet sparsa. Et vidit adhuc formas rerum & non transiuit tres aut quatuor aut quinqꝫ annos sicut dicit Acanamosis est nimis tenera⁹ & non est cõfirmata. Et ideo non est subijcibilis acui neqꝫ operanda: quia non posset duci cum instrumento. Instrumẽtũ eñ trãsiret ꝑ eã sicut ꝑ aquã nõ bñ gelatã. ¶ Iudicatur quod catharacta que est boni coloris aerei vel celestini cum quadam albedine reducitur ad formã suam qñ dilatatur: & videt aliquã claritatẽ vel translucentiã est mediocris & satis confirmata: quare est obediens & subijcibilis ad operandum. ¶ Iudicatur etiã ꝙ catharacta cuius pupilla per fricationem neqꝫ per sufflationem: neqꝫ per alterius oculi clausionẽ nõ dilatatur nõ est acceptabilis: quia est cum oppilatione nerui optici: & posito quod deponeretur non videret aliquid. ¶ Iudicatur ꝑ Beneuenutũ ꝙ chataracta nigra serenata & citrina & cui⁹ pupilla est tota dilatata nõ est laudabilis.

¶ Iudicatur per Alcoatim ꝙ catharacta q̄ fuerit in homine habēte oculos malos: aut habēte dolorē in capite: aut in oculis vł tussiꝫ veł sternutationē vel reuma vel vomitū aut aliquā infirmitatē molestā non est operāda quia periculum est de cōmotione accidētis & reditione catharacte. ¶ Iudicatur etiā per Iesum & Alcoatim ꝙ catharacta que fuerit a casu & percussione non est laudabilis quia humores oculorum sunt transfusi & resoluti. Et ideo post depositionem parum aut nihil vidēt. ¶ Non secures te in opere catharactarū: quia medicine in eis parū proficiunt & operatio cum acu est satis deludosa: precipue quando nō est bene indicata. Propter primum dicit Gał. in quarto meamir. ꝙ promissiones omnium ipsarum medicinarum sunt magne: operatio vero ipsarum aliq̄n quidē nulla: aliq̄n valde parua: propter hunc sermonē omnes valentes viri operationē cū ferro cursoribus dimiserunt ¶ Iudicatur tn̄ p Aui. ꝙ q̄n succurritur aque in principio sui confert in ea regimen: & hoc probat per hoc quod vidit in quodam homine de his qui habent memoriā & intellectū: q curauit seipsuꝫ cum euacuationibus & abstinentia & administratione colliriorum subtiliantium & resoluentiū: quando auteꝫ est confirmata non est conueniens vt dicit nisi cura cū instrumento.

¶ Tempus cōgruum ad deponendū catharactas debet esse clarum serenū quietum septētrionale non meridionale: vt dicit Iesus hora tertia mensis maij vel septembris: vt dicit Acanamosis: eo quia tunc non sunt nubes: neq̧ tonitrua: neq̧ caliditates: neq̧ frigiditates: intense que ledant patientes.

¶ Instrumentum cum quo deponitur catharacta arabice dicitur elmadac. latine acus. Et debent esse mediocriter subtiles & longe extra manubriū ad longitudinem vngule pollicis: & manubrium debet esse leue aptum ad tenendū. Et licet Beneuenutus eos eligat de argento & Acanamosis de auro. plus mihi placent de bono ferro tractabili & non frangibili.

IN CVRATIONE catharactarū duo sunt regi-

mina. vniuersale videlicet & particulare.
¶ Vniuersale regimē habet dietā & euacuationē: dieta aūt ipsorū est duplex: vna ante confirmationē: alia post cōfirmationē & operationē cum ferro. Ante aūt confirmationē si quis vult eā curare cū medicinis: oportet ꝙ teneat bonam dietā & bonum regimē in sex rebus nō naturalibus & tribus nō necessariis q̄ sui generalitate sunt illis annexe declinantes ad caliditatē & siccitatem cum subtiliatione: vt est aer cibus & potus inanitio & repletio: somnus & vigilia: motus & quies: & anime accidētia obuiatio rerū ab extra balneatio & ad solē: & ad lunam statio: hec em̄ sunt res a quibus est impossibile hominem egredi in toto tempore vite sue. Verum quia de ordinatione istarum rerum q̄tum ad istū casum p̄cipue q̄tum ad cibaria Gal. fecit libellum specialē de subtiliāti dieta vocata. Et magister Arnoldus etiā fecit de hoc tractatū. Et ego pro illustri Ioanne rege boemie: & hoc domini phisici in hoc sunt vocandi. Et satis dictum est de hoc in apatibus frigidis de exquisita ordinatione supersedeo quantum est de presenti.
¶ In summa tñ dico quod est cauēdum a cibariis que in se istas tres aggregāt ꝓprietates. Quarū prima est humorositatem & crudelitatē vt sanguis generatus ab eis nō sit phlegmaticus. Secunda grossitiem & vaporositatem vt nō offendat stomachū neq̄ caput. Tertia est constrictionem, imo laxent ventrem vt materiam vice post vicem nō cōtinuent. Et propter hoc frigidus & humidus aer & panis crud⁹ & azimus & legumina caules caseus fructus carnes grosse & viscose & pinguedo. Insuper pisces & potus aqueus turbulētus crapula & indigestio a cōitate medicorum inhibētur. Rasis tñ in speciali dicit quod in acuta quoq̄ sicut cepe & allia sinapis & eruca atq̄ porri nocumētū capiti adducūt: & oculos obscurāt ꝓpter caliditatē quā habēt vaporosam vt Auenzoar dicit. ¶ Iuuāt aūt tale abstinentia maxime serotina sobrietas in potu & vsus feniculi: de quo dicit Democritus: vt Aui. testatur quod reptilia venenosa cecata in terra tpe hyemali dum egrediuntur de cauernis in vere comedūt

& fricant oculos cum ea: & recuperant visum.

¶ Et comestio herbe adi. quam credo eufragiam in hoc mirabile dat iuuamentum vt dicit heben Mesue & brodium rapparum in quo columbi ablatis capitibus sint decocti laudantur ab Auẽzoar experta. & epar hircinũ assatum comestum & liquor collirizatus valet ĩ noctilupa q̃ ex humiditate vicinante isti casui vt in meamir. & vndecimo medicinarum dicebat G. Et si lardat̃ cum pipere longo & sale nitro melioratur eius effectus ƥm Aui. Et exercitare oculos in legendo literas non subtiles & in respiciendo quid de picturis proficit & corroborat visum: vt dicit Rasis. Et submergere oculos apertos in aqua decoctionis croci confert vt dicit Auenzoar. & ꝓbatum est miro modo. & sicut Aui. apertis oculis ingredi & submergi in aquam claram viridẽ: & stare per horam in visus confortatione laudat proprie in iuuentute & æstiuo supple tpe. Ita ego in disgregatiõe aque idem dũtaxat ꝙ aqua non sit frigida: & sit in vase viridi: aut citrino: & inspicere fortiter in oculis asini siluestris disgregat aquam vt dicit Auẽzoar. & speculum de calibe laudant ad hoc perspectiui. Et magister Arnoldus dicit ꝙ herbarum viriditas: aquarum paruietas: gẽmarum pretiositas intuitum refocillant: & per consequens aquam digerunt & resoluunt. & fricatio pedum & lotio capitis atq̧ pectinatio materias ab oculis & a capite euacuant & diuertunt: vt idem dicit. & frequens inspiratio pueri qui semẽ feniculi: aut aliquod acutũ masticauerit in oculis aquam digerit & consumit: vt docet experientia manifesta.

¶ Vsus vero seminum subtiliantium aquam consumit & dispergit. Et ideo drageta consulebatur per thadeum de semine feniculi anisi ameos sileris montani zinzi. cubebarum ga. piperis lõgi nucis mũs. radicis celidonie eufragie ruthe betonice: hasceregie: & id genus Et de his potest fieri puluis aut electuariũ: & vti mane & sero modicum sine potu.

¶ Euacuatio aũt fiat predigesta materia cũ aliquo cõueniẽti & approximato cũ yera pigra: aut pillulis cochijs

siue aureis. Deinde purgetur caput cum pillulis dyaca= storeis dissoluta vna cum succo maiorane: & hoc est q̄ Aui. dicebat. In precedentibus vero aquam oportet vt incipias & corpus mūdifices; & proprie solum. Deinde venias ad mundificandum caput cum gargarismis & caputpurgijs & masticationib⁹. Et oportet vt illud fiat frequenter valde ſm q̄ dicit. Nam scriptum est in oculis patiente a dyaria accipi bonum est.

¶ Regimen autem quod competit in catharacta confir= mata est q̄ in casu in quo erit suspitio q̄ non fuerit bene firma vtatur piscibus & cepis & allijs: & alijs rebus pro hibitis superius vt in ea addatur & firmior fiat: & hoc est etiam quod dicebat Aui. & quando voluntas adest vt fiat cura cum instrumento permittitur habenti aquā vt nutriatur piscibus recentibus & cibis humectatiuis deinde fiat cura.

¶ Sed regimē quod competit post depositionem catha= racte est quies silentium & obscuritas. Et iaceat in lecto capite eleuato & parum comedat; & que comedit sint mollia que nō indigeant masticatione: vt pulmēta: oua sorbilia: & aqua sit potus eius: vt dicit Iesus aut vinum acerbum vt Alcanamoſ.

¶ Particulare regimē in principio anteq̄ aqua sit cōge lata fiat cum medicinis subtiliatiuis incisiuis & cōsum= ptiuis. & incipiat primo ſm Aui. a lenitiuis sicut fenicu lus cum melle & oleo. & si oleū esset balsamus esset spes in illo & Gal. in meamir. & .14. terap. appropriat collirių de myrrha in quo recipitur libanotum galbanū crocus & similia.

¶ Et Raſ. commendat collirių de fellibus. ℞. fellis gruis accipitris aquile vel hirci vnum vel duo vel plura in va se eneo desiccatorum partes decem. colloquintide sera= pini euforbij. añ. partem. j. terantur: & cum aqua fenicu li & ruthe fiat collirium.

¶ Ad eandem intentionem dictat Iesus sief quod. ℞. fel lis vacce vnum numero. asse fetide. ʒ. j. balsami. ʒ. ß. dissol uātur in vase vitreo & permittatur desiccari. & fiāt sief. Et ad eandem intētionē valet sief burud de succo ruthe

& feniculi & basilicō. Et aqua magistri Petri hispani & oī italia q̄ visum acuūt & cōfortāt. ℭ Regimē aūt parti culare postq̄ catharacta est cōfirmata & bona: & subtī cibilis indicata est q̄ clisterizato patiēte & flebothoma to: si videt expedire & cōstrictis timporibus: & frōte cū aliquo emplō cōstrictiuo vt aliqua occasiōe nō moueā tur humores: neq̄ descēdāt ad oculos. Et ipso ieiuno exi stente & cōsolato sano oī alia passione priuato die pul chra in tertijs luna crescēte nō in ariete peragrāte: altero oculo ligato cōstituat in loco bene claro a parte lucis su per scānū bene firmatū equitando & retro ipsum sit bo nus minister q̄ teneat sibi caput bene firme. Et tunc ope rator postq̄ masticauerit semē feniculi vel allia vel ali quod acutū corā patiēte sedeat aliquātulū altius patiēte in eodē scāno tenēdo patiētis manus subt⁹ genua eiusdē patiētis. Et opator āplexet genua patiētis cū tybijs suis & tūc apiat patiētis ocul⁹ cū alia manu: opat em̄ dextrū oculū cū sinistra manu & sinistrū cū dextra: & apto ocu lo isufflet i eo ter vel q̄ter vt catharacta motū cū calore recipiat. Deīde pcipiat patiēti vt vertat oculū vers⁹ nasū & teneat ipm firmū. Et tūc i noīe dn̄i itromittat retornā do acū p mediū cōiūctiue deuiādo venulas ipsi⁹ īpingē do & perforādo intus quousq̄ pcipiat acū esse in vacuū & post vertat acum versus corneā: & qn̄ videbis acum intus per corneā impingat eā vsq̄ ad mediū pupille: & aliquātulum plus: & tūc quodāmodo plicando cathara ctā reponat & trāsponat eā inferius. Et hic tm̄ eā teneat cū acu q̄tū diceret pater noster ter: aut vnū miserere: & si chataracta resurgit toties eā cū acu capiat q̄ inferi⁹ re maneat. Cauēdo tn̄ de dilatatione vuee & tactu cristal lini. Et postq̄ bene firmata fuerit: & nō resurgit extrahe acū voluēdo sicut eā intromisisti: & tūc ad extollēdū ar tē tuā obūbrato oculo cū caputio suo ostēdēdo sibi signū solū semel & dicas qd est: & tūc deo bn̄dicto ponat sup oculū albumē oui cum cotone: & ligent ambo oculi vt vnus aliū nō moueat & qescat: & ducat caute ad ppin quū lectū & vt est dictū regat. Pria die nihil comecēdo & nō remutet vsq̄ ad crastinū vel ad tertiū diē: vt dicit

Iesus:& tũc remutetĩ vt prius:& sic bis ĩ die sine hoc q̃d aperiatur oculus remutetur vsq; ad nouem dies:& tunc clauso oculo suauiter cum aqua frigida paulatiue ad suas redeat operationes & si catharacta resurgeret post primam remutationẽ & sedationẽ laboris iterũ deponatur si est possibile per idem foramen.& per eundem modum.Iesus autem & Aui.eam transponere precipiunt inter corneam & vueam quod est mihi & Alcoatim & beneuenuto difficile.& aliqui ex græcorum antiquis vt recitant Albu.& Aui.faciendo foramen subtus corneã cum acu canulata eam suggendo extrahebant:quod nõ laudo.Quia forte cum acu egrederetur albugineus & esset error nouissimus peior priore.

¶ De ægritudinib⁹ aliarũ particularũ intrinsecarũ oculi ex quibus prouenit debilitatio & nocumẽtũ in visu.

DEBILITAS & nocumentũ in visu a particulis intrinsecis ꝓueuit vno modo a mala dispositione pupille:quia nimis ampla.& dicitur ab Aui.alintisar: q̃ semper est nociua:vt dicitur in quarto de ægritudine & sinthomate.Aut q̃n est nimis stricta:& dicitur cõstrictio q̃ a natiuitate laudatur:post vero vituperatur vt dicit ibidem.Secũdo ꝓuenit cã humoris albuginei: quia nimis grossus aut subtilis in substantia:aut alteratus in colore & hoc est causa multarũ fantasiarũ similiũ suffusionibus.Tertio cã cristallini propter easdẽ dispõnes aut ꝓpter ipsius transpõnez.Quarto causa vitrei:propter etiã easdẽ dispositiones. Quinto causa spiritus: quia multus & subtilis:& tunc longe subtilia videt & discernit: aut quia pauc⁹ & subtilis:& tũc discernit ꝓpe & nõ videt longe:aut quia grossus & multus & tunc longe videt: & male discernit. Aut quia paucus & grossus: & tunc neq; longe videt:neq; longe discernit:prout hec legunt in quarto de ægritudine & sinthomate: ex grossitie humorũ & spũum prouenit noctilupa: q̃ est male videre post solis occasum vt dicit Raſ.propter aũt subtilitatẽ & paucitatem alihahar que est videre de nocte & non de die vt dicit Aui.

¶ Sexto mõ ꝓuenit nocumẽtũ ꝓpter neruũ obticũ quia

est discrasiatus vel oppilatus.
ET CAVSA istarum dispositionum aliquoties est priuata in substantia particularum congesta. Aliquando cõicata a capite vel stomacho vel vapore toto. Et sunt vt plurimum repletionales que proueniunt a crapula in digestione & a cibarijs grossis & ventosis in catharacta specificatis: & a dormitione nimia: maxime post comestionē immediate & a dormitione capite inclinato & totus calciatus: & longa mora in tenebris & a vēto frigido fumo puluere & consimilibus. ¶ Aliquoties sunt inanitionales vt a nimia euacuatione & ventosatione retro collum a coitu labore fletu a longa ægritudine ab igne & nimia inspectione claritatis & solis & lune & ab vsu salis & piperis & fortium specierum: & id genus.
SIGNA DEBILITATIS sunt nota patienti sed ex quibus prouenit altioris est speculationis.
CVRATIO specialis & exquisita ad dominos physicos pertinet: quia in talibus non cadit operatio manualis. In genere tamen si debilitas prouenit propter res inanientes cõfortetur oculus cū quiete & ocio & cibis humectantibus & balneis & fomētationibus factis circa oculum cum aqua tepida & lacte: & si fuerit propter res replentes intēdatur ad dietam tenuem: & ad purgationes dictas in catharacta: & ad clarificandum oculos cū collirio de fellibus auium viuētium de rapina & balsamo. Nihilominus gratia doctrine ponam hic tria auxilia ad predictas tres intentiones complendas mihi multum cõsueta. ¶ Quorum primum est heben Mes. electuarium alasit.i.boni saporis educens superfluitates a toto corpore maxime a capite confortans visum: & omnes sensus retardās canitiem & iuuentutem conseruans. ℞. corticum mirabolanorum citri Kebulorum emblicorum puluerisatorum & cum oleo amigdalorum fricatorum & post desiccatorum: deinde cum aqua zuccarata tm̄ lauētur quousq; suam deposuerint amaritudinē añ.℥.j.turbith albi & mundati ℥.ß.masticis liquiritie zinzib. galange cinamomi ligni aloes gariofilorum piperis cube-

barum macis pilorum spice se.feniculi añ.ʒ.ß.zuccari tabarzet quartam ß.pinearum purgatarum ℥.ß.mellis antoracei despumati quod sufficit fiat electuarium de quo post mediam noctem semel aut bis in septimana detur ℥.ß.¶Secundum est confectio eiusdem addens in visu & conferens tenebrositati eius ℞.eufragie se ruthe añ ʒ.vij.& ß.siseleos calamenti pulegij zinzi.cubebarum nucis mus.añ.ʒ.v.cristalli margaritarum añ.ʒ.ij.scebrã masticis serpentis combusti añ.ʒ.j.& ß.croci ʒ.j.balsami grana v.panis zuccari quod sufficit: fiat electuariũ de quo detur quolibet mane ℥.ß.¶Tertium est collirium burud Ioannis heben Mesue & communitatis acuens & conseruans visum.℞.succi feniculi lib.ij.succi ruthe lib.j.vini malorum granatorum lib.ß.mellis quartam ß.piperis longi aloes succotrini salis armoniaci añ.ʒ.ij.tucie preparate ℥.j.misceantur puluerisata in phiala vitrea ad solem per tres menses abijciatur fex & conseruetur.¶Ad eandem intentionem sunt aqua feniculi ruthe celidonie eufragie verbene & aqua pretiosa magistri Petri hispani & consimilia.& si ista non valent:ad ocularios vitri aut berillorum est recurrendum.

¶Pars tertia de ægritudinibus aurium.

AEGRITVDINES aurium que paria nocumenta actioni auditiue faciunt sicut & ægritudines oculorum visiue:surditas videlicet &,grauedines atq; preter auditiones vt per Gal.in tertio de ægritudine & sinthomate dicebatur sunt secundum eundem G.in quarto:q̃dam in proprio organo ipsius auditus quod est porus neruosus quedam in coadiuuantibus particulis que sunt foramen & anfractus & substantia auricule:quedam in virtute a cerebro descendẽte.¶Et iste ægritudines sunt aut secundum discrasias maxime frigidas:vt dicit Aui. aut secundum vnionis solutionem precipue vlcera:aut secundum abstractionem ab intrinseco factam ab apostemate vel aliquo humore vel ventositate seu sanie

sanguine vel sorde verme seu verruca: aut carnoso vel panniculoso germine supernutritis: & etiam ab intrinseco velut aranea pulex aut lapillus seu nucleus & granū puluis seu aqua subingressa.

EX QVIBVS apparet manifeste quod causæ ægritudinum aurium: quedam sunt primitiue vt casus percussio & regiminis malitia: quedam antecedentes vt mali humores vaporosi. Causæ coniuncte sunt res que in auribus aggregantur. Et ista quando sunt ex natura particule dicuntur proprie tales & priuate. Quando autem veniunt aliunde velut a stomacho seu a capite sunt cōpassionales & communicate: & tales suum habent fieri: & factum esse vt de oculis dicebatur.

SIGNA PASSIONVM aurium quecunq; in ipsis que videntur concauitatibus auriū fiunt logica nō indigent cognitione: in quarto interiorum. que autē nō apparent per nocitum auditum apprehenduntur. Nam qui non audiunt paruas voces: neq; vix magnas: surdi sunt: aut paulatiue surdi perficiunt: vt ī tertio meamir dicit Ga. Qui aūt apphēdūt sonos fantasticos pluuiosos & clangorosos seu sibilosos tinnitū. Et pter auditiones seupetrmutatiōes audit⁹ patiuntur: vt dicit Ga. & Aui.

¶ Causa a qua fit designatur a suis sinthomatibus: vt si est ab apostemate est cum febre & dolore & extensionibus & grauitatibus atq; pulsationibus & alijs accidētibus dictis superius in aurium apostematibus. ¶ Si vero fuerit materia frigida sentitur grauitas cum frigiditate. Et si calida ardor & pūctura. Et antecessit fluxus sanguinis: aut febris cholerica: cuius materia ascendit ad aures vt in quarto dicebatur afforismorum. Si est a vētositate est cum sono & tinnitu. Si ab vlcere est pruritus dolorosus. Si vero fuerit a veruca: aut re aliqua ingressa scitur per patientem: & per inspectionem ad solē trahendo aurem & ampliando cum speculo aut alio instrumento. Si fuerit vermis sentitur eius motus infra aurem vel si fuerit aliud animal per eius motum scitur.

¶ Locus significatur: quia secūdum Gal. in quarto interiorum si quidem sola patiatur proprium sonum pati

cogitamus:cum aliis autem faciei particulis cerebrū patitur cum eo.Et ad hoc iuuant sanitas transitus foraminis & propinquum tempus & alleuiatio post bonas digestiones & euacuationes:addit Aui.vt de oculis dicebatur.

¶ Iudicatur per Aui.ꝙ surditas naturalis a quacūq; causa preterq; ab oppillatiōe superficiali extrinseca.Et illa que est accidētalis cronica duorum annorum:& que est ex cicatrice vel apostemate indurato non curatur.

¶ Etiam indicatur ꝙ surditas accidentalis non antiqua que quandoq; interpolatur & alleuiationem habet pōt curari.

¶ Preterea innuit hypp.in.4.affōrū.ꝙ quibuscunq; surditas fit feliers egestionibus superuenientibus quiescit. Intellexit autem hoc Gal.de accidentali que fit in febre ex cholere ascensione.

IN CVRA surditatis & nocumenti auditus duplex assignatur regimen.vniuersale & particulare.

¶ Vniuersale regimen de dieta & purgatione & doloris sedatione ſm quod fuit dictum superius in de apāte aurium completur.¶ Particulare regimen concernit duo. primum octo documenta multum necessaria ad istā operationem complendam.

¶ Primum documentum est ꝙ nihil particulare fiat in aure specialiter acutum & dolorosum,anteq; corpus sit euacuatum.¶ Secundum ꝙ omnes operationes aurium que precipue perueniunt ad intrinseca fiant suauiter & indolorose propter neruum interius complātatū.¶ Tertium ꝙ oīa que ponentur in auribus sint tepida non calida neq; frigida in excessu.

¶ Quartum ꝙ sint liquida vt melius intrēt & euacuent.

¶ Quintū ꝙ iniecta nō stent intra aurē vltra tres horas.

¶ Sextum ꝙ postq; fuerint iniecta iaceat super partem sanam & cooperiatur foramē auris cum lana aut cotone.

¶ Septimum ꝙ nihil imponatur quousq; impositum fuerit extractū vertendo se super partē egram & mundādo cum proba inuoluta panno aut cotone.Et adiuuādo cū tussi & sternutatione & inunctione atq; forti spuitione.

¶ Octauum ꝙ medicator auriũ habeat instrumẽta apta ad suam operationem velut sunt stila curatiua & leuatoria vncinum pauce curuatiõis canulas suggitiuas:& habeat lanam cotonem spongiam pannum & viscum & cetera necessaria ad operationem suam.

¶ Secundum quod concernit regimen particulare est ꝙ cura localis ordinetur ſm diuersitatem causarum surditatis & nocumenti auditus.

¶ De apostemate & vlcere.

SI causa surditatis & nocumenti auditus fuerit ab apostemate & vlcere curetur prout dictum est superius in capitulis suis.

¶ De surditate & tinnitu propter humores frigidos & ventosos.

SI autem in causa fuerint humores frigidi vel ventositas:primitus suffumigãda est auris cum traiectorio:aut canula suffumigatoria:& olla stricti orificij in qua iubet Galenus ponere consilio appolonij vrinam bouis cum tertia sui parte de aceto & parum quid de myrrha contrita & canna stuffe circunuoluatur cum lana aut pãno vt non offendat aurem:neq; circunferentias eius. Communis tamẽ vsus facit suffumigationem cum vino albo decoctionis ruthe calamenti ysopi sansuci centauree betonice foliorum & granorum lauri sticados aniso maratro spica nardi & id genus.

¶ Post stuffam eligit inijcere intra ipse appolo adipem anseris fel bouis & oleum laurinum in equalibus portionibus mixtis.

¶ Vsus autem communis immittit olea calida velut camomillinum anetinum amigdalarum amararum costinũ nardinum raphaninum fraxininum & aquam distillationis eius. Insuper aqua semperuiue in omni casu ab aliquibus laudaẽ. Et fortius ponit fel accipitris balsamũ & succũ raphani depuratũ. ¶ Ralis ponit & hebẽ Meſ. cõcedit fieẽ quod ℞. pulpe colloquintide. ʒ. ij. succi absinthij aristolo. añ. ʒ. j. costi baurac. aña. ʒ. ß. castorei. ℈. j. fiat

fief cum felle vaccino & dissoluatur quando erit necesse cum oleo amigdalarum amararum.

¶ Aui. dicit ꝙ est expertum ℞. castorei. ʒ. iij. nitri. ʒ. j & ß. ellebori. ʒ. j. fiant trocis. cum succo raphani. Et ambulare per loca harenosa confert eis vt dixit Alexander: & clamare: & excitare eos cum voce clamosa est vtile: vt dicit Aui. Vnde in tertio meamir. intellexit Gale. quod aures que patiuntur dolorem egent quiete: motu vero vehementi & transmutatione in contrariam dispositionē que patiuntur surditatem.

¶ De surditate propter sorditiem.

MOLLIFICETVR cū aqua calida mellita. Et curetur cum stilo curatorio: aut intromittantur lichinia linita cum melle: aut oleo camomille & pice: aut cū nasturcio de baurac.

¶ De aqua ingressa in aurem.

EX EIS AVTEM que ad hoc conferunt ſm Aui. est vt cum embula vel canula suggatoria puerorum suggatur tm̄ ꝙ extrahatur. Et post cum oleo amigdalarum dulcium infundat̄. Aut in capite exteriori cotonus: aut aliquid inflammetur. Et virtute caloris ignis extrahetur aut frustulum de spōgia ligata cum forti filo immittat̄. Et postq̄ imbiberit quid de aqua extrahatur.

¶ De lapillo vel nucleo vel bestiola & quocunq̄ ingrediente aurem.

CONSVLVIT Albu. ꝙ si res fixa est intromittat̄ modicū de oleo violarū: & post ꝓuocet̄ sternutatio: aut tussis seu fortis expuitio: aut super pedē a parte auris saltatio: aut cū palma cōtusio. Et ista valēt ad oē quod aurē ingredit̄: & ad hoc iuuat elargare & trahere aurē cū omni ingeniositate. Et si hoc nō valet liniat̄ stilus aut ꝓba cū aliquo visco & īponat̄ & extrahat̄: & si hoc nō valet

extrahatur cũ pincecarolis: aut cũ vnco lato pauce plicationis. & si nõ põt suggatur cũ canula in circuitu cũ oleo & cera bene clausa.

¶ Si ergo nõ egredit̃ cũ istis ingenijs: tũc festinet̃ ad incidendum anteq̃ accidat apã aut spasmus: & incisio ei⁹ sit ſm lunarẽ formã ĩ radice auris vsq̃ ad lapidẽ. Et ipso extracto suatur: & modo aliorũ vulnerũ curetur. ¶ Si aũt fuerit granũ: aut res q̃ postea ingrossatur: vult etiã Alb. ꝙ si nõ põt extrahi cũ ingenijs dictis ꝙ cũ aliquo spatumine subtili frustatim incidat̃. Deinde cũ pincecarolis & ingenijs extrahatur. ¶ Et si fuerit bestia: & nõ põt extrahi viua cũ picecarolis & ingenijs dictis: vult idẽ Alb. in diuisiõibus ꝙ distillet̃ in aurẽ aqua ĩ qua dissoluta fuerit aloes: aut succus absinthij aut calamenti: aut acetum forte: & ipso mortuo extrahatur cum ingenijs iam dictis aut cum impletione aque: aut impositiõe pilorum vt dicit Brunus: aut saliue: vt Aui.

¶ De panniculo veruca seu carne aurem oppillãte.

PANNICVLVS extrinsecus cum spatumine incidatur. Veruca & caro superflua remoueatur cum ligamine: aut cum spatumine spinoso apprehendẽdo eam cum vncino aut cum cauterio actuali vel potentiali. Et post imponatur tenta linita cum vnguẽto viridi aut cum aliquo leui corrosiuo. ¶ In oppillatiõe vero intrinseca difficile est ingenium: verum Alb. iubet eam aperire cũ cauterio radiali. Et caue ne vulneres neruos.

¶ Pars quarta de ægritudinibus narium.

AEGRITVDINES multe accidunt in naribus que destruunt debilitãt aut ꝑmutãt actionẽ odoratus & respiratiõis: quarũ quedã in ꝓprio organo cõsistunt: q̃dã in coadiuuantibus: quedã vero in ipsa virtute velut sunt discrasie vlcera fetores, attritiões apata operatiões humorales carnose polipodales corrize sternutatiões: ac etiã sanguinis fluxus que aliquãdo causant̃ in ipsis particulis: aliquoties ꝓgrediunt̃ aliunde. Verũ quia maior pars istarũ passionũ ptinet ad physicalẽ doctrinam; & etiã de multis ipsarum est

dictum superius hic non tractabitur nisi de oppilatione cathesiali:& de fetore.

¶De oppilatione in cathesim.

OPPILATIO cathesialis ꝯm Auic. est oppilatio humoralis seu carnosa:aut crustosa inter viam nasi & gutturis generata. ¶Cuius significatio est quia semper vult homo screare:& quando claudit os non potest anhelare per nares & facit quendam tinnitum:& voluntatem nauseandi.

EIVS CVRATIO particularis est suffumigare & suggere sepe aquam decoctionis camomille:mellilotiysopi:saususi & similia:& iniicere infra nares cum emboto nasali pillulas dyacastoreas dissolutas cum succo sansuci:aut confectionem Rasis ad hanc intẽtionem expertam.& ab hebẽ Mes.sublimatam.℞.nigellam in aceto tribus diebus temperatam exsiccatam: & vt alcohol puluerisatam & conficiatur cum oleo veteri: & per nares facta suffumigatione:& aqua ore repleto capite retro inuersato alique gutte instillentur & suggantur vehementer donec egrediatur humiditas plurima quod in tribus diebus tribus vicibus fieri cõuenit.Et post quamlibet vicẽ os cũ aqua calida est lauãdũ.Et si ex his dolor & ardor sequeretur oleum de se cucurbite immittaꝛ & caput cum aqua calida infundaꝛ & fit fortior ꝯm eũ si addãꝛ colloquintida & ellebor⁹ & ciclamẽ & sal armoniacũ & conficiaꝛ cũ melle gruis & vrina cameli: aut eius supple simili.¶Et multoties vt dicit Aui.indiget dispositio opatione & rasiõe cũ radio:aut supple cum filo nodato introducto ꝯm doctrinã datã in vlcerib⁹ nariũ: & tm̃ radere donec mũdificeꝛ.& qñqꝫ egreditur cum rasione res plurima de cui⁹ summa miraꝛ hõ:& si aliud nõ põt fieri:amplietur cũ intromissione tentarũ subtiliũ de gentiana aut de radice achori vt faciebat magister Petrus de bonanto.

¶De fetore anhelitus.

FETOR anhelitus est corruptio aeris exeũtis a naribus & ab ore.Que & aliqñ fit propter cãm priuatam in loco velut sunt corruptiones & putrefactiones vlcerũ

narium & gingiuarum dentium & membrorum ꝓpinquorum. aliquando fit propter causam coniunctam delegatam a stomacho cerebro & pectore: vt in quarto de egri. dicebatur. ¶ Significatur autem quod venit a pectore: quando sputum est saniosum. Quod autem a stomacho quando non est continuus. Sed maior apparet ante cibum quam post: ꝙ a cerebro: quia ore aqua impleto percipitur fetor. ¶ Et cum hoc est continuus & ꝑcipitur per patientem.

MATERIA ipsius designatur calida per ardorem & puncturam: frigida per priuationem eorundem.

¶ Iudicatur quod fetor anhelitus est vituperabilis & precipue medico damnosus. ¶ Iudicatur ꝙ fetor anhelitus propter stricturam foraminum colatorij est incurabilis. Et ideo simici vt plurimum sunt tales. ¶ Iudicatur etiam quod fetor anhelitus & eius perceptio in similitudine odoris piscium in se acutis est malum signum.

IN CVRATIONE fetoris anhelitus duo sunt regimina vniuersale & particulare.

¶ Vniuersale de dieta & purgatione fiat ſm naturam humorum a quibus procedit putredo. Communiter tñ cauendi sunt ab omni re putrefactibili vt est malus panis & mala caro blenosa & viscosa & paludosa: & malum vinum grossum dulce: & pisces & lacticinia: & fructus molles horarij: vt cucurbite atq; caules maxime atriplices & substantia leguminum & omnia brodia: & soppe: & allia: & cepe faciunt malum anhelitum. ¶ Bona sunt eis omnia acria & acetosa velut granata & arẽtia: & acetum: & omnia sicca: vt ꝑdices & auicule parue & ea que reprimunt vapores post cibum: vt citonia pira: & coriandrum preparatũ: vt dicit Arnoldus. Insuper vtantur apio. Nam ſm Ras. eius comestio frequens omnibus alijs melior existit. Et rami mirte cum passulis mũdatis sunt ad hoc pretiosi: vt dicit Aui. Et saluia & maiorana inter herbas obtinent principatum. Et bone confectiones velut aromaticum heben Mes. quod quasi est rosata nouella: & bone dragete in quibus semina sint cum aceto preparata de gare, cinamomo cypero

yreos foliorum nardi aliptico calamo aromatico citro folia lauri & mirti xiloaloes sandal.ros. zuccari.ros. in tabula sunt pretiose. Expulsio superfluitatum & sobrietas vite parua dormitio exercitium pedum crebra lautio est necessaiia in hoc casu. Purgatio cum yeris & cũ mirabolanis est propria flebothomia si est necessaria. Et diuersio & euaporatio cum cauterijs supra coronalem laudatur.

¶ Regimen particulare concernit occasiones vnde habet ortum. Si fetor procedit ab aliquo membro curetur illud. Si ab aliqua passione curetur etiã illa vt si fuerint vlcera aut excrescentie pustule aut oppilatio. Curetur vt in proprijs capitulis dictum est.

¶ Commune tamen est omnibus fetoribus mundificare & abstergere; ac etiam aromatizare nares & os vias anhelitus cum quibusdam appropriatis. Et ad hoc laudat heben Mes. collutionem post collutionem & suctionem cum vino odorifero: deinde cũ vino decoctionis mirti ciperi calami aromatici xiloaloes ro. mirrhe salis gemme. Et Ras. ponit galliam spicam & gare. & vrina asinorum est suprema in hoc vt ponit hebẽ Mes. & intromissio tentarum factarum cum pul. yerep. ℥. iiij. calami aromatici mirrhe gare. spice folij squinanti darsini añ. ℥. ij. conficiantur cum vino bono est optima; vt dicit.

¶ Et si aliud non potest fieri pallientur cum pillulis de gare. Aui. cuius forma ℞. gare. galange añ. ℥. ß. piretri ℥. iij. aloes ℥. ij. sinapis. ℥. j. musci cãphore añ. ℥. ß. fiant pillule cum vino de quibus quolibet mane transglutiantur due & alie due in ore teneantur. Gordonius addit in eis maioranã basiliconem nuces mus. cinamomum lignum aloes loco aloes & storacẽ calamitã atq; ambrã: & eas conficit cum aqua ro. ¶ Odore vini palliat masticatio ciperi ceparum & aliorum rutha vt Rasis testatur.

¶ De polipo & fluxu sanguinis in de vlceribus est dictum.

¶ Pars quinta de ægritudinibus oris & partium eius.

QVEMADMODVM dicit Gale. in quarto de ægritudine & sinthomate ī predictis constrictio particularum ostendit causas sinthomatum. Ita & in ore cognoscentibus nobis quod ī ipso sunt due principales particule complētes duos actus ad quos ordinatum est lingua videlicet gustationi: & dentes masticationi. Relique vero sunt coadiuuantes: & cum hoc adest virtus eius a cerebro deriuata. Que quidem sinthomata vt aliarum actionū triplici differentia sunt pertita. In actione debilitata & ablata: ac etiam permutata seu corrupta ex ægritudinibus omiomeris organicis & communibus vtrisq; que solutiones sunt imparitatis ꝯm magis & minus varietatis saltim debilitationis & ablationis nō autem permutationis: vt Gal. & Aui. & doctor subtilis declarant in plerisq; locis. Quarum autem causæ aliquando sunt priuate: aliquando vero cōmunicate vt de aliis dictum est & dicetur.

¶ De ægritudinibus linguæ.

AEGRITVDINES linguæ impedientes eius actum sunt discrasie vlcera alcole apata inflatio seu magnificatio ranula & subcarnatio spasmus seu curuatio paralisis seu mollificatio & balbuties. Et licet q̄ plurime istarum ægritudinum pertineant doctrine physicali: nihilominus quia pro ipsis ad chyrurgicos aliquoties habetur recursus: dicetur quid & de ipsis aliquibus non apostematibus & vlceribus & alcolis; quia de ipsis superius fuit dictum.

De inflatione & magnificatione linguæ.

QVEQVIDEM si fuerit ex calidis humoribꝰ supposita bona dieta & purgatiōe cum pillulis cochiis cōsulit G. 14. te ra. gargarizare succum lactuce. Cū em̄ ipso solo curatus fuit vt dicit homo quidā vt non vltra alio indigeret medicamine. Nihilominus diuersi o materie cum ventosis retro collū & flebothomia venarū linguæ cōsuete mihi in hoc casu. ¶ Si vero euenerit ex humori-

bus frigidis & grossa ventositate volunt Rasis & Aui. q̄ materia educatur per os saliuando cum fricatiōe salis armoniaci & cepaiū. Et quod lauetur os cum aceto. Et si cum eo inūgeretur zinzi. & piper ad resoluēdum esset melius. Et in hoc casu desiccare caput cum desiccātibus reuma est valde vtile.

¶ De ranula & subcarnatione.

RANVLA ſm Aui. est quedam carnositas oblōga sub lingua impediēs eius actum ad formam rane: aut alterius lingue generata. Et oportet in curando ipsam vt experiantur ſm Aui. si poterit consumi cum medicinis stipticis & resolutiuis velut sunt cortices granatorum cum origano & sale dragagantum vstum & hermodactili mixta cum albumine oui detenta sub lingua est expertum pro infantibus vt dicit. & post ista est transeundum ad fortiora sicut est fricatio cū sale armoniaco: aut cum flore eris & draganto: aut cum trocis. aldaron: aut calidicō: & caueatur ne aliquod istorū ad inferiora descēdat. ¶ Et si non potest curari cum illis nō erit excusatio ab operatione manus vt etiam ipse dicit. Quā operationem Alb. ita ponit. oportet vt aperiatur os infirmi corā sole & cōsideretur ranula: & si est nigra aut fusca: & dura: & sine sensu non tangatur: quia cancrosa est. Si vero non fuerit talis: sed alba & bene tractabilis: tūc capiatur cum vncino & scindatur cum spatumine subtili & liberetur ab omni parte & extrahatur: q̄ si superuenerit sanguis abstergatur cum spongia: & si est necesse ponatur zegi quod est vitriolum & dimittatur operatio quousq̄ fuerit restrictus. Et tunc si operatio non est completa redeatur ad ipsam vsq̄ ad ipsius complementum: deinde colluatur cum aceto per vnum vel duos dies. Et post dicit Guil. de sali. cum vino decoctiōis myrrhe colluatur donec fuerit sanatus.

¶ De spasmo & filo contrahente linguam.

SPASMVS est retractio & curuatio lingue ad suā originem qua impeditur eius actus.

¶ Cuius causa est humiditas replens: aut siccitas inaniēs aut ligamentum retrahens.

CVRA AVTEM humiditatis replẽtis euacuatio vniuersalis & particularis.

¶ Vniuersalis fit cum pillulis cochijs.

¶ Particularis cum caputpurgijs & masticationibus & collutionibus cum calamẽto origano sinapi & fenugreco pipere & piretro & alijs que dicentur statim in paralisi. Ad quod etiam conferunt vaporationes radicis colli cum eis que sunt sicut camomilla mellilotum sticados & anetum.

CVRA AVTEM siccitatis & inanitionis est bona humectatio & resumptio cum laudabili cibo & cum temperatis collutionibus & inunctionibus colli & capitis cum oleo nenufarino & viol. & cum infusione aque calide & lactis & similium.

SED cura fili seu ligamenti contrahentis linguam est incisio per latitudinem donec soluatur lingua a retẽtiõe sua vt dicit Alb. & ponatur lichinium per aliquos dies cum vitriolo vt nõ recõsolidetur. Et si dubitatur ꝓpter venas: consulit Aui. ꝙ intromittatur filum cum acu: & ligetur donec per se rumpatur. Aut ꝰm consilium Lanfrã. cum rasorio argenteo ignito incidendo cauterizetur.

¶ De paralisi & balbutie.

BALBVTIES licet possit venire a spasmo vlceribus & ab alijs passionibus lingue: vt plurimum tamẽ venit a paralisi: & ab humiditatibus in neruis & musculis & substantia lingue imbibitis.

CVIVS AVTEM causæ & signa sunt que paralisis communis & cum hoc adest fluxus saliualis absq; voluntate: neq; directe põt loqui: neq; pronũtiare: vt Gal. declarat in illo affõ. Trauli a diaria maxime capiunt lõga. ¶ Iudicatur cõmuniter ꝙ balbuties occidentalis preconizat paralisim.

¶ Iudicatur quod sicut febris curat spasmum ita & balbuties ex humiditate.

¶ Iudicatur etiam ꝙ naturalis balbuties neq; paralisis cronica nunq; perfecte curantur. Nihilominus in pueris

cum peruenerint ad adolescentiam sepissime rectifican tur vt dicit Aui.
CVRA AVTEM ei⁹ licet in genere sit ea q̄ parali sis communis. Nihilominus in ea preter vitam & purga tionem sunt tres speciales & potissime intẽtiones vt he bem Meſ. ponit. prima est in diuersione materie. secūda in desiccatione cerebri. Sed tertia in cōsumptione humi ditatis coniuncte.
¶ Prima completur cum clisteribus acutis & fricationi bus & ventosationibus retro collum.
¶ Secunda completur cum emplastris desiccantibus su pra totum caput cum his que sunt velut sinapis & ster cus columbinum milium & sal torrefactum bacce lauri anisum maratrum piper gar. & alia que confortādo ca put desiccāt reuma & cauteria supra caput & lateribus & retro spondiles colli sunt laudanda. Et hoc empl'm su pra collum ad confortandum neruos precipit Hali. ℞. ca momille mellilotí maiorane zinzi. cuiuslibet ʒ. v. sinapis piretri fol. lauri. añ. ʒ. iij. oppoponacis castorei. añ. ʒ. ij. te rantur omnia & cū cera & oleo sambucino fiat empl'm.
¶ Et ad eandem intentionem valet vnguentum factum cum oleo costino nardino ruthacino castorino & oleū benedictum in hoc est supremum. Et oleum terebētine & distillatio dorsalis hebem Meſ. dicta in paralisi supe rius est in hoc pretiosa.
¶ Tertiam rem complent gargarismata & collutiones oris; ac fricationes lingue cum eis que dicentur graduan do res procedēdo a debilioribus ad fortiora. Et incipiat ab oximelle squilitico: qm̄ sublime est gargarizando: & qn̄q3 cōfortatur cū his que sunt sicut halhasce quod est sticados vel ysopus hortulanus: & cortices capparis pi retrū zinzi. & tria pipera. Et oportet vt istam gargari zationem precedat eductio humiditatum phlegmatica rū fricando linguā cū eo quod est sicut sal armoniacū & zinzi. & cepe. & postea erit operatio collutiōis melior.
¶ Ad eādē intētionē expertus est hebē Meſ. gargarisma quod dissoluit phlegma aggregatū in radice lingue: cui⁹ forma. ℞. origani sansuci ysopi piretri zinzi. triū piperū

cinamomi costi sinapis nigelle:& conficiantur cum oxi melle squilitico:& rob quod est vinum coctũ & gargarizetur diebus cõtinuis.¶ Lãfran.narrat ꝙ ipse restituit loquelam cuidam dñe cum ficubus mundis & melle:& sex granis clari & lucidi euforbij insimul incorporatis & cõfectis de quo ponebat sub lingua parue fabe q̃titatẽ.¶ Rasis cõfectio medicaminis ad paralisim & grauitatẽ lingue.℞.salis armoniaci piretri stafisagrie sinapis piperis acori equali mẽsura:teratur & fricetur cũ eis lingua subtus:& supra in die multoties.¶ Hali.iubet ea fricare cum yerapigra sinapi piretro cõtritis:& acorus ſm testimonium Dyoscoridis:& ſm omnẽ modum administrationis est medicina ꝓpria mollificationi lingue atq; paralisi:& saluia rutha calamẽtũ herba paralisis rosmarinus se.basiliconis & cauliculi agrestis summam in hoc habet ꝓprietatẽ.& detẽtio sub lingua pillularum factarum cum castoreo & assa fetida & terebẽtina est ad hoc suprema.vt dicit Aui.& ad hoc pillule dyacastoree appropriãtur & thiriaca:& cõfectio anachardina per oẽs commẽdantur.Et assiduatio loquẽdi & fricatio lingue cum sale gẽma festinat loquelam puerorũ.vt dicit Aui.

¶ De passionibus dentium.

PASSIONES dentium numerantur ab Hali.in sermone nono prime partis libri regalis dispositionis qnq; vel sex:vt dolor:corrosio:cõgelatio:dormitatio: limositas:seu fetiditas:casus seu cõmotio:apã ꝓprie nõ patiũtur.Sed rẽ que apãti similatur:vt dicit Aui.& intelligit per illam corrosio aut putredo:vt tenet schola nostra cõmunis. Vtrum autẽ habeant sensum & percipiunt dolorem.Gal.in quinto meamir.& Aui.in tertio canonis videtur tenere ꝙ sic.Hali.dicit expresse ꝙ nullum sensum habent per se:sed ratione nerui qui ad ipsos de tertio pari neruorum cerebri delegatur.Et ita declarat se.Gal.in sexto de vtilitate particularum.Ex qbus apparet ꝙ nõ apostemantur proprie:neq; dolent nisi ratione gingiuarum & nerui adherentium eis.

CAVSAE autem passionum & nocumẽtorum dentium est mala cõplexio & solutio cõtinuitatis & apata.

Que quandoq͂ fiunt propter causam priuatam existen tem in dente. aut in membris adherentibus eis: quando q͂ propter causaȝ cõmunicatã a cerebro aut stomacho: aut aliunde deriuatam: & ita in talibus passionibus in uenitur fieri & factum esse. ¶ Et istorũ est causa triplex primitiua vt casus & pcussio & malitia regiminis. Antecedens humores superflui. Coniuncta ipsamet dispõ in dente facta.

SIGNA passionum dentiũ sunt manifesta. Omnibus enim euidenter apparet qñ perforantur & corroduntur & nigri fiunt & teruntur: Aut quando neq͂ calida neq͂ frigida tolerant aut qñ ex altero illorũ accidit dolor vt in quinto meamir dicit Gal. Et ad hoc iuuant nocentia & conferentia tempus & regimen preteritum & relaxatio patientis: vt supra dictum est de gutta. ¶ Iudicatur q͂ inter passiones corporis totius: de qua minus plangitur homo, dolor dentiũ est grauior. ¶ Iudicat̃ etiã q͂ inflatio genarũ in dolore dentium est bonum signum. eo quod significatur quod materia dimittit neruum & ligamentum & conuertitur ad loca carnosa: vt de gutta etiam dicebatur.

IN CVRATIONE passionum dentiũ datur duplex regimen vl̃e vȝ & pticulare. ¶ Vl̃e regimẽ in genere duas hȝ intẽtiões. Vnã ĩ vita: aliã in euaporatione: specificatur cũ eo vita in sexto s̃m Aui. ¶ Primo quidẽ q͂ nõ vtatur putrefactilibus velut sunt pisces & lacticinia. ¶ Secundo quod euitentur res excessiue calide & ẽt frigide precipue immediate vnum post aliud. ¶ Tertio quod non masticẽtur res dure vt ossa: & viscose vt ficus & confectiones de melle. ¶ Quarto q͂ nõ vtant̃ cibarijs de proprietate quorũ est nocere dentibus vt sunt porri. ¶ Quinto q͂ dẽtes nõ curẽt exq̃site neq͂ acerbe. ¶ Sexto q͂ fricẽt cũ melle & sale adustis. Et si cũ eis adderetur acetũ oĩȝ eẽt cõplemẽtũ: vt declarauit Hali. in sermone quinto secũde partis dispõnis regalis. ¶ In purgatione appropriãtur hyere & flebothomia de cuphalica & venarum labiorũ, & linguæ: & diuertere cũ fricationib⁹ & vẽtosis & caputpurgijs & desiccatiõe reumatis & cõ

fortatione capitis: vt dictum est sepe: educere flegmaticas humiditates cum piretro mastice & consimilibus se de dictis. ¶ Particule regimen cōcernit duo. Primo tria documenta ad operationem dentium necessaria. Secundo operationem ipsam iuxta passionum diuersitatem.

¶ Primum documētum est: quod iste operationes sunt pticulares maxime appropriate barbitonsoribus & dētatoribus. Et ideo medici istam operationem dictā eis reliquerunt. Tutum autem est vt tales operationes per medicos dirigantur.

¶ Secundū documētum est ꝙ oportet medicum consulentem in talibus: quod sciat ꝙ consimilia dentium ꝺm Aui. fiunt multipliciter: videlicet per collutiones & per gargarismata masticationes; impletiōes; vaporationes; linimenta: fricationes; suffumigationes: cauterisationes; caputpurgia; distillationes in auribus: & per manuum operationes: vt in suis locis dicetur.

¶ Tertium documentum est quod ꝺm Albu. oportet dētistam esse minutum de aptis instrumentis: vꝫ rasorijs raspatorijs & spatuminibus rectis & curuis & leuatorijs simplicibus. & cum duobus ramis tenaculis dentatis & probis diuersis canulis scalpris terebellis: & etiā limis & multis alijs in hoc opere necessarijs &c.

¶ De dolore dentium.

SI QVIDEM dolor fuerit cū cōitate alterius membri: tunc curetur prius illud membrum. Si autem fuerit propter apā gingiuarum purgata materia & diuersa. In primis repercutiatur materia calida cum frigidis & stipticis: velut est heben Mes. retētio aque calide cum aceto in ore: aut aque ro. aut plantaginis & si poneretur cū eis modicum de camphora melius esset. Et huius quidē intentionis est oleum de rosis: aut mirtinū: aut onfacinū in ore retentū. Cum autem transit principium addantur cum dictis aliqua resolutiua sicut est mastix & vue passe. Et si dolor vehementior fieret addatur cum eis qd opij: aut aliorū narcoticorum si fuerit necesse. In cā vero frigida in principio ponatur oleū ro. cū mastice deinde

vinum aluminatū: deinde decoctionis ysopi calamenti.
¶Si vero materia tenderet ad maturationē iuuetur cū decoctione vuarū ficuū se. lini ac fenugreci: deinde aperiatur: & cum melle ro. & vino mundificetur: s̄m quod dictum est in vlceribus oris.
¶Si vero causa fuerit in radice ipsius dentis in eius neruo vel ligamento: & fuerit cum materia purgetur materia & resoluatur cum eis que dicta sunt & dicentur: & proprie in calida cum oleo ro. & camomille & anetino. Et in frigida cum oleo de been & nardino. Et si fuerit ventosa carminetur cū decoctione cimini & baccarū lauri: semine cicute & galbano & serapine: Si autem dolor ille esset sine materia alteret̄ calida cū frigidis: & frigida cū calidis in principio dictis: & etiam dicendis. Et humida cum sale & alumine: & gallis assatis desiccetur. Et sicca cū butyro & adipe anetino humectetur. Si autē nō esset remediū cum dictis cauterisetur cum oleo calidissimo immergēdo probā inuolutā cum cotone: aut panno in eo & denti sepissime applicando: aut cauterisetur cū ferro ignito: aut cū instrumētis extrahat̄. ¶Et quia medicine dentiū a multis multe ponuntur cū distinctione narrabo mihi magis probatas ad sedādū dolorē per viā alterationis & resolutionis; & alias per viam stupefactionis.
¶Medicine autē dētiū s̄m Gal. ī quinto meamir siue repercutere quis siue dyaforare voluerit fortissime debēt esse. Et propterea plures ipsarum cum fortissimo cōstruuntur aceto. Nec valet que dicitur ꝙ acetum nocet dentibus: quia quando miscetur cum aliquibus calidis perdit illud nocumentum. Et propter hoc dicebat Auic. in tertio de curationibus capitis quod acetū erat cōe omnibus materijs eius em̄ infrigidatio possibile est vt leui cā frangatur & remaneat eius ꝓfundatio & incisio. hoc q̄dem est cū administrat̄ in materijs frigidis. In materijs aūt calidis non eligat̄ super ipsum. Quod etiā in principio simpliciū pharmacorum est probatum & in primo meamir cōcessum. ¶E ideo Archige. vt narrat Galenus in quinto meamir ponit p̄mā medicinā ad dolorē dētiū

acetum calidũ cum galla in materia intellige calida. In frigida vero a quacunq́ꝫ euenerit occasione ℞. paritarie mercurialis mediocriter vſtorum ʒ.xvj. ſalis ʒ.xj. aluminis vſti.ʒ.v. extremitatum origani yreos piperis piretri. an̄.ʒ.iij. ſiſeleos yſopi mẽthe ſicce an̄. drachmas duas cornu ceruini vel caprini vel cinamomi, an̄.ʒ.j. fiat puluis de quo fricentur radices dentium & gingiuarum humidarum: non autem ſiccarum. Aduerſarum autem ſiccis eſt vt dicit.

¶ Raſis autem ponit confectionem medicaminis valentis ad dolorem dentium cũ caliditate. ℞. ſeminis portulace coriandri ſumaclẽtiũ excorticatarũ ſandali citrini roſ. piretri camphore omnium an̄ partes equales fiant trociſ. cum ſucco ſolatri & line dentem doloroſum cum vino diſſoluto in aqua ro. vt heben Meſ. dicit. ¶ In materia autem frigida ponit in radice dentis thiriacam de quatuor diebus. Cuius forma ℞. piperis aſſe fetide opij myrrhe caſtorei partes equales conficiantur cum melle. ¶ Haliab. in cauſa calida imperat acetum cum aqua roſa, aut ſumac: & modico camphore. In frigida acetum decoctionis ſpolij ſerpentis: & ſi cum eo adderetur zinzi. piretrum piper & ſal fortius eſſet. ¶ Alexander modus confectionis de alleis cito ſedans dolorem dentium ℞ allei ſpicas v. olbani ʒ j. & ſ. myrrhe ʒ.j. bulliant in vino ad formam liquidi mellis: & tepidum teneatur in ore imo teſtatur heben Meſue quod Gal. dicit ꝙ ſi teratur allium & ponatur in radice palme manus que ſequitur dolorem ſanat dolorem eius & expertum eſt. Auic. aũt concedit acetum decoctionis colloquintide aut ariſtol. aut piretri aſſam fetidã ſinapim cortices capparũ: corticis pini: mẽtaſtri nigellã condiſi & ſiſia. Et vitellũ oui aſſatũ calidũ & panẽ calidũ ſupra dentem applicatũ & aqua ardens in hoc eſt optima. & vaporationẽ ante cibũ duabꝰ horis aut quatuor horis cũ ſale & milio: aut cũ oleo calefacto laudat Aui. & emplaſtrationẽ cũ his que ſunt ſicut malua anetũ & camomilla: ſe. lini atq́ꝫ fenugreci. & laudat ẽt ſuffumigatiões cũ granis colloquintide & granis ſinapis. & ſe. ſepe & rutha & ſiſib9. Et cõ

cedit vna cum Rasi distillationem in aure que sequit̃ dolorem cum aliquo oleorum sedatiuorum velut est oleũ amigdalinum sambucinum castorinum & id genus.

¶ Medicine autem stupefacientes que ponuntur in magna necessitate sunt ꝯm intentionem eandem Aui.sicut ℞.seminis iusquiami albi opij storacis galbani omnium añ.ʒ.ij.piperis asse fetide añ.ʒ.j.conficiantur cũ sapa coagulata:& super dentem ponatur dolorosum:vt sumant̃ opij & castorei partes equales:& distemperentur ros.& injciatur in aurem que sequitur dolorẽ.Aut vinum decoctionis radicis mãdragore:aut iusquiami teneatur in ore:& quandoq; dantur in potu narcotica filonium:aut teneatur in ore:vt dormiendo & quiescendo maturetur egritudo:frequens autem retentio aque frigide in ore stupefacit dolorem:vt dicit Aui.

¶ De dente commoto & debilitato.

QVANDOQVE COMMOVETVR dẽs propter causam primitiuam ex casu seu percussione.Et qñq; ex humiditate lubricante neruum & ligamentum:& qñq; propter siccitatem & carentiam nutrimẽti:qñq; propter corrosionẽ & diminutionem carnis gingiuarũ.

¶ Que autem ex siccitate fit & priuatione nutrimẽti vt in senibus & ptisicis non curatur.In alijs vero cũ resumptiuis adiuuatur:& cum hoc vitet masticationem precipue rei dure cum illo dente:& minoret locutionẽ:& nõ tangat neq; commoueat eum:& si fuerit propter corrosionem curetur corrosio.

¶ Que autem venit a casu & percussione facta flebothomia & in facta ab humiditate mollificante & purgatione & eductione humiditatis saliualis cum mastice & pi retro narrat Gal.consilio Archigenis:q͛ ponatur in radice eorum alumẽ cum thure & cinamomo cipresso.

¶ Ra.aũt.℞.balaustiarum rosarum gallie ciperi sumac.añ.partem vnam:aluminis partẽ mediam liniatur super gigiuã.Et ĩ alio loco addit acatiã ypoquistidos mirabolani:& aspgere iubet cũ aceto & facere trocis.& fricare

dentium radices.

¶ Quod si nõ valet: cum sanis aurea cathenula: vt docet Albu. ligẽtur. Et si ceciderint aliorum dentes: aut de osse vacce fabricẽtur: & cum cautela ligentur: & seruiũt cum eis tempore longo.

¶ De putredine vermibus & corrosione ac perforatione dentium.

ET HABET DVPLEX REGIMEN. Vniuersale de dieta & purgatione & confortatione cerebri: prout dictum est in dolore.

¶ Particulare quidem ꝙ lauentur cum aqua ardẽte: aut vino decoctiõis vtriusq; mẽthe: vtriusq; saluie: vtriusq; calamenti & piperis seu piretri. & post repleaẽ cũ gallia & cipero mastice myrrha sulphure & cãphora calamo aromatico assa fetida: & id genus: si aũt ista nõ valẽt bucelletur cum scalpro & lima: & fiat sibi via vt in foramine nõ retineaẽ cibus. Et si istud nõ valet: cauterizeẽ: & si est necesse extrahaẽ: sed cũ cautela ꝙ foramẽ prius fortificetur cum pãno aut cotone impleatur: eo quia aliter tenacule eum frangerẽt: & radix remaneret. Si aũt in foramine fuerit vermis post lotionem dictam suffumigetur dens cum semine porri & cepe & semine iusquiami confecto cum adipe caprino: & fiant pillule quelibet vnius ℈. & vna qualibet vice ponatur.

¶ De limositate & feda coloratione dentium.

SVPPOSITO REGIMINE vniuersali abluitur os cum vino decoctionis mẽtastri & piperis. Et post isto medicamine vtatur per modum dentifricij. ℞. ossis sepie conchularum marinarum albarum & porcellanarum spume maris cornuum vstorum nitri aluminis salis gẽme sulphuris vsti radicis yreos aristoℓ. radicis cãne aduste: fiat puluis de oĩbus: aut de quolibet singulariter.

¶ Ad eandem intentionem magister Petrus aquam ꝓbatam sic facit. ℞. salis armoniaci salis gẽme. añ. li. ß. aluminis zuccarini quartã vnã puluerizentur & ponanẽ in alembico vitreo; & fiat aqua de qua dẽtes cum petia de

scarlato

scarlato fricentur.

¶ Et si istud non valet: quia fuerint ibi limositates indu rate cum raspatorijs & spatuminibus radantur.

¶ De stupore & congelatione dentium.

VINVM CALIDVM AVT aqua ardens in ore teneatur: aut cum sale asso dẽtes fricentur: aut nuces seu auellane asse calide superponantur: & similia calefa cientia aut proprie talia velut portulace & se. eius ma= sticentur.

¶ De eradicatione dentium.

CVM ERGO DICIT Alb. feceris posse tuum in medicando cum medicinis dentes & non proficit cer tificate de dente doloroso: vt nõ sis delusus: & capias bo num pro malo. Et tunc posito patiẽte in loco claro inter genua tua discalcia radicem dentis circuncirca & com moueas eum cautelose & complete: vt nõ accidat patiẽ ti praua infirmitas de oculo: aut de osse maxille: & post accipias eum cum tenaculis & extrahe eum cum radici bus suis: aut cum tenaculis similibus illis cum quib⁹ do lia ligantur: aut eum eradica cum leuatorio simplici: aut bifurcato. Et si aliqua radix remanserit: perquirat cum instrumentis & extrahatur: & post os cum vino & sale lauetur. Et si vis addere alumẽ vel vitriolum ꝓpter sanguinis fluxum facere potes. Et vltimo cũ vino myrrha & thure fixura incarnetur.

¶ Si aũt dens vltra naturã fuerit augmẽtatus cum lima caute ꝙ non commoueatur equetur & applanetur.

¶ Multe aũt medicine ponunt̃ ab antiquis ꝙ extrahunt dentes aureos alleuiant extractioni cum ferro: sicut lac titimalli cum piretro & radix mori & capparis & arseni co citrino in radice dentis imposita: aut aqua fortis: aut pinguedo ranarum memoralium & arborearũ: multas tamen dant promissiones: operationes vero paucas.

¶ De passionibus labiorum gingiuarum gargarionis.

IN LABIIS ET GINGIVIS accidunt nodi carnes addite apata bothores fissure atq vlceratiões: de quibus dictũ est supra in locis suis. Restat dicere de quibusdam passionibus gargarionis que actum transglutionis & inspirationis impediunt.

¶ Et primo de inflatione & casu vuule &c.

SECVNDVM q Gal. dicit i sexto meamir. carnosa quedã pellicula in alto oris apparet. Cũ aperit aliquis plurimum os & linguã depressit: a grecis dicta columna seu chynoyda: a nobis aũt dicit vuula: nũcupationẽ accipiens nõ a substantia: sed a passione simili vue que in ea contingit. Est em̃ vuula passio sicut vua in extremitate illius columne ingrossatio: & in eius radice subtiliatio cũ quadam relaxatione ex qua impeditur actus respirationis & transglutionis. Raro autẽ hec passio fit in ipsa chynoyda: fiuminat vero multoties.

ET CAVSA HVIVS passiõis est materia calida aut frigida descẽdẽs a cerebro per modum reumatismi.

CVIVS SIGNA SATIS sunt manifesta p descriptionẽ dictã: & pbat per oris apertionẽ: & lingue cõpressionẽ: verum caliditas materie per luborẽ & ardorẽ cognoscitur frigiditas vero per dictorum priuationem.

¶ Iudicat p Hyp. in tertio pnosticorũ: q eius incisio est periculosa pcipue qñ fluminãt: & est tota equalis: quia ad eius incisionẽ sequit sanies vel fluxus sanguinis q possunt esse cã suffocatiõis & mortis: qñ aũt liuescit & albescit: & est inequalis: & radix subtiliat: & extremitas ingrossat: tũc incidẽdo tãtus nõ est timor. Caueat tñ vt dicit Al. q si fuerit nigra aut fusca dura & sine sensu: cũ ferro nõ tãgat: quia periculosum esset sup infirmũ de incancerãdo ipsam. Est tñ necessariũ qñ est magnificata: & cũ medicinis nõ curat q incidat: ad hoc q suffocatio repẽtina euitet. De duobus em̃ malis minus est eligẽdũ: vt dicũt philosophãtes: & i de vlcerib⁹ virge supius i quarto tera. fuit allegatũ. Qui nõ habet ad salutẽ nisi vnã viã licet sit fallax velit vel nolit: oportet q trãseat p illã. Cõsulit tñ p Hali. q nõ scindat tota: quia nocumẽtũ fieret patiẽti magnũ: circa pectoris officia, quiq ei habet iuuamẽ

ta vuula: vt in de voce, & vndecimo de vtilitate parti-
cularum habetur.
IN CVRATIONE Vuule regimen est duplex.
vniuersale & pticulare. Vniuersale de dieta & euacua-
tione & diuersione est dictum in squinantia. hoc addi-
tio ꝙ ad materiam reumaticã desiccandã: & ipsam vuu
lam relaxandã conceditur per Rogerium & suos magi
stros maxime in pueris: quod supra molle capitis pona
tur in quantitate vnius denarij de scarlato in quo sit mo
dicum de pice thure & mastice. In adultis consulit hebẽ
Mes. quod trahantur pili vsqꝫquo cutis dissocetur: aut
quod fiat cauterium in summitate capitis vt in reumate
est concessum. Mulieres tamen eam cum manibus sub
gutture inpingendo relaxant. ¶ Particulare regimẽ fit
dupliciter: vno modo cum medicinis. Alio modo cũ in-
strumentis. Cum medicinis cum materia est calida iu-
bet Rasis quod gargarisetur aqua ro. cum aceto. Aut ꝙ
applicetur cũ cocleari: in ea cum quadã eleuatione ipsi⁹
puluis factus de ro. sandal. balaustijs cum modico cam-
phore. Si autẽ fuerit frigida iubet gargarisare almuri &
syrupum acetosum sinapim sal armoniacum & alumen
Rogerius ponit cinamomum piper piretrum gallas ba
laustias. Gal. autem in sexto meamir narrat optimum
medicamen asclipiadam ad chynoydas relaxatas. ℞. ro-
sarum siccarum mensuram vnius manipuli spice celti-
ce & terra adherente mensuram alterius: nidi hirundi-
nis ʒ. iij. myrrhe. ʒ. ß. gallarũ viridium xv. numero: teran
tur & fiat puluis qui insufflando cum canula, aut cum
digitis seu cocleari applicetur: habet enim predictũ me
dicamen in se mixtam virtutem dyaforeticam & reper
cussiuam moderate vt deducitur ibidem. ¶ Ad eandem
intentionem valent multa auxilia que dicta sunt in squi
nantia. ¶ Cum instrumentis autem inciditur vuula tri-
pliciter. vno modo ẜm Albu. ꝙ sedeat patiens corã me
dico in sole. & aperto ore & compressa lingua cum pale
ta: ad hoc apta apprehendatur cum vncino, & tunc cũ
forpicibus obtusis: aut cum spatumine falci simili
incidatur. ¶ Deinde aqua cum aceto detur sibi

ad gargarizandum:& si poneretur galla alumen aut vitriolum ꝓpter sanguinem:melius esset. ¶Et si sanguis superflueret ponãtur vẽtose retro collum:vt dicit Aui. Et administrentur trocis.de charabe cum aqua plantaginis & stet infirmus iacens super faciem suã vt expuat & sanguinem expellere possit.Et si sanguinis aliquid descenderit:curetur curatione sua.

¶Secundo modo inciditur cum ferro calido: & fit ẜm heben Mes.quod habeatur canula:in capite cuius in altero laterũ sit fenestra in qua includatur vuula: & post per canulam intromittatur ferrum igniũ ad modũ scalpri factum & cauterisando incidatur.

¶Tertio modo inciditur cauterio potẽtiali.& fit secundum Albu.ꝙ postꝙ̃ vuula fuerit cõprehensa in fenestra dicte canule imponatur cũ proba inuoluta circa caput cum panno aut cotone aqua fortis:aut medicamen acutum factum cũ calce & sapone aut arsenicũ dissolutum cũ aliquo liquore.Et teneatur supra vuulã ad medietatem vnius hore vsqꝫquo ipsa sit alterata & post gargariset oleũ ro.aut aquã rosa.quia intra dies tres cadet vt dicit Aui.Caueatur tñ ne aliquid medicinarũ acutarũ descendat inferius:neqꝫ tangat alias partes:quia lederet eas.Post autem incisionem & mundificationem cum vino thure myrra sanentur.

¶Quartum modum alium assignat Albu.cum suffumigatione aceti decoctionis calamẽti ysopi ruthe abrotani & camomille in olla cooperta & lutata:in cuius coopertorio applicetur canula dicta fenestrata. Verũ quia iste modus non est mihi cõsuetus:nisi aliquoties pro resoluendo ipsum omitto.

¶De inflatione & magnificatione amigdalarum.

INGROSSATIO ET magnificatio amigdalarum & fauciũ eodem modo curantur cum medicinis sicut & vuule:& sicut apata squinantica superius curantur.Si autem sic non curantur: necessarium est vt incidantur:quia impediunt anhelitũ & transglutionem: vt Haliab.dicit.Consilium est tamen Alb. quod sicut dictum est de vuula si sunt fusci vel nigri coloris & dure

ſine ſenſu non tanguntur cum ferro. Et quando ſunt albe & molles & bene tractabiles ꝙ coram ſole ponatur caput infirmi in ſinu medici: & aperto ore prematur lingua cum paleta ad hoc apta; & capiatur vna de amigdalis cum vnco & trahatur modicum ad exteriora: & cauendo a panniculis & particulis adiacentibus cū forpicibus obtuſis: aut inſtrumento falci ſimili incidatur: & poſt vnam ad aliam pergatur. Et dicebat Haliab. & facta inciſione gargariſetur aqua ro. & acetum: & reliqua fiant que dicta ſunt in vuula.

¶ De eius medella ſi aliquid impediens tranſglutiuerit.

SI O S aut ariſta infixa ſunt in gutture: ſi ad ſenſum videntur cum tenaculis curuis ad hoc appropriatis compreſſa lingua capiatur & extrahatur. Si autem non pōt extrahi cum virga plumbea modicum curua inferius impinguatur vt dicit Albu. ¶ Si autem non poteſt videri vult Albucra, quod dentur ſorbitiones viſcoſe: vt cum eis ſorbitiendo & tranſglutiendo deſcendat: & gargariſare ſappā aut decoctiones ficuum confert: & inungere collum cū oleis ca℞is vio℞. amigdalarum & butyro laudatur. Et ſi non deſcendit cum hoc detur ſibi ad tranſglutiendum buccella panis ſicci: aut fruſtum napi & deſcendet. Et ſi non valet prouocetur ſibi vomitus omni die portando. ℥. j. naſturtij contriti cū aqua calida. Ipſuȝ enim vomendo expellit quod retinetur: vt dicit Auicē. Et ſi hoc non valet ligetur fruſtum carnis bouine male cocte; aut ſpongie cum filo forti & ſemi tranſglutiatur & ſubito extrahatur & egredietur quod retentum eſt: ſiue ſit panis ſiue ariſta: ſiue phlegma inuiſcatum. ¶ Qđ ſi durum aliquid fuerit magnitudinem habens; tūc premantur ſpatule & collum retro fortiter percutiatur.
¶ Quod ſi ſanguiſuga fuerit patienti allia & acetū forte dentur; vt Haliab precipit.
¶ Et ſi aperto ore videtur cum forpicibus educatur: vt dicunt Aui. & Alb. aut cū aſſa ſuffumigetur. aut cum canula feneſtrata comprehendatur & cauteriſetur.

¶De ægritudinibus colli & gibbositate dorsi Cap.iiij.

AEGRITVDINES colli proprie sunt squinantie & botium: de quibus in de apostematibus dictum est supra: attribute tamen sunt ægritudines gargariõis iam dicte. Restat quod quia cum collo numeratur dorsum & spondilia: & de gibbositate dicatur; que proprie est passio dorsi: q̄uis etiam aliquando fiat in thorace. Est enim gibbositas eleuatio spõdilium ad extra ex qua curuatur homo & leditur in motu.

CVIVS causa est aliquando primitiua vt casus & p̄cussio. Et proprie dicitur dislocatio spondilium vnius aut plurium de qua dictum est supra. Aliquando causatur ab aliqua causa intrinseca vt ab humiditate cruda viscosa lubrificante: aut ab aliqua ventositate percutiēte: aut ab aliquo apostemate impellente; aut a tussi molestante: aut siccitatem contrahente.

SIGNIFICATVR quod gibbositas est ex casu & percussione: indicatione patiētis. ¶Significatur quod est ex siccitate per corporis siccitatem: & per febrium cõsumptiuarum precessionem. ¶Significatur quod est ex humiditate lubrificante per regimen & per tactum humidum & mollem. ¶Significatur ap̄a per dolorem & calefactionem. ¶Significatur ventositas per presentiam doloris motiui cū extensione absq; febre. ¶Iudicatur etiam per Hypp. in 6. afforismorum q̄ quicunq; fiūt ym. i. gibbi ex tussi & asmate ante pubescētiā dicit græca translatio & non iuuentutem vt arguitur: pereunt: & causam redit Gal. in cõmento; licet intricatum sit commentum in græca translatione quia propter debilitatē eorum nõ possunt sustinere molestationē stricture pectoris consequentē gibbositatē: & nõ solū an̄ pubescētiam: sed in omni tēpore si molestātur a tussi vel asmate gibbosi: & h̄ntes pectus strictū periclitant̄: vt notat̄ ibidem ex primo epydimiarū libro. ¶Iudicat̄ et̄ q̄ qn̄ gibbositas curatur absq; mundificatione transit quandoq; ad coxā & ad neruos; & facit accidere nates gibbosas:

& paralisim vt dicit Aui.

¶ Iudicat amplius per ipsum Aui. q cura habētium gibbositatē subtiliat propter illud quod facit gibbositas de oppillatione quorūdam meatuū qbus penetrat cibus.

¶ Iudicatur per Ras. q gibbositas cōpleta & cōfirmata nō curatur. Cetera iudicia in dislocatiōe sunt dicta &c.

IN CVRATIONE gibbositatis sicce intēdatur humectationi cum cibis & potibus nutritiuis & balneis & inūctionibus & clisteribus humectatiuis sicut est oleū violaceum amigdalarum radicis altee & malue seminis lini lac atq triparum brodiū: & cetera que in ethica & spasmo sicco administrantur.

¶ Si aūt fuerit ex materia aut apate indurato curet cum his que in sclirosi seu sephyros fuerunt dicta.

¶ Si fuerit ex tussi sedetur tussis cum lenitiuis.

¶ Et si causa fuerit humor crudus mollificās: aut grossa ventositas duplex conuenit regimen. Vniuersale de dieta & euacuatione: sicut dictum est de paralisi & spasmo humido: vt dicit Aui. Et sicut dictū est in apatib⁹ phlegmaticis & gutta.

¶ Particulare intendit resoluere materiam & confortare locum. Et ideo oportet q auxilia sint cum calitate stipticitatem habentia moderate velut sunt nuces cipressi & folia eius: & folia lauri sauina calamus aromatic⁹ enula cāpana achorus & similia: de quibus possunt fieri embrocationes unguenta & emplastra.

¶ Et Aui. facit istud medicamē. ℞. sauinā siccā quod est absinthiū ꝑm Serapionē & stichados: ꝑm Ras. enulā piretrum casiā ligneā nucē cipressi sansucū cordumenum squinātū decoquant cū aqua & oleo vsq ad cōsumptionem aque & colent & reiterent herbe alie cū illo oleo & tantūdem aque: & post cōsumptionē colet: & sup colaturam ponatur castoreū euforbium & armoniacum: & fiat vnguētum. Et si cū istis adderetur rutha sisimbrium spica & acorus storax & bdelium fortius esset: & si loco aque poneret vinū adhuc forti⁹ esset. Et de isto vnguēto pōt fieri empl'm cū cera pice & terebētina. Verū de cōsilio Aui. est q post balneū & ēbrocatiōes tractet & redu

catur illa gibba cum manibus vngendo cũ predicto vn guento:& post empl'etur cum empl'o:& desuper ponat plumbũ:aut astella ad hoc preparata:melius q̃ erit possibile:& ligatura reducente ligetur.

¶ Ad vltimum si predicta non sufficiunt cauterizet cũ cauterio circulari:vt docet Albu.

¶ De ægritudinibus homoplatis & brachiorum Ca.iiij.

IN HOMOPLATE non sunt ægritudines proprie:nisi quantũ ad brachia & digitos. Nam aliquoties inuenitur digitus superflu⁹ de quo q̃uo debet remoueri dictum est in de membris superfluis extirpandis.

¶ Quãdoq; vero fit inuiscatio digitorum:quorum curatio est incisio & separatio cum rasorio:& postea cum petijs interpositis & vnguentis desiccatiuis fiat consolidatio separatorum.

¶ De vnguibus.

NONNVNQVA M accidit vnguibus attritio & concussio:q̃nq; ex attritione sub ipsa sanguis mortuus aut sanies:q̃nq; ĩ eis accidit gibbositas & curuitas:q̃nq; fissura:quandoq; vero coloratio feda & maculosa.

CVRATVR attritio ſm Aui.cũ folijs mirti & granati. Deinde liniatur cum basilicone:aut cerotis lenibus de adipibus communibus.

¶ Sanguis autem mortuus aut sanies si est subtus eas resoluatur cum adipe caprarum & sulfure:vt dicit Halia Et si nõ põt resolui findatur vnguis cum facilitate fissura obliqua:vt dicit Aui.& egrediatur quod est sub ea.

¶ Gibbositas & curuitas earum corrigitur supposito regimine & purgatione melencholie q̃ primo mollificen cum adipe ouium:aut cum dyaquilone. Deinde erigan donec equetur vt dicit Ras. Et si est necesse quia pũgũ scindantur & lamina plumbi superponatur vt prema

carnem:& teneat vnguem eleuatum.
¶ Si fuerit scissura & corrosio cum dyaquilone & oleo amigdalarum cum mastice & oleo de been:& vuis pas sis a granis suis mundatis. Et consilio Hali. cataplasmet: & cepa muris assata cum oleo onfacino laudat ab Aui.
¶ Vngues vero fedas & maculosas rectificat Ras. cum eruca & aceto. Et Aui. laudat glutē piscium & se. lini cū nasturtio:& proprie cum arsenico rubeo.
¶ Si autem predicta nō possunt corrigi cum medicinis: & nocet notabiliter auferat vnguis. & de medicinis for tibus ad eradicandum est oleum & oppoponacum & se rapinum:vt dicit Aui. Aut ꝑm Hali. sume visci quercini partem .j. cātaridarum partes. iiij. tapsie dimidiā partē. s. confice & appone. & si cum eis poneretur arsenicum & acetum esset melius:aut cum spatumine discarnetur. Et postq̃ ceciderit oportet ꝑm ꝗ dicit Aui. ꝙ ingeniet do nec magnificetur & nō tangatur. Sed custodiatur cum pileo de ere:aut de argento perforato:vt habeat respira mentum. Intra enim mensem nascetur vnguis bona.

¶ De ægritudinibus pectoris & mamilla rum Ca. V.

PECTVS ab extrinseco non habet ægritudi nes proprias:nisi que mamillarum. Mamille au tem qñq; patiuntur apata:qñq; cōgelationem lactis:de quibus dictū est in de apatibus supra qñq; enim habent exuberantiam lactis:& qñq; paucita tem de quibus tractant physici.
¶ Gratia tamen doctrine Gal. in de facili acquisibilibus docet attrahere lac dādo in potu vinum dulce decoctio nis raphani & radicis feniculi cum furfure. Et eum docet extinguere fomentando mamillas cum aqua marina:& aliis que possunt desiccare & stipticare.
¶ Qñq; patiuntur nimiā augmētationē:qñq; nimiā pu pille profundationē:de quibus ad chirurgicos sepissime habet recursus. Vt aūt nimis nō crescant mamille in iu uēculis nō tāgant:neq; fricent:sed teneant bene stricte:

& liniantur cum aqua frigida & aceto. Et si in illo dissolueretur argilla aut terra molaris bonũ esset & si poneret̃ alumem & galle & psidia fortius esset.

¶ Et ꝯm Gal. vbi supra: ꝙ acceptat Ra. si accipiat̃ ciminum puluerizatũ: & cũ aqua & aceto puluerizet̃: & superliget̃ ꝑ tres dies: & ꝑ alios tres ẽplet̃ cũ radice lilij melle & aceto ligãdo: & hoc faciẽdo ter ĩ mẽse summe valet.

¶ Si hoc tñ in viris accidit oportet eas iuxta cõsiliũ alb. incidere sup & subtus sectiõe lunari vna vel duabus sectionibus si est necesse. Et post excoriãdo incidat̃ & extrahat̃ illa pinguedo & suat̃: & vt cetera vulnera curentur. Qñ aũt papillus est ita ꝓfundatus ꝙ puer nõ põt cũ cõprehẽdere ponatur vẽtosa parua aut cupula glãdium calefacta: aut cum canula suggẽdo exterius extrahatur.

¶ De ægritudinibus parietis ventris Ca. vj.

PARIES ventris nullam patitur ægritudinem propriam nisi augmentum seu vmbilici eminentiã: quia de ydropisi dictum est supra. Eminẽtia vmbilici seu hernia ventralis quasi sequitur iudiciũ herniarũ testiculorũ: sicut dictũ fuit de illis in parte: & dicetur in sequentibus.

¶ Quod quedam est zirballis: quedam intestinalis: quedam aquosa: quedam ventosa. Et vltra hoc quedam est emborismalis sanguinea propter rupturam alicuius arterie seu vene ibi sanguinem mandantis.

CAVSA talium eminẽtiarum & signa sunt que herniarum & emborismi. ¶ Iudicatur tñ ꝙ in emborismali cum ferro tangatur: timor eñ magnus induceretur sup infirmum: vt dicit Alb. Et non solum in hac sed in omni hernia ventrali & vmbilicali est periculum operãdo cũ ferro. Melius eñ videtur mihi ꝙ preseruentur cũ empl̃is & ligatura ꝙ̃ ponere se in periculo incisionis. Nã loca illa male cõiunguntur ꝓpter naturã musculorũ: imo sunt aptissima ad ꝓhibẽdum & ad ꝓcidẽtiam intestinorũ q̃ difficilia sunt ad relocandum. vt. 6. terap. dicebatur.

CVRATIO tñ est duplex. vna cũ medicinis. alia cũ

ferro. Cum medicinis autem curatur & preseruatur: vt dicit Ras. ꝙ sumatur thus & conficiatur cum albumine oui & cũ cotone vel stupa inuoluatur: & super vmbilicum ligetur. Et si adderentur gale psidia: acatia: alumẽ: antimonium: charabe & cerusa: & alia que dicentur in ruptura inguinali esset melior cura & ciminũ & bacce lauri resoluũt ventosam & sulfur: & alia que dicta sunt in ydropisi & hernijs, curãt aquosaʒ & ventosam & carnosam. ¶ Cum ferro curatur zirbosa & intestinalis secundũ Alb. & Halia. & Aui. ꝙ erigatur patiens coram medico & retineat anhelitũ vt exeat quantum poterit eminentia. Et tunc signetur in circuitu eminentie cũ incaustro & resupinetur patiens & reuertantur intestina & zirbus ad intus: & incidatur in circuitu signati ꝑm primam partem: deinde cum vncino forti affixo in medio circuli signati & incisi eleuetur totum mirac. & ligetur cum forti filo: aut suatur: vt dictũ fuit in sutura ventris bene & fortiter cauendo ne cõprehendatur aliquid de intestinis. Et ad maiorem securitatem infringantur due acus in crucem & sub acubus fiat ligatura in quatuor partibus firmius se tenebit predicta ligatura. Et sic dimitte cũ sedantibus dolorẽ donec cadãt per se: & post vt alia vulnera sanetur. Verũtñ ipsi propter periculum intestini precipiũt ꝙ post primã ligaturã aperiatur medium eminẽtie: & cum digito perquiratur de intestino si est reductũ. Tediosa vero est operatio: & ego nunꝙ feci eam: quare eam subtilitati operantis derelinquo.

¶ De ægritudinibus ancharum & partium procedentium ab eis Cap. vij.

AEGRITVDINES partium ancharũ que proprie pertinent ad chyrurgicos sunt ruptura in didimo lapis in vesica: passiones virge: vt priapismus, clausio preputij circũcisio castratio hermofrosis passiones matricis: velut clausio & eius amplificatio tentigo & extractio fetus & secundine & molle. AEgritudines ani & eius clausio & exitus: & etiam matricis exitus.

¶ De ruptura didimali.

RVPTVRA ẜm intentionem Gal.in primo & secundo de ægritudine & sinthomate.est inflatio hernialis in qua intestinum aut zirbus dislocatur:& egreditur ab interioribus ad carnem miracis: proprie in didimo & osseo seu testiculorum bursa.Et sepius in ea descēdit monaculum intestinum:quoniam est solutum non ligatum:vt dicit Aui.Cuius tres sunt species:vt testatur ipsemet Gal.in de tumoribus preter naturam epiploalis & zirbalis.alia est intestinalis & cum his composita ex ambabus:& quelibet istarum qñq₃ est parua que nō transit inguinem.& talis vulgariter dicitur relaxatio. Aliquando vero magna que vsq₃ ad osseum seu bursa₃ testiculorum descendit:& talis dicitur crepatura ab Haliabate sermone nono partis prime.

CAVSAE autem immediate rupturarum sunt scissura aut dilatatio:vt dicit Aui.q̄ sepius contingit.vt Gal. in secundo de ægritudine testatur.Scissura autem proprie que fit a casu & percussione:aut motu & conamine laborioso aut clamore valido aut coitu inordinato. ¶ Dilatatio autem fit propter humiditatem lubrificantem & mollificantem:vt dicit Halia.aut propter debilitatē eorū:vt Aui.Et ista possunt moueri ī corpore a causis primitiuis iam dictis:vt vult Albu.adiuuante repletione & vsu cibariorum grossorum & humidorum & ventosorum vt Theodoricus.

SIGNA aūt cōia rupturarū ẜm Aui.est additio sensata & apparens descendens seu descensus rei alicuius in dindimo proprie apud motū & cōpressionē anhelitus & tussis & reuersio cum resupinauerit aut cum digitis compresserit locū:vt dicit Ras. ¶ Signum autē propriū eius q̄ est ꝓpter dilatationē meatus est ꝙ apparet paulatim in inguine: deinde de osseo descendit absq₃ motu laborioso. ¶ Signa aūt ꝙ ꝓpter scissuram est ꝙ subito & cū dolore venit:& multoties descēdit ad aliū locū q₃ per didimū inter carnem & miracis:aut ad bursam testiculorum;aut ad coxam & iuxta vuluam & superiora ventris & in vmbilico dictum est de ruptura ventrali.

SIGNIFICATVR autem quod illud quod descendit est intestinum: quia reducitur cum velocitate & quadam gurgulatione.

SIGNIFICATVR quod est zirbus: quia nõ reducitur ita velociter: neq; cum aliqua gurgulatione.

IVDICATVR quod qui habet rupturam non viuit sine periculo: quia si contingeret quod intestina caderent in osseum cum fecibus induratis nunq̃ retrocederent. & ita patiens moreretur: vt ego vidi. & Albu. testatur. Et ideo est securum quod faciat se curare: aut nũquam dimittat regimen neq; bracale.

¶ Iudicatur per Aui. quod fissuralis ruptura non curatur per desiccantia: neq; aliquo modo vt dicit Halia. 9. sermone partis secunde. Dilatalis vero aliquando per desiccantia proprie qñ est tenera & recens in pueris. Non tamen quando est dura & antiquata & in senibus. Qui autem eam dicunt sanare in quadã etate cum medicinis deceptores sunt vt dicit Theo. neq; ego vnq̃ vidi saltem magnam & completam. Et propter hoc miror de Lanfranco qui dicit se curasse cum medicinis vnum sexagenarium: & alium quadragenarium de magna & cõpleta ruptura. ¶ Iudicatur amplius quod curatio rupturarum cum incisione licet sit possibilis: est tñ ambigua & periculosa: vt dicit Albu. de spasmo propter dolorẽ de fluxu sanguinis ꝓpter incisionẽ: de lesione intestini propter corrosionem de amissione generationis ꝓpter testiculum: & ideo dicit Lanfran. ꝙ multi sapientes q̃suis curam scirent se intromittere recusarent. ¶ Cauẽdũ tamen est quod non attentetur cura per incisionem in homine debili & sene & male complonato & tussiculoso. Sufficit enim tales preseruare cum medicinis: & dimittere eos viuere cum sua claudicatione. ¶ Cauendum etiam est vt dicunt Brunus & Gui. de sali. ꝙ non attentetur cura per incisionem nisi per hominem qui viderit eam per bonum magistrum facere. Et cum hoc habeat bonum ingenium & iuxta se habeat instrumẽta ad hoc apta velut rasoria & spatumina vncos grossos & subtiles: cauteria diuersa: acus stupam cotonem oua pannũ

pul.rub.& omnia necessaria in hoc casu.¶ Tempus cõueniens isti operationi est ver & autũnus. Consiliũ etiã Gal.est quod anteq̃ attentetur ista operatio corpus sit bene mundificatum cum clisteribus & medicinis.

CVRATIO rupturarum fit dupliciter. Vno modo cum medicinis. Alio modo cum chyrurgia & manuali operatione.

CVRATIO aut saltem preseruatio cum medicinis intendit desiccãdo aggregare scissuram & dilatationẽ cum tribus. Primo si patiens est repletus q̃ euacuetur: secundo vt repletio & materia replens ad generãdũ inhibeatur. tertio vt fissura seu dilatatio constringat.¶ Primum cõpletur per flõiam si est necessaria.& per medicinas que purgãdo & laxando cõstringunt: sicut sunt mirabolani & pillule ipsorũ.¶ Secundũ completur per debitam administrationẽ sex rerum non naturalium. Et trium que sui generalitate sunt eis annexe: vt sunt aer cibus & potus: ianitio & repletio: somnus & vigilia: motus & quies: & accidẽtia anime. Obuiatio rerum extrinsecus occurrentium balneatio & sub diuo statio declinantes ad caliditatem & siccitatem temperatã cũ quadam subtiliatione & carminatione ventositatum & ꝓprietatũ consolidandi & aggregandi dilatata & disiuncta. Et quia de istis satis dictum est in de apostematibus phlegmaticis & aquosis atq̃ ventosis.

¶ Et satis dearticulatum fuit in quodam tractatu quẽ de ruptura feci: pro tanto de exquisita ordinatione predictarum rerum supersedeo de presenti.

¶ In summa tamen vult Aui.q̃ rupti dimittant repletionem & cibaria inflatiua: aut fabas faseolos lentes & olera: aut exemplificat Ras.dimittant etiam fructus recentes rapas panem crudum & azimum: carnes porcinas & pisces: caseum: lac non potent aquam puram neq̃ vinum nouum.

¶ Aqua ferrata & vinum grossum stipticum competit eis: balnea aquarũ dulcium nocent eis: auster & pluuia grauant ipsos. Non saltent neq̃ clament: non coeant: neq̃ bracale dimittant teneant ventrem lenem cũ sup-

positorijs clisteribus casiafi.tamarinidis aut dyacatholi cone. Sobrie & quiete viuāt maxime in brodijs offis & potu. In omnibus cibarijs ponant saluiam: post eorū comestionem vtantur drageta seminum: in qua sit nasturtium & coriandrum & id genus.

¶ Tertium completur per reductionem intestini cū manu & clisteri & balneo & vētosis & emplatione cum lenitiuis: & euaporatione cum pannis calidis & suspensione & leuatione cum tybijs: vel per tybias & anchas: si est necesse. Et ipsis reductis fomentetur locus cum aqua vino & aceto decoctiōis gallarum nucum cipressi & aluminis: deinde apponatur desuper emplastrum in loco in quo apparebat eminentia extēsum in aluta ad formam scuti. Et remuteē de.ix.in.ix.diebus. Et in eleuatione emplastri teneantur digiti supra locum: & mirac nō eleuaē propter adherentiam emplastri. Et fiat remutatio de mane anteq̄ surgat de lecto: & post emplastrum ligēē cum bracali artificialiter facto de pāno triplicato cum scuto paruo ꝓm inguinis quantitatem: & habeat bindellum ligatum retro & subtiliantem ante: aut econuerso & ligetur stricte. Et si bracale eum excoriaret defendatur cum pannis & cotone & vnguēto albo: & quando voluerit assellare portetur & teneat manum desuper: & nō coartet se nisi minus q̄ poterit. Quolibet autem mane administretur ei potio sua consolidatiua cum vino grosso: & ita quiescat per.50.dies. Et postea incipiat incedere paulatiue: & non dimittat bracale de alijs 50.diebus.

¶ Emplastrum constrictiuum rupture in quo omnes cōueniunt est de pelle arietina. Cuius forma. ℞. picis naualis.℥.v.colofonie.℥.iij. litargiri armoniaci opoponaci galbani bdelij masticis terebentine.añ.℥.j.boliar.sang. dra.gipsi thuris sarcocolle aloes succotrini mummie aristo.centauree vtriusq̄ consolide sumac berberis nucis cipressi gallarum psidie vermium terrestrium aña.℥.ij. sang.humani.℥.j.glutinis piscium visci quercini.añ ℥.j. &.ß.pellis arietine cocte cum aqua pluuiali & aceto: vsq̄ ad dissolutionem lib.ß.dissoluantur gumme cum aceto & conficiantur omnia cum glutinis liquefactis:

& fiat emplastrum.

¶Emplastrum aliud Raf. & Aui. & eum acceptat Brunus & Theodoricus: & est de pulueribus. ℞. nucis cipressi acatie gallarum balaustiarum. an. ʒ. v. dragaganti myrrhe sarcocolle thuris gummi arabi. an ʒ. iij. san. dra. boli armeni aluminis aloen mummie. an. ʒ. ij. puluerizent sub tilissime & cum aceto incorporentur & fiat empl'm: & applicentur cum panno aut stupa.

¶Potio ruptorum fit de tribus consolidis sigilli sancte marie vtriusque altee vtriusque plantaginis valeriane pimpinelle an. ℥. j. nucum cipressi nucis muscate cinamomi reubarbari ani fructus thamarisci: se. nasturcij cimini preparati cum aceto coriandri. an. ʒ. ij. sang. dra. thuris mastiscis mummie terre sigillate boliar. picis sarcocolle dragagan. an ʒ. j. fiat pul. de quo vtatur de mane. ʒ. j. cum quar. ℥. vini grossi.

¶Est etiam alter modus curandi rupturas in magno secreto mihi per quendam virum magnum eleuatus. Et est quod supposito bono regimine: vt dictum: iacente & quiescente patiente per. xxx. dies: & reductis intestinis accipiat quolibet mane & sero vnum scropulum: que est tertia pars vnius grossi de limatura calibis cum vino decoctionis epatice terrestris: & super locum rupture per. 50. dies de tertio in tertium remutando ponat empl'm factum de dyadamante grosso modo puluerizato: & cum apostolicon malaxando incorporato. Et post per alios. 50. continuet empl'm dictum de ruptura & ligetur cum bracali dicto. Et iussu dei erit curatus. Fundamentum istius cure est tota spes: quia in primis. 15. diebus adamas attrahit in loco rupture limaturam & in alijs. 15. diebus emplastrum. Et ideo reperitur super locum nodosa carnositas que est signum perfecte curationis.

¶De cura per chyrurgiam.

MODVS autem curandi cum operatione manuali intendit incidere carnem & didimum totaliter: aut secundum maiorem partem: & postea consolidare & in meatu carnem generare duram &

callosam:vt nihil descendere possit.Et talis intêtio com pletur per diuersos diuersimode.

¶Primus modus est cum incisiõe rasorij:vt ponitur ab Albu.& Hali.Rogerio & a suis magistris & a suo secta tore Iamerio & Bruno & Theodorico & ipsum Guilel mus acceptat;& fit ꝙ inuersato patiente supra discũ aut supra banchum:& bene ligato & reductis intestinis sin datur didimus ſm longitudinem;& discarnato didimo & testiculo eleuato versus ventrem suatur & ligetur fir miter didimus ita alte sicut erit possibile.Post incidatur & proijciatur testiculus:& ad maiorem securitatẽ cau terizetur pars didimi ligata & reponatur interius:& ca pita filorum remaneant extra & cũ albumine oui in pri mis:& post cum curatione aliorum vulnerum curetur.

¶Secundus modus est cum cauterio actuali & ponitur etiam ab Alb.& Aui.& a Rogerio & sectatoribus suis & a Bruno & Theodorico.Et fit ꝙ collocato patiente modo dicto & ducto testiculo vsqꝫ super os pectinis si gnetur locus ſm quãtitatem testiculi cum incaustro:& reducto testiculo per medium signi transuersaliter cau terizetur cum cauterio recuruo toties quousqꝫ ad os pe ctinis perueniatur:& post cũ albumine oui & cura alio rum vulnerum curetur.

¶Tertius modus est cum cauterio potẽtiali:& ponitur a Theodorico:& operatus est per magistrum Ioannem de crepatis bononie:& per magistrum Andream in mõ tepesulano;& magistrum Petrum de orliaco in auinio ne.Et per me ſm quod dicetur in sequentibus.

¶Quartus modus est cum ligamento:& ponitur a Ro gerio;& fit ꝙ cum acu imponatur chordula sub didimo ſm transuersum per medium loci signati:& paruo ligno supposito ligant totum didimum cum ligno & stringẽ do quotidie non cessant donec chordula libera exeat:& didimus cum carne fuerit incisus.

¶Quintus modus est per eleuationem didimi & caute rizationem ossis pectinis;& ponitur a Lanfran.& ꝓse quitur a magistro Petro de dya.Et fit ꝙ incisa carne mi racis apprehensa cum tenaculis latis eleuant didimum.

& cũ ligamẽto eũ denudãt,& cauterisant subtꝰ didimũ firmiter os pectinis:& postea vt cetera vulnera curant.

¶ Sextus modus est cum filo aureo:& eũ facit magister Bernardus metis.Et fit ꝙ incisa carne miracis ligant didimum aliquantulum stricte cũ filo auri & suũt vulnus & dimittunt intus filum:& ita longitudine constrictionis corrugatur & constringitur didimus.

¶ De istis modis videtur mihi quod primi quatuor sunt completi & absq; fallacia.Alij vero non sunt cum securitatis fiducia.Quod ꝓbatur ita:quia illi modi sunt perfecti & absq; fallacia in quibus non potest reuerti egritudo:& illi non:in quibus potest reuerti.14.tera.vt in proœmiali capitulo superius fuit allegatum:sed ꝑ quatuor modos primos nullo modo potest reuerti egritudo:& cum alijs duobus potest reuerti:quia per primos modos destruitur tota via & loco ipsius fit medium alterius generis:in quo nullum est foramẽ:vt patet per operationẽ ex facti euidentia.In duobus alijs remanet via cum foraminibus:licet strictificata.Non tamẽ indilatabiliter sed dilatabiliter cum sit carnosa magis ꝙ̃ ossosa.Sequit̃ ergo conclusio quod primi quatuor modi sunt ꝑfecti.Alij duo imperfecti:bene tamen credo quod in parua ruptura bene valerent:& forte in magna ad tempus:sed non semper vt etiam valeret cauterium:didimi cũ cauterijs pũctalibus triplicatis:vt docet Alb.quod post escaram dimittatur ita grossa & dura cicatrix:quod in loco stat scutalis strictorij.Et ista fuit intentio Theodorici & antiquorum omnium.quod non valet operatio nisi peruenerit vsq; ab pectinis ossa:taliter quod tota via sit annihilata:& si ipsi propter saluationẽ testiculi operãtur fallaciter non habent excusationem.Cum vno eñ testiculo vidi multos generare:& cum hoc de duobus malis minus malum est eligendũ.Et credo bene quod aliqua virtus sustentatiua remanet in testiculo saltim spũalis & influxiua ꝭm partium vicinarum traditionem:vt de transglutitis ĩ.5.tera.dicebat̃.Remanet aũt vt pꝭm cũ quadã desiccatiõe:vt experientia docet.¶ De illis aũt quatuor modis credo ꝙ ꝓ̃fati magr̃i reputauerũt securiorẽ illũ de-

cauterio actuali:illi aũt de rasorio nõ faciũt:nisi ĩ magna ruptura.Et hinc fit ꝙ Aui. de ipso non facit mentionẽ: imo quod est fortius:dicit quod nullo modo approxime tur huic ferrum. Verum quia ignis est terribilis:& mul ti in opere infirmant̃ pre timore ipsius ignis.Elegi mihi illũ de cauterio potentiali:in quo summe est cauendum ꝙ homo sit dñs de corrosiuo. Plus em̃ valet multiplica re vices ꝙ̃ ꝗtitatẽ:& arsenicũ in hoc obtinet pricipatũ. ¶Operatio em̃ ipsius vt de scrophulis dictũ fuit est for tis & valida:& si indocte applicat̃ cõmouet feb. & ac cidentia mala. In parua em̃ quantitate facit operationẽ magnam:maxime iuxta mẽbra principalia.Et ideo opꝫ ꝙ defendatur bene cũ aceto & solatro & aliis infrigidã tibus rebus & cũ bona dieta ac si haberent feb. Et eius operatio durat per tres dies:& propterea sufficit quod de tertio in tertium remutetur:& si ipsum corrigeretur: aut cũ opio aut cum solatri succo aut caulib̃ũ vt dicetur tutius esset.Et modus medius operandi cum ipso talis est.supposita dieta bona & purgatione resupinetur pa tiens & reducatur intestinum:& radatur tota inguinis pars illa:deinde adducatur testiculus superius quantum erit possibile supra os pectinis & signetur cum incau stro:aut carbone circuitus testiculi:& reducto testicu lo in bursa ponatur ruptoriũ ad quantitatem vnius par ue castanee:quod fit de calce viua & sapone molli cum modico de saliua super locũ signatũ in medio ossis pe ctinis prope virgam ad digitum vnum: & circuncide eum cum aliquo circulo de panno incerato: aut de ali quo glutinoso frigido taliter vt nõ transeat vltra signa tum & ligetur & firmetur cum bona binda voluente anchas & dorsum ad modũ bracalis:vt non moueat̃ de loco vbi ponit̃ vel vbi positum est.Et dimittat̃ ibi per vnũ diẽ naturalẽ.In crastinũ soluat̃ ligatura & remouea tur causticum & inuenietur eschara nigra.& tunc inci datur per medium vel in medio secũdũ transuersum ad quantitatem vnius grani ordei vel siliginis & fiat ca uerna vel fouea:in qua ponat̃ ꝗtitas medii grani frumẽ ti arsenici puluerisati repressi cum succis: aut cum

optio tantundem quantum erit arsenicum per se: aut inuoluto cnm modico cotone madefacto cum saliua: deinde cooperiatur cum cotone aut carpia: deinde inungatur circuncirca cum populeone. Et desuper totum ponantur panni infusi & expressi in aqua & aceto: aut cū ouorum albumine: & ligetur cum binda scutali in bracali simplici de duabus telis suta. Et post firmata retro in bracali & iaceat supra dorsum infecto de mataratio: & licet qualibet die possint panni renouari & semper probari quod intestinum sit reductum corrosiuum: tamen non remoueatur de duobus aut tribus diebus vsq₃ quo dolor fuerit quietatus.

¶ Et tunc corrosiuum remutetur iterum augmentando foueam magis lacerando quam incidendo propter sanguinem: & ponatur de puluere vt prius. & remoueatur de escara in circuitu quantum erit possibile: vt libere videatur & operet̄ in profundo: & ita cōtinue fiat quousq₃ caro miracis tota sit corrupta vsq₃ ad didimū: quod cognoscitur per inflationem burse testiculorum: & per dolorem partium posteriorum & quod in fissura videbitur substātia alba: & erit didim⁹ ita strictificatus q₃ digitus non poterit intrare per bursam ad didimum vt solebat: neq₃ ex tūc intestina possunt descendere, si incidere vellet. Et hoc communiter est factum in duabus septimanis. Post vero si placet procuretur casus escare & carnis cū axungia porci: aut butyro seu aliquo vnctuoso per vnam septimanam. Et qn̄ ceciderit escara videbitur didimus albus ad modum vnius canalis. Et tunc facta proba intestinorum & munitis circunstantijs carnis: vt non tangantur a corrosiuo ponatur de puluere arsenici magis depressi: & in minori quantitate cum cotone super didimum. Et defendatur ac etiam mitigetur cū fortioribus: vt est oleum papaueris iusquiami mandragore: eo quia didimus est magis sensibilis quam caro: & maiori indiget mitigatione: & magis cauta operatione propter venas & neruos que sunt in eo: & ipso ita preparato stet vsq₃ ad secūdam remutationem & tunc findatur s̄m longum. & in fouea imponatur de pul. cum

cotone:& hoc ita continuet quousq; totus didim⁹ aut maior pars eius sit corrupta:quod cōiter erit in duabus septimanis.Et cognoscetur per maiorem tumorem testiculorum:& maiorē dolorē dorsi: & partiū posteriorū. Et si necessariū est propter magnitudinē didimi vt melius corrodatur facere duas aut tres fissuras. fiant ꝑm longitudinem in quibus ponatur de corrosiuo cum cotone semper.Et si tunc consideraret ꝙ aqua descendisset in osseum imponatur proba per mediū didimi versus bursam;& ab ipsa cum manu eleuata aque extrahatur: & post procuretur escare:vt dictū est.Et qñ locus erit mūdatus & apparebit caro rubea incarnetur locus & curetur curatione vulnerū aliorū. Et postq̄ erit vulnus incarnatū incipiat incidere paulatiue:& portet bracale & ligaturam per xxx.dies.

¶ Magister aūt petrus qui ī mei presentia curauit xxx. nullum faciebat quiescere.Sed ire per villam continue vt obliuiscerentur molestiæ corrosiui: quod non laudo nisi intestinū penitus esset retentū.Et in operando licet incidere in circuitu escarā q̄tum sibi erit possibile:nullo modo ꝓcurabat casum ipsius vsq; in finem que cadebat per se:nihil ponēdo in foramine a principio vsq; ad finem;nisi carpiam cum pannis & ligamine. Erat enim intētio sua ꝙ escara defendebat carnē a corrosiuo;quod non reputo securum:quia stante escara satis est difficile scire qñ erit realiter operatio in dindimo:qñ autē est remota escara tactus & oculus testificantur veritatē:tempus vero totius sue operationis erat octo septimanarū. Ego vero abbreuiaui sibi eam de tribus septimanis saluo pluri, si semper remanet escara carnis. Verum post ipse audiens quod ego ad maiorem certitudinem in cura domini Ludouici brissiato Dalphinatus viennensi. post primam didimi aperturam posueram cauterium curuum cultellare ipse vsus fuit a principio totalis operationis in qualibet remutatione:vel de tertia in tertiā cum cauterio.& dicebat quod iuuabat ad tria:ad fluxū sanguinis:& ad profundandum magis sine abscissione escare; quia cauterium consumebat eam.Et cum hoc

gradus suos causa effectiua generatiōis lapidum. Grossi ties tamē materie est causarum maior: vt dicebat valēs Serapio vbi supra: & ita nulla est contradictio inter doctores vt apparet.

CAVSA TVR AVTEM MATERIA ipsius ꝑm Aui. a crapula & indigestiōe & regimine grosso: vt infra dicetur de dieta.

¶ Causa autem retentionis materie est debilitas expulsionis & viarum oppillatio.

¶ Causa autem caliditatis excessiue est labor renum & vesice & calefacientium vsus.

SIGNA LAPIDIS RENVM ꝑm Hali. sunt egressus paulatiuus vrine turbide & harenose harenulis rubeis cum quodam ardore: & dolor māsiuus renum & iliorum qui multoties pertingit ad testiculos crura & pedes cum quadam obdormitatione a parte renis infirmantis. Si autem mingitur retētum quid lapidosum per naturam: aut per propria farmaca: quomodo vero relinquitur vltra. Digestio enim habetur & cure principium sexto interiorum.

SIGNA autem lapidis vesice sunt dolores vesice pruritus virge: & maxime circa caput ipsius. Et sepissime eius erectio & declinatio vrine cruditas albedo & tenuitas harenarum albedo & vrinandi difficultas: & cum hoc si dubitatur resupinetur patiēs & eleuatis coxis cōcutiatur & minget. Aut cathirum quod est immissoriū in virgam intromittatur & lapis tāgatur & retrocedet & minget. Hec omnia notitiam dant lapidis: & vias curationis ostendunt: vt in primo interiorum deducitur in exemplum. Adhuc patiente bene curuato & altera manu pectine bene impinto: si digitus in ano ponatur sentietur lapis durus nō mollis & retrocedet & minget. Et cum hoc vt dicit aui, lapis in vesica qñqꝫ perducitur ad tenasmonem & exitum longaonis: & quoties mingit lapidosus statim mingere desiderat.

¶ Dolor renum in principio multum assimilatur dolori colico: propter quod doctores inter ipsos multam fecerunt distinctionem. Nihilominus quia ꝑm illud non est

magna differẽtia auxiliorum puta mitigatiuorum: licet in hoc ꝙ post differentibus indigeant non est multum in hoc insistendum interiorum sexto.

DIFFERVNT autem lapides renum & vesice: vt etiam ipsemet dicit Aui. nam lapis renū leuior est & minor declinans ad rubedinẽ: vesice vero durior & maior valde: declinans ad albedinem.

¶ Iudicatur per Hyp. in sexto epidimiarum. Nefreticos non vidi sanatos supra. 50. annos & sexto affōrum. Nefretici & qui circa vesicam dolent laboriose in senibus sanātur: debiles em̄ sunt; & ideo cum his passiōibus cōmoriuntur vt dicit Gal. in commento.

¶ Iudicatur per Gordonium: ꝙ qui habẽt vrinam grossam & harenosam raro incurrunt lapidem. Sed si subito efficitur tenuis; significat lapidem generatum cū alijs signis.

¶ Amplius dicit Aui. ꝙ lapis renum & vesice est ex his que hereditantur

¶ Propterea dicit ꝙ senibus plus aduenit lapis renū ꝗ̄ vesice. Et infantibus & qui sequūtur eos cōtrarium; vt maxime tamen euenit inter infantiam & pubertatem.

¶ Amplius dicit quod parum accidit lapis mulieribus in vesica & lapis renum vt dicit: etiam est de ægritudinibus habẽtibus paroxismum: & spatium eorum est de mense ad annum.

¶ Amplius dicit ꝙ lapis paruus in vesica magis est ꝓmptus ad retinendum vrinam; quia figitur citius in meatu ꝗ̄ magnus qui velociter remouetur a meatu.

¶ Qui habet lapidem in renibus aut vesica non viuit sine periculo. nam si retineatur & claudit meatus ducit ad ydropisim & ad mortem. Et in renibus non debet incidi in vesica est periculosa incisio de spasmo & fluxu sang. & fistulatione. Et propterea periti istam operationem cursoribus reliquerunt.

¶ Amplius dicit Alb. ꝙ lapis magnus non potest incidi sine periculo vesice: paruus autem propter periculū non comprehendendi eum. Si ergo incidendus est: mediocris est incidendus.

gradus suos causa effectiua generatiōis lapidum. Grossi ties tamē materie est causarum maior: vt dicebat valēs Serapio vbi supra: & ita nulla est contradictio inter doctores vt apparet.

CAVSATVR AVTEM MATERIA ipsius ꝯm Aui. a crapula & indigestiōe & regimine grosso: vt infra dicetur de dieta.

¶ Causa autem retentionis materie est debilitas expulsionis & viarum oppillatio.

¶ Causa autem caliditatis excessiue est labor renum & vesice & calefacientium vsus.

SIGNA LAPIDIS RENVM ꝯm Hali. sunt egressus paulatiuus vrine turbide & harenose harenulis rubeis cum quodam ardore: & dolor māsiuus renum & iliorum qui multoties pertingit ad testiculos crura & pedes cum quadam obdormitatione a parte renis infirmantis. Si autem mingitur retētum quid lapidosum per naturam: aut per propria farmaca: quomodo vero relinquitur vltra. Digestio enim habetur & cure principium sexto interiorum.

SIGNA autem lapidis vesice sunt dolores vesice pruritus virge: & maxime circa caput ipsius. Et sepissime eius erectio & declinatio vrine cruditas albedo & tenuitas harenarum albedo & vrinandi difficultas: & cum hoc si dubitatur resupinetur patiēs & eleuatis coxis cōcutiatur & minget. Aut cathirum quod est immissoriū in virgam intromittatur & lapis tāgatur & retrocedet & minget. Hec omnia notitiam dant lapidis: & vias curationis ostendunt: vt in primo interiorum deducitur in exemplum. Adhuc patiente bene curuato & altera manu pectine bene impinto: si digitus in ano ponatur sentietur lapis durus nō mollis & retrocedet & minget. Et cum hoc vt dicit aui, lapis in vesica qn̄q₃ perducitur ad tenasmonem & exitum longaonis: & quoties mingit lapidosus statim mingere desiderat.

¶ Dolor renum in principio multum assimilatur dolori colico: propter quod doctores inter ipsos multam fecerunt distinctionem. Nihilominus quia ꝯm illud non est

magna differētia auxiliorum puta mitigatiuorum: licet in hoc ꝙ post differentibus indigeant non est multum in hoc insistendum interiorum sexto.

DIFFERVNT autem lapides renum & vesice: vt etiam ipsemet dicit Aui. nam lapis renū leuior est & minor declinans ad rubedinē: vesice vero durior & maior valde: declinans ad albedinem.

¶ Iudicatur per Hyp. in sexto epidimiarum. Nefreticos non vidi sanatos supra. 50. annos & sexto affōrum. Nefretici & qui circa vesicam dolent laboriose in senibus sanātur: debiles em̄ sunt: & ideo cum his passiōibus cōmoriuntur vt dicit Gal. in commento.

¶ Iudicatur per Gordonium: ꝙ qui habēt vrinam grossam & harenosam raro incurrunt lapidem. Sed si subito efficitur tenuis: significat lapidem generatum cū alijs signis.

¶ Amplius dicit Aui. ꝙ lapis renum & vesice est ex his que hereditantur

¶ Propterea dicit ꝙ senibus plus aduenit lapis renū ꝗ vesice. Et infantibus & qui sequū:ur eos cōtrarium: vt maxime tamen euenit inter infantiam & pubertatem.

¶ Amplius dicit quod parum accidit lapis mulieribus in vesica & lapis renum vt dicit: etiam est de ægritudinibus habētibus paroxismum: & spatium eorum est de mense ad annum.

¶ Amplius dicit ꝙ lapis paruus in vesica magis est pmptus ad retinendum vrinam: quia figitur citius in meatu ꝗ magnus qui velociter remouetur a meatu.

¶ Qui habet lapidem in renibus aut vesica non viuit sine periculo. nam si retineatur & claudit meatus ducit ad ydropisim & ad mortem. Et in renibus non debet incidi in vesica est periculosa incisio de spasmo & fluxu sang. & fistulatione. Et propterea periti istam operationem cursoribus reliquerunt.

¶ Amplius dicit Alb. ꝙ lapis magnus non potest incidi sine periculo vesice: paruus autem propter periculū non comprehendendi eum. Si ergo incidendus est: mediocris est incidendus.

¶ Caueat quicunq̧ vt non intromittat se de incisiõe lapidis nisi sit expertus: & hoc viderit a bono magistro: vt dicunt Brunus Theodoricus & Guilel. & habeat instrumenta ad hoc apta: rasorium & vncinum grossum cauatum: & tenaculas longas: filum & acum. cotonem & pannos: oua puluerem rub. & omnia necessaria in promptu.

¶ Caueat etiam ne incidat hominem antiquum debilẽ: & cachochimum timidum & dolorosum. Etas ad incidendum melior est quatuordecim annorũ: vt dicit Lanfrancus.

¶ Tempus congruum ver & autumnus.

CVRATIO lapidis est duplex ſm ꝙ lapis est quidam qui rumpi potest cum medicinis. Quidam qui non potest rumpi: imo oportet ꝙ incidatur saltem in vesica aut transponatur: vt dicitur in tertio tegni. Est tamẽ cõsilium Ras. ꝙ experiatur cum medicinis longo tempore anteq̧ accedatur ad incisionem.

DVPLEX EST autem curatio cũ medicinis: quedam est preseruatiua: quedam proprie curatiua de mẽte Ras. in libro experimentorum. Stat enim preseruatiua intentio in prohibitione causarum: puta grossorũ humorum caliditatis loci & constrictionis viarum. licet G. videatur in sexto epidimiarum ꝙ exclusa prohibitione caliditatis: vbi non multum excedit vt dicit. Alie due prohibitiones sunt sufficientes defendere renes & vesicam a calculo. Optimum inquit est humores quidem subtiles esse & corpora renum mollia apud exitũ. Et si vtraq̧ hec custodierit nunq̧ generabitur lapis. Nũc autem iste due intentiones perficiuntur vnico genere farmaci vel diete puta attenuantibus in sexto sanatiuorum. Ego em̃ inquit de subtilianti dieta nefreticos vidi non paucos. Alios quidem omnino cessare in attenuante dieta: alios vero moderatiores apparere. Et causam illius denuntiat in libro de euchimia subtiliatiuorum farmacorum opus est obstruere strictos exitus & incidere & subtiliare & expurgare id quod adheret grossum & viscosum ex humoribus. Verũ in eorũ approximatiõe est ꝓuidendũ: n ā

debite approximata curant a calculo. Indebite vero lapidem creant iuxta illud probleumatum prima & quarta de generatione animalium. si tantum facit plus non facit magis coutrarium. Et istud regulat qualitas & q̃ꝑtitas non omittendo tempus auxiliandorum in primo ad glauconem: & tertio tegni. ¶ Altera igitur pars preseruatiua istius accidentis que per dietam stat in debita administratione sex rerum non naturalium & trium que sui generalitate sunt illis annexe: vt sunt aer cibus & potus inanitio & repletio motus & quies somnus & vigilia & accidentia anime obuiatio rerum ab extra & balneum & sub diuo statio declinatio ad caliditatem & siccitatem cum subtiliatione. verum quia Gal. quantū ad cibos eam pertranstulit in libro de subtiliante dieta pertractationē exquisitam omitto de presenti. In summa tamen dico quod dimittantur omnia que possunt lapidem generare velut sunt vt dicunt Ra. & Auic. cibi grossi qualis est panis azimus & crudus carnes vaccarum & auium paludosarum & pisces & fructus acetosi & virides caseus proprie humidus & omnis res ex lacte condita. Et aqua turbida: & vinum grossum atq; turbidum. & generaliter omnes res grosse & viscose & difficilis digestionis & omnis repletio & vita crapulosa. Et ita assumabat Ras. in libro diuisionū quod Haliab. in primo secūde partis concedebat. Custodia inquit a lapide est propter diuisionem ciborū viscosorū & assiduationem seminum mundificantium renes & abstinētia a somno super collum & longitudine stricture cinguli & a multitudine equitationis & labore dorsi. ¶ Et quod vtatur vomitu cum est repletio. Et hermes dicit vt Arnaldus & consiliator testantur quod imago leonis sculpta in auro purissimo sole exñte in leone luna saturnum non respiciente nec ab eo recedente in bracali aut in zona vituli marini aut leonis portata preseruat a calculo. Et sigillatū olybanū aut sanguis hircinus preparatus cū eadem figura & hora dicta puluerisatū datum cum vino statim lapidē frangit & mingere facit. ¶ Que vero per farmaca fit stat in recto vsu euacuātiū & lauā-

tium poros. Euacuantur enim si sunt plectorici cum flebothomia basilice & saphenarum si est necesse. Si vero adest cachochimia purgatio bina est necessaria per vomitum videlicet & secessum. vomitus autem non solū diuertit: sed euacuat materiam antecedentem flegmaticam generatam in stomacho que in diurno accessu ad renes parata erat lapidem causari. Istum vomitū Hyppo. semel in mense decernit quinto vtilia. G. testante & Aui. in plerisq; locis.

¶ Per secessum vero fiat euacuatio in vere & in autumno: vt quādo est necessitas predigerēdi materiam flegmaticam cum simplici oximelle in tertio regimenti: aut cum squillitico seu diuretico; vt heben Mesue ponit. Et si fortius vellet cum syr. radicum v. herbaiū capillariū. atq; saxifragie tribuli marini & campestris clauellarie: calamenti ysopi granorum iuniperi baccarum hedere se. feniculi: apij: petro. ameos dauci cū seminibus frigidis maioribus: nardo: squinanto: aut floribus camomille: genestre cum aceto squillitico seu passulato: & de melle vel zucca. ad libitū fiat syrupus: quod cum aqua cicerum administretur. Digesta materia euacuari potest cū pillulis de agarico: aut cum benedicta seu cum dyacatholicone.

¶ Post autem euacuationē eundū est secure ad lauantia & aperientia meatus. Sunt autem duplicia in genere farmaca ad hoc apta. Quedā autem sunt moderate virtutis velut ficus amigdale fistici fructus capparis passule & similia que in pluri vsu & in principio tute possunt administrari de mente Gal. nono tera. & alimentorum secundo eo q; nō habet virtutē properātem intempestiue cibū ad epar & membra vrinatiua. Et eodē modo possunt administrari cressones. nā virtutem habent dyaforeticam vrinatiuam: atq; lapidis vesice frangitiuā in octauo farmacorū. Et vrticas laudat Aggregator: & hoc Auenzoar confirmat. Alia vero sunt magis violente virtutis velut sunt pulegium feniculū ius cicerum nigrorū & silia que in raro vsu: & correcta & longe a cibo debent administrari ne aduiēdo sang. & renes calefa-

ciendo ledant. Et ne velocitate lationis cibum indige=
stum deducatur ad epar & loca vrinatiua. vt est de mẽ
te G. quarto & sexto sanatiuorum. ¶ Huius autem intẽ
tionis est pureta cicerum magistri Arnaldi que remo=
lita per noctem in dulci aqua cum eadem de mane duo=
bus feruoribus bulliantur cum pauco petrosillo: & addi
to modico de pul. nardino & croco & vino albo colato
administretur. Multi vero addunt de gramine munda=
to. Alij de cimino in hyeme. Nonnulli in estate succum
limonum: aut arantiorum & se. melonum. Mundificat
enim talis pureta venas capillares epatis & renum mea
tus: & ita preseruat a calculo vt affirmat. Ad istam etiã
intentionem fiunt vina diuretica in quinto sanatiuorũ
cum betonica & cestro quod saxifragiam vocãt latini:
quidam vero studiose immittunt spicã nardi. Alij vero
alia quidã vrinationem mouere queuntia. ¶ Cõposita
autem pharmaca ad hanc intentionẽ sunt dyacalamen
tum & dyaspoliticum in quarto sanatiuorũ: ꝙ Aui. in
quinto & Serapio in septimo breuiarij dyaciminũ vo
cant. Interim autẽ caliditas locorũ potest corrigi cũ
oleo ro. violaceo & scorpionum. Et epithimate sandali
no & aquarum frigidarum a nimio excessu cauendo.
¶ Tempus aũt iam est aggredi curatiuã descriptionem
cum medicinis. Per medicinas aũt easdem hec curatiua
intentio cõpletur: que & preseruatiua. Galeno in intro
ductorio testante. Quecunqꝫ inquit sanãt passiones iam
fientes hec & anteqꝫ fiant prohibent consistere. Et quar
to sanatiuorum. eadem est custodia futurorum laborũ
& correctio iam generatorum: licet gradualitas varie=
tur fortioribus tamen indiget lapis vesice qꝫ renum: vt
dicit Auicen. ante omnia igitur in actu curatiuo incipiẽ
dum est a clisteri lenitiuo. Post hoc dolore infestãte pre
paretur balneum eucratum in quo decocta sint molliẽ=
tia temperate rarificantia & dolorem sedantia qualia
sunt secundum Arnaldum linguæ canis M. iiij. berule
M. ij. senationis M. j. apij M. ß. leniter quassata bullian
tur vnico feruore in aqua simplici: deinde totum in cõ
cham projciatur & addatur vini albi lib. vna & cum

fuerit citra tepidum sedeatur sic quod aqua fere attingat vmbilicum: hoc enim notabiliter operatur mitigando dolorem & vias atq3 meatus dilatando & lapidem educēdo. Dū tamen approximetur moderate. Post hoc autem vt tutius pharmacis comminuentibus maxime fortibus vti possit laudo lenitiuam euacuationem materie antecedentis qualis est casia fistula: aut dyacatholicon: silendo pro tunc de medicinis attractiuis: vt consulit Aui.

¶Euacuato & linito ventre danda sunt comminuētia lapidem. Et melior hora approximationis eorum est in exitu balnei: de quorum cathalogo est decoctio ciceru̅ & decoctio graminis in sexto simplicium. Et que non sunt multum calida cum hoc quod incidere possunt meliora sunt: queādmodum exemplificatur in quinto eorūdem radic. sparagorum & rubus ac betonica polium & rubea & vitrum combustum quod summe in hoc commendauit magister Bertutius bonoñ. Aui. vero enumerat radic. costi. radic. rubi. sem̄. altee: radi. tribuli: apium cardum scolopen. caprine: virgam pastoris pentafilon polium camepitheos: radicem raphani & achori: & ciperi grana piperis. Et lapidem iudaicum cinerem scorpionis leporis & sanguinem hirci & fimum galli atq3 columbi: & scarabeos exsiccatos & cantarides multi vero commendant grillos & cicadas. Caueatur tamen in istis quod sint bene correcta & quātitas sit parua: quia vlcerant vesicam.

¶Et ex istis possunt fieri composita dūtaxat vt docet Aui. quod in composito aggregentur quinq3 virtutes: mollitiua vc3 & penetratiua & moratiua & confortatiua & cōminutiua velut ipse ordinat syrupū ad hoc iuuatiuum quod ℞. milij solis ʒ. v. capilli veneris. ʒ. vij. petrosilini. ʒ. iiij. ficus alb. vij. in numero decoquantur cum vij. lib. aque donec remaneat lib. j. & bibatur lib. ß. post exitum a bal.

¶Et nobilis Serapio dictauit expertum & sublime medicamen ad frangēdum lapidem. Cuius forma. ℞. se. melonum mundum milij solis dauci vitri cōbusti añ partes

equales terantur & cribellenť & dentur ex eo drachmæ iij.cum aqua decoctionis ciceris nigri.
¶ Dominus Napulio cardinalis pro ista dispositiõe vtebatur tali aqua.℞.philipẽdule li.vj.radi.achori li.iij.saxifragie cum radic.q̃tum de omnibus cõquassentur & ponantur in alembico fiat aqua detur.℥.j.
¶ Auenzoar vero vir magne experientie facit hoc electuarium.℞.lapidis iudaici gummi cerasorũ lapidis spõgie corticem melonum liquiritie aÑ.℥.iiij. auellanarum ℥.j.dauci vitri vltramarini combusti cum akitram aut alhasce aÑ.ʒ.x.pinearum mũdatarũ amigda.excoriatarũ aña.ʒ.vj.syrupi de liquiri.quod sufficit.fiat electuarium & in qualibet lib.ponantur.ʒ.ij.optimi balsami qui in hoc vt dicit est de melioribus medicinis seruetur in vase vitreo.Dosis est oĩ mane.ʒ.vj.cum sirupo violaceo & quadruplo aque calide.
¶ Magister Arnaldus pro isto casu hanc medicinam domino de bellioco dictauit.℞.milij solis ameos anisi maratri carui dauci petro apij cimini aneti leuistici cardamomi piperis lõgi sileris montani se.papaueris se.melonum se.malue granorum iuniperi baccarum hedere se.sparagi nucleorum persicorum aÑ.par.j.radic.saxifragie ℥℥.galãge cinamomi spice nardi calami aromatici liquiri.rase ciperi achori sandal.al.ru.lapidis iudaici lapidis spongie rasure eboris maxillarum lucij aÑ.par.mediam cicadarum preparatarum quartam vnius partis san.hirci ꝫm doctrinam Alexandri preparati partes.ij.fiat pul. de quo detur de mane.ʒ.j.cum vino albo.
¶ Rasis autem talem confectionem ad hoc dictauit & est fortis.R.se melonum carpobalsami se.raphani dauci petrosilini aÑ.partem.j.corticis radicis capparum.corticis radicis oppoponacis amigdalarum amararum baccarum lauri squinanti ciperi spice casieli.scolopeÑ. harmel.gentiane aristologie ro.assari cordu dumeni bdelij armoniaci serapini mirrhe piperis achori aÑ.partem ß. dissolutis gummis in vino subtili fiant pillule.dosis.ʒ.ß. cum aqua ciceris . Et quandoque fortificatur illud medicamen cum balsamo.balsamus enim frangit la-

pidem vt testatur G.sexto simplicium.
¶ Et Aui. dat fortius medicamen quod expertum est vt dicit. ℞. cineris vitri cineris scorpionum cineris radicis cau. communis: ciceris leporis lapidis spongie san. hirci cineris corticis oui lapidis iudaici gummi nucis achori partes equales: petrosilij dauci pulegij gummi ara. se. altee piperis. añ. partem. j. & . ß. conficiantur cum melle & conseruentur. dosis sit vsq; ad. ʒ. iij. cū aqua decoctionis tribulorum & cinerum nigrorum.
¶ Et herbe & ra. diureti. cum pauca quantitate cantaridarum syrupate. & laudantur a Guil. de saliceto.
¶ Et aqua illarum distillata erat cōsueta magistro Odoni de Lugduno. vsus autem communis cum vino calido lintontripon administrat.
¶ Post autem administrationem medicine frangētes & educentes lapidem laudatur inunctio cum oleo scorpionum q̄m vt dicit Auic. in quinto cañ. scorpiones in suis naturis sunt lapidibus generatis in renibus & vesica sicut carnes vipere veneris reptilium venenosorū. Et emplastra fiant desuper vt dicit & precipit Thadeus cum lenationibus paritaria folia cucumeris siluestris foliorū maluarum caulium porrorum morsus galline & id genus. Aut cum cerato sedatiuo dolorum vt ponit Theodoricus. ℞. olei camomille. ʒ. ij. olei ros. ʒ. j. vitellorum ouorum crudorum. ʒ. iij. conficiantur & cum panno applicentur.
¶ Et commotiones per equitationem & ascensiones & ventosationes ab illo vsq; ad vesicam. Et euaporationes cum oleis calidis ruthe castorei laudantur ab Auicenna.

¶ De arte mingendi cum medicinis.

PROVOCATVR VRINA denegata cum ꝓuocantibus dictis maxime in q̄bus cantarides ponūtur iuxta doctrinā G. tertio farmacorū & cōplexionum. Et Ras. nono Almāsoris in balneo administratis & cū embrocis empl'is vnctionibus & humectationibus applicatis

catis supra pecten virgam & peritoneum & in virgam & in vesicam intromissis proprie quando causa denegationis est in vesica. Et magister Iordanus faciebat iniectiones & syringatiões infra vesicam cum balsamo. Et Theodoricus cum petroleo. Aui. cum oleo scorpionum & nõnulli cum stercore columbino in lixiuio dissoluto aut colato.

¶ Alij vero prouocant vrinam denegatam inungendo pecten & renes cum axũgia cuniculi aut cum galbano posito super caput virge: aut allijs aut cepis aut fiat suppositorium de sale gemme aut imponendo pediculũ seu cimicem in foramine virge. Item radix raphani & lapacij petrosilij & vrtice cocta cum vino & cum oleo frixa & super pecten applicata communiter laudantur in vrine prouocatione. Et si cum medicinis non potest mingere recurrendum est ad instrumenta vt statim dicet. Nũc iam vereor vlterius ampliare sermonem in medicinis. hora autem est trãsire ad actum curatiuum cum manuali operatione.

¶ De cura cum manuali operatione.

DVPLEX AVTEM EST CVRA que per actum manualem fit. quedam est palliatiua: quedam vero proprie curatiua. Palliatiua proprie habet locũ quando lapis est nimis magnus: ita ꝙ non potest duci ad collum vesice: in quo salubrius potest fieri incisio cum sit carnosum: vesica vero est neruosa & locus vrine & non consolidarentur imo ipsius incisio est mortalis: Hyp. in sexto aftõrum testante. Aut si est in antiquo aut in corpore non potente neq; volente sustinere incisionem. Et completur ꝙ patiens ponatur in balneo mollificatiuo: deinde cum cathatyro. i. intromissorio aut argalia seu syringa inuncta cum butyro aut aliquo suaui oleo intromissa per virgã impingatur de collo vesice vsq; ad fundũ ipsius: aut cũ digitis preparatis & inũctis intromissis per anũ: idẽ fiat. remanere eñ põt in fundo per. 40. an. vt dicit Theodoricus aut ꝑ longũ tp̃s vt dicũt alij. Est aũt

cathatyrum intromissorium lõgũ & subtile sicut ꝓbaꝰ. in fine cuius põt esse nodulus & intrinsecꝰ nõ offendat.
¶ Argalia seu syringa est canula illiusmet longitudinis & gracilitatis forata in puncta & in lateribus in summitate eius est lata ad modum emboti: in qua potest ligari bursa corij seu vesica porci vel arietis: & quedam est cũ vite: quedam sine vite: aut ad modum clisteriorum.

¶ De arte mingendi cum instrumentis.

MODVS autem mingendi cum instrumẽtis est ſm Halia. nono sermone partis secunde: & ſm Aui. & Alb. ꝙ posito patiente super sedẽ & ipso balneato aut fomentato cum aquis & oleis intromittatur instrumentũ. deinde per virgam extensam versus ventrem suauiter vsque quo sit prope anum: deinde declinetur virga cum toto instrumento versus inferius vt dirigatur instrumẽtum versus vesicam que facit hic reduplicationẽ donec sentiatur eum cadere in vacuum. Et tunc intelligatur esse in vesica. Et si cum isto instrumento fuerit virgula: aut filũ lane extrahatur & egredietur tunc vrina & humor ille si quid impediebat vrinam: ꝙ si propter fricationem lesa fuerit via & euenerit sanguis collirium album cum lacte mulierum immittatur.

¶ De incisione lapidis.

CVRATIO vero lapidis per incisionem fit ſm prefatos magistros: & illud quidẽ ego vidi ꝙ in primis euacuentur intestina cum clisteri. Et in crastinum ieiuno stomacho patiẽs faciat vnum saltũ vel duos vt lapis descẽdat. Et tunc situato patiente reuerso super discum vel super genua alicuius fortis ministri curuent coxe & ligent fortiter cum collo & teneãtur ampliate ne possint se mouere hora operationis: & tunc imprimito ventrẽ super vesicam cum pugno & impositis digitis per anum vt dictum est ducatur pro posse lapis ad collum vesice inter anum & testiculos & tunc ſm incessum rugarum loco remoto aliquantulum a parte sinistra a cõmissura quia in ipsa est locus mortalis vt dicit Aui. incidat cum rasorio vsqꝫ ad lapidẽ tm̃ ꝙ lapis cũ vnco concauo possit extrahi cũ facilitate: & ipso extracto & purificato loco suat

vulnus & super ipsum pul.ru.ponatur & albumen oui. Et ligetur firmiter & collocetur in lecto & non soluatur vsq; ad tertiũ diẽ: vt precipit Rogerius: & cum dyapalma vt cetera vulnera curetur. Ita autẽ curatur in viris. In mulieribus vero raro accidit lapis in vesica: & q̃n fit per impositionem digiti in matricẽ: vt dictum est curat. Nonnulli vero vt Rogerius post incisionẽ ponunt vitellum oui in hyeme & albumen in estate. Et quatuor magistri farinam cum stupis. ¶ Tempore autem cure parũ potent: & vinum non album sed rubeum stipticum cũ aqua ferrata limphatum: & comedant sobrie: & cibaria electa paucarum superfluitatum. Si autem contingit quod lapis propter eius paruitatem venerit ad virgam ligetur versus vesicam vt non recedat: & postea suggẽdo extrahatur: aut tenacule longe & graciles imponantur & capiatur & extrahatur. Aut gracile terebellum vt dicit Albu. imponatur: & cũ illo frangatur: & frustatim extrahatur: aut virga in parte inferiori vbi magis eminet capillus incidatur ſm longum & extrahatur & suatur. Et postea ligamentũ remoueatur: & vt supra curet. In omnibus tñ apostematio prohibeatur. Et si dolor infestaret consulit Aui. q; ponatur in balneo eucrato & inungatur cum oleis lenificantibus quale est camomillinum & anetinũ: & super vulnus butyrũ tepefactũ. & si videantur mala accidentia euenire: sit Deus auxiliator.

¶ De passionibus virge: & primo de infrigidatione & malefactione.

ISTA ENIM sunt peccata que contingũt in membris generatiuis: maxime in viris. Nam sicut sterilitas maxime contingit ex parte mulieris: vt tenet Sera in quarto breuiarij. Ita infrigidatio & malefactio que est priuatio coitus a parte virorum: eo quia in mulieribus non priuatur coitus: nisi propter vulue oppilationem. In viris vero priuatur propter malam complexionem frigidam que aufert erectionem: & propter malam complexionem abbreuiantem & annihilantem virgam & testiculos. Propter autem malefactionem contingit in vtroq;. ¶ Differt autem infrigidatio a malefa-

ctione:quia realiter infrigidatio concernit complexionem malefactio animũ & complexionem: licet vulgariter dicatur quod infrigidatio fiat ꝓpter naturam corporis: malefactio vero propter rem diuinam: vt quando aliqua facinora sunt facta. Aut mala fuerit cogitatio inter virum & mulierem.

SIGNA AVTEM infrigidationis & malefactionis propter peccata corporis sunt manifesta quando est castratus quando virga est breuis & nihila & male cõposita: quando est frigida & paralitica sine pilis rugosa & male colorata quod si comederet omnes species totius mundi & pigmenta & fricaretur & calefieret cum omnibus calefacientibus & exsiccantibus que possent fieri: non erigeretur: neq; exiret in actum coeundi.

SIGNA AVTEM quando est propter rem diuinam aut malum alium sunt: quando omnia stant bene & tamen non potest exire in actum debitum coeundi precipue cum vxore: licet possit cum alijs: & quod reducitur ad actum per orationes & remotiones maleficiorum & malarum cogitationũ. ¶ Iudicatur per Gal. authoritate Platonis in commento illo. mulier si non cõceperit quod qui non potest coire & generare non iungat se cum muliere: deluderetur enim natura & perderetur genus. ¶ Iudicatur etiam quod si tales essent coniuncti per fortunam quod fiat diuortium per iustitiam. Verum quia iustitia consueuit committere examen medicis pro tanto ponitur hic modus examinandi. Et est ꝙ medicus habita licentia a iustitia examinet primo complexionem & compositionem membrorum generatiuorum: deinde habeat matronam in talibus consuetam & precipiatur quod iaceant insimul per aliquos dies ipsa matrona presente cum eis. Et det eis species & pigmenta: & eos calefaciat: & inungatur cum oleis calidis & fricet iuxta ignem fermentorum. & iubeat eos confabulari & amplecti. Deinde quod viderit referat medico: & qñ medicus fuerit bene informatus: coram iustitia cũ veritate deponere potest. Caueat tñ vt non sit deceptus: quia multe fraudes in talibus cõsueuerunt com-

mitti & maximum periculum est separare quos Deus coniunxerat, nisi iustissima causa requirente.

¶ De priapismo.

PRIAPISMVS est inuoluntaria virge erectio. Et in hoc differt a satyriasi in qua est voluntas & desiderium illius.

CAVSA autem eius ſm Gal. 14. terap. est ventositas vaporosa in neruo cyracodio. i. cauernoso introducta a cibarijs ventosis & a frigiditate cutim densante exire prohibita; fit etiam quam plurimū ſm mentē eius sexto interiorum ab arteriarum virge dilatatione.

ET SIGNA distinctiua ponuntur ibidem non tamē est multum in hoc insistendum. ¶ Sed eius cura fit supposito regimine vniuersali quod in densatione fomentetur locus cum rutha & agno casto. In operatione infrigidetur cum succis frigidis & camphora & ceroto G. & oppositione lamine plumbi.

¶ De calefactione & feditate in virga: propter decubitum cum muliere fetida.

IN PRIMIS lauetur cum oxicrato: & deinde cum vnguento albo camphorato vt pustule vlcerate curent.

¶ De preputij clausura.

CVRATVR ſm Haliab. & Albu. aperiendo cum vngue aut cum spatumine. Deinde ponendo tentam canulatam de ligno: aut de plumbo vt possit vrinare linita cum butyro: aut oleo amigdalino.

CIRCVNCISIO secundum legem fit iudeis & saracenis & alijs que multis est vtilis; propterea quod non congregantur sordities in radice balani & calefacerent ipsum. Et tunc cum vnguibus trahatur preputium quātum erit possibile & cauēdo de balano īcidatur. & post cum pulueribus ru. aut cum cauterio sanguis restringatur. & more aliorum vlcerum sanetur.

CASTRATIO fit secundum Albu. ſm duos modos. Aut per attritionem. aut per scissuram. In illa que fit per attritionē oportet quod sedeat infirmus in aqua calida donec mollificentur testiculi eius. Et postea cum manibus cōprimantur & conterantur donec resoluātur

Per scissuram fit secando cutim & apprehendantur testiculi & ligentur & incidantur & extrahantur; deinde suitur cutis & curatur vt cetera vulnera.

¶ Mollificatio ossei & elongatio eius.

INCIDATVR quod est nimium saluando testiculos & suatur & vlcerum aliorum curatione curetur & sanetur.

¶ De hermofrodito.

HERMOFRODITA est natura sexus duplicata: & est secundum Albu. in viris fm duos modos quia quandoque est vulua pilosa inter testiculos duos quandoque in spatio quod est apparens subtus. In muliere autem est vna species in qua supra vuluã apparet virga & testiculi & multoties curantur per incisionem: vt dicit Aui. Non autem illam que facit vrinam vt dicit Albu.

¶ De passionibus matricis.

MVLTIS modis claudatur matrix vt ostendit Albu. Curatio est vna tm̃ incisio si fuerit caro addita cum rasorio: aut ligumine cum filo. Si autem fuerit pellis cum vnguibus aperiatur: aut rasorio & tenta cannulata de ligno; aut de plũbo linita cum butyro: aut oleo vt mingere possit: aut solida de panno ad modum parue virge ponatur: & sepe eam remutet; aut coitu vtatur vt non reclaudatur.

AMPLIFICATIO constringitur matrix secundum Aui. vt pulueris corticis pini partes iiij. aluminis partes duas ciperi partem j. decoquantur cum vino stiptico & madefiat in ipso pannus lineus & applicetur.

TENTIGO Quandoque illa additio carnosa que vocatur tentigo in vulua crescit in tantum quod facit displicentiam & nocumentum. Et cura eius est secundum Albu. quod incidatur cum ligamento: aut rasorio: & non vsque ad fundum timore sanguinis; deinde aliorum vulnerum curatione curetur.

¶ De extractione fetus.

FETVS naturaliter egreditur super caput suū facie versus terram euersa. Omnis autem alter exitus est innaturalis & difficilis. ¶ Fit etiam difficilis partus propter pluralitatem fetuum. Nā aliquoties sunt duo: & ſm aul. quinq; vel plures. ſm vero Albu. plures q̄ septem: quia decem vt dicit. Et quia istud negotium exercetur p̄ mulieres vtplm̄ non oportet in ipso multum immorari. Incantande tamē sunt obstetrices q̄ si forma exitus sit naturalis & difficilis cum fomentationibus & inunctionibus mollificantibus partes ille mollificētur. Et q̄ mulier iuuet se cum expressione & retentione anhelitus & prouocatione sternutationis cum puluere piperis: aut euforbij: & id gen⁹. Et buthor marine & agrimonia ligata in coxa facilitant partum vt dicunt experti.

¶ Si vero forma exitus non est debita & naturalis q̄ toto posse eleuando coxas mulieris reducatur ad naturalitatem. Et si a casu fetus esset mortuus: quod cognoscitur per minorationem mamillarum: & per immobilitatem fetus qui ante mouebatur per frigiditatem vētris per fetorem anhelitus per profunditatem oculorum & mortificationem labiorum & totius faciei: per inflationem vētris: & per precessionem alicuius acute egritudinis: aut offensionis. Tunc obstetrix debet attētare cū manibus inunctis: & locis illis cū mollificātibus mollificatis fomētatis & pessarizatis & ꝓuocatione sternutatiōis & medicinis ꝓuocantibus abortum velut est castoreū & mirrha cū rutha & similia. Si poterit eū extrahere: si nō itromittat instrumētū dictū speculū factū cū vite torculari & aperiat matricē quātū erit possibile: & postea cū manib⁹ & vncinis & tenaculis integrū aut frustatim extrahat: & nō remaneat: licet Alb. dixit se vidisse mulierē q̄ sup̄ ipregnata sup̄ fetū mortuū dimissum. Et post lōgū tps p̄ apā vmbilici exiuerūt ossa: & si lōgo tpe vixit. Est tn̄ cautela: q̄ si in capite fetus mortui: aut in pectore seu vētre vel in secūdina fuerit aqua tumore exitū ipediēs q̄ cū vngulis: aut spatumine incidat: & aqua extrahat: & sic melius exibit. ¶ Si aūt cōtingeret mulierē ipsam esse mortuā: quod cognoscet per signa dicta super⁹ de mor

tuis: & suspicat⁹ fueris ꝙ fet⁹ esset viuus: qa vetat lex regia mulierem pregnantem nō humari quousqꝫ fetus exiuerit tenēdo mulieris os & matricem apertam vt volūt mulieres: apiatur mulier ꝭm longitudinem cum rasorio in latere sinistro: quia pars illa est magis libera ꝙ̄ dextra propter epar. Et digitis interpositis extrahatur fetus. Ita enim extractus fuit Iulius cesar: vt in gestis legitur Romanorum.

EXTRACTIO secundine quando retinetur secūdina; tunc ꝭm Alb. oportet vt precipias infirme vt iuuet se cum sternutatione & retentione anhelitus super os & nares & si non egreditur suffumigetur matrix cū emboto decoctionis calamēti ruthe centauree camomille aneti & casie lignee & id genus: & prouocetur sternutatio: & dentur prouocantia abortum. Et si non egredi᷑ precipiatur obstetrici vt submergat manum suam in oleo sisamino: aut in mucillagine altee. Et intromittat eam in matrice & capiat eam suauiter. Et si fuerit annexa extrahatur: quod erit possibile extrahi: & reliquum cū remollitiuis vt est iniectio vnguenti basilicō sanct. ipsum em̄ putrefaciet eam post dies & egredietur &c.

¶ De mola matricis.

MOLA ENIM est frustum carnis in matrice generatum & generatur duob⁹ modis: vt dicit Aui. vno modo ex multitudine materierum effusarum cum vehemētia caliditatis. Et secundo modo in coitu in quo matrix comprehendit aquam mulieris & extendit eam cum nutrimēto. Et propter defectum virtutis masculinitatis nō concipit. sed illam carnem generat.

¶ Cuius signum est quia non habet motum per se vt fetus & extrema sunt ei mollia: & trāsiuit tempus partus: & curatur cum mollificantibus sternutationibus & prouocantibus abortum: & cum pessarijs: & alijs instrumētis & operationibus cū quibus extrahitur secūdina &c.

¶ De exitu matricis & longaonis.

FOMENTETVR locus cū vino stiptico: & post

sinapizetur cum puluere de radice consolide mastice in plus sang.dra.boloar.mummia.mirrha nuce cipressi ba laustijs & alumine ac cerusa in minus:& de eodem pul= uere cum albuminibus ouorum fiat empl'm:& cũ plagel la de cotone liget:& quiescat coxis eleuatis & comedat cibaria delicata nec exprimere se cogantur.

¶De emorroydibus & attricibus fissuris & vlceribus ani & matricis dictum est supra sufficiẽter:& cum hoc capitulum septimum finit.

¶De proprijs ægritudinibus coxarum & tybiarũ & pedum. Ca.viij.

IN TYBIIS seu pedibus magnis p̃ter ægri tudines cões accidunt multe ægritudines pro prie de quibus fuit dictum supra vt elephãtia varices claui ægritudines vnguiũ:& id genus. De malo mortuo posset homo dicere filaterias multas. Sed generaliter curatur sicut scabies de qua dictum est supra cum nihil sit q̃ȝ feda & arida scabies.& si habet qd corrosionis pro qua dicatur cauerna vel vlcera feda: di= ctum est etiam supra.

¶Nihilominus cã collationis in malo mortuo seu fr'ate salso post v'le regimẽ laudatur lotio cum aqua fabrorũ: & aceto decoctionis fumiterre lapacij & celidonie.Et post liniatur cũ linimẽto facto de succo mali terre brio nie decoctiõis cum oleo ro.aceto & sapone molli.Dein de inũgatur cum vnguento facto ex axũgia porci anti= qua dissoluta cum aceto per nouẽ dies:acetũ de tertio in tertiũ renouãdo:& ex vnguẽto albo sulfure alumine bo loar.& argento viuo pistatis in mortario plumbeo.

¶De dolore & mula que in calcaneo.

QVANDOQVE ista accidunt ex obuiatione cal ciamẽti q̃nq; ex frigore & sanat ipsum vt dicit Aui.em brocatio cum aqua frigida p'ima facta & epithima de memitha & boloar.resoluto:& cum doctrina data per eum in quarto ad excoriationem calciamenti.Et dicta superius superficialiter de contusione carnis.

¶ Hali. autem precipit ponere corium ocree pulueriza-tum; aut vna cum G. xj. farmacorum pulmonem arietis seu porci combustum & puluerizatum: & sedato dolore gallam & acatiam cum aceto distemperatam.

¶ Vsus autem communis ad sedandum basilicō ponit: ad desiccandum vero vnguentum album.

¶ Hora em̄ est dare quietem huic sexto. Ille q̄ dedit motum corporibus quietem veram det animabus.

TRACTATVS VII. qui antidotarium dicitur: duas continens doctrinas.

¶ Prima est de vniuersalibus antidotis seu auxilijs.

¶ Secunda erit de particularibus.

PRIMA habebit duo capitula.

¶ De flebothomia ventosis & sanguisugis &c. Ca. j.

DOCEREM prolongare; si de antidotis cum q̄bus ducit finis intētus ī chirurgia ad loca subiecti tractarē exquisite maxime cū p̄ totū librū tractādo modū ducēdi finē illū p̄ curatiuas intētiones exēplificāda multa & magis p̄pria sint inserta. Et q̄ nō erit cōtētus & plura habere voluerit q̄rat & accipiat in toto cōtinēte & in antidotario magno Azaranij in q̄bus mille milia auxiliorū antiquorū inueniet aggregata. Empericas & incātationes parū acceptaui de q̄bus in gilbertina & thesauro pauperū copia inuenit̄ multa. Verūtn̄ vt nō videar exire tramitē aliorū breuius q̄ potero aliqua magis tn̄ cōia & mihi visitata rememorabo. Et nō displiceat reiteratio: q̄a multoties repetita p̄sunt vtilia. Et cū hoc se corrigi possunt duplicata. Verū quia flebothomia inter oīa est magis cōe & generosum auxiliū. Nā inefficax oē reliquū in ægritudinibus sanguineis fit ab ea in. 9. tera. incipiēdum est ab ipsa. Flebothomia est incisio vene euacuās sanguinē & humores cū sanguine in eis decurrētes. Ita describit eā Arnaldus in libro de opere particulari in quo opus flōie adducit in exēplū. Et ideo dicebat Aui. in quarta primi q̄ erat euacuatio vl̄is multitudinē euacuans. Et pria tertij q̄ erat cōis humorū

euacuatio. Et G. 6. affōrum. quibuscunq; flōia &c. Flōia nāq; cōmune auxilium est ægritudinum plectoricarum. Et est ſm Raſ. in 4. Almanſ. multum conferens in sanitate conseruanda & ad ægritudines curandas si fiat vt oportet. Si vero fiat aliter est causa debilitatis virtutis & generatio nis ydropisis & aliarū maliguarum ægritudinum & anticipationis senectutis. Flōia enim maligna facit vt probat Gaſ. in libello de flōia in illo romano que in oculis patiebatur: ita quod ex hoc erasistratus qui inhibebat flōiam san. trepidus vocabatur. Est enim securius auxilium q̄ pharmacia: quia hoc bonum maxime in flebothomia existit vt dicitur ibidem: quia qñ volumus eam sistere sistimus. qđ semel autē ad vētrē trāsglutitū est operat̄: neq; possumus sistere vt volum⁹.
¶ Circa hoc generosum auxilium Gaſ. in libello predicto de flōia querit quinq; problemata. Primū qui sunt qui euacuatione indigent. ſm qui cū flōia. tertium qui sunt illi qui possunt eam sustinere. quartum per quas venas est facienda. quintum de mensura flōie. Deinde determinat de tempore. Et alij doctores de regimine ipsi⁹ addiderunt. Primum aūt requiritur per vtriusq; repletionis presentiam. Secundū vasa vꝫ & virtutē prout in libro de multitudine & quarto sanatiuorū est distinctū. Quecunq; em̄ repleta euacuare opꝫ vt in afforismis clamat Hypp. doctrina: siue sit de parte sanatiua siue de ꝑcustoditiua. vt in nobis absq; cā non conteratur sermo sicut dicit Gaſ. in cōmento. Secundū ostenditur per venarum repletionē in cōmento: dolores oculorū: & quarto sanatiuorū. & vbiq; si est ex omnib⁹ humorib⁹ equaliter: siue ex sanguine abūdante ꝙ facienda est euacuatio per flōiam eo quia vene loca sunt sanguinis & aliorum humorū maxīe naturaliū vt ī anathomia fuit dictū
¶ Sex em̄ sunt intentiōes ꝑpter quas fit vtilis flebothomia. Prima est ad euacuādū. secūda ad diuertēdū. tertia ad attrahendū. quarta ad alterādū. quinta ad preseruandū. sexta ad alleuiādū. ¶ De prima dixerunt methoici & alij plurimi vt deducit in quarto tera. ꝙ euacuatio ꝓ obiecto solū respiciebat plectoricū cōcurium de quo ibidē

reprehendit eos G. in libello allegato de flebothomia: quod flebothomia non solum fit propter multitudinem sed propter passionis fortitudinem siue multitudinem incipiente flegmonatione vel eum spectante propter percussionem vel dolorem & humorum precipue sanguineorum abūdantiam vel imbecilitatem particularum. Ista enim operantur flegmonationem absq; ea que fm corpus multitudine: fortitudinem autem passionis vocat tripliciter. Aut propter principalitatem passe particule: aut propter magnitudinem dispositionis. Et tertiū propter ipsius malam morigerationem.

¶ De secunda dicebatur in libello dicto: quod assumitur flebothomia aliquando vt euacuantium: aliquando vt antipasticum. i. diuersiuum auxilium: vt in fluxibus ipse declarat ibi: & in quinto terap. Emorosagisante nare dextra in dextra manu: altera vero in sinistra. Et hec est Hypp. in quinto afforismorum cantilena posteriora capitis dolentibus que in fronte recta vena incisa iuuat non solum vt commentatur Gal. ingeniatur Hyppo. euacuare vbi oportet euacuare: sed cum antispasi. ¶ De tertia dicitur in eodem libello quod si menstrua prouocare velimus venas inferiores aperimus vel suras scarificamus tempore assueti motus.

¶ De quarta dicebat Gal. in nono tera. & in commento 23. primi affōrum exeuntia non in multitudine coniectari quod flebothomia vsq; ad lipothomiā refrigerationem totius habitus confestim operatur & extinguit fe. ac si occidisset eam. ¶ De quinta ostendit in eodem libello & in commento illius afforismi. Quibuscunq; flōia cōfert quod flōia multos paratos incidere in ægritudinibus preseruat vt non cadant in eisdem: quod declarat de paratis ad spuendum sanguinem: ad peripleumoniam squinantiā synantiam aut epilepsiam apoplexiam faciendo flōiam in vere fuerunt preseruati ab eisdem. Etiā in casibus & percussionibus & vulneribus premittitur flōia vt aduētus phlegmonis: vt dictū est prohibeatur. Melius est enim anticipare flōiam quam multitudinis expectare sinthomata.

¶ De sexta loquitur Gal. in xj. terapen. c. 15. versus medium. igitur quidem optimum vt dictum est venam incidere non solum in synochis febribus sed in alijs omnibus que in putredine humorum quādo senium vel que etatis vel virtutis non prohibuerit: alleuiata enim que dispensat nostra corpora natura & deponens quod aggrauat eam velut aliquod onus dominabitur reliquo facile. Itaq; & digeret quod digeri potest: & extrahet quod extrahi potest recolens propriarum actionum.

¶ Tertium qui sunt illi qui eam possunt sustinere concluditur in eodem libello quod sunt habentes virtutes & robustas venas grossas & amplas habitudinem non multum macilentam & colorem non album & carnem non mollem. Contrarie autem dispositi nequaq; salubriter eam sustinere possunt: sanguinem enim modicū habent & facile euaporabilem carnem & ꝑm istam rationem infantes non sunt flōmandi ante quatuordenalem etatem. Neq; senes vltra 70. annos: nisi presente magna necessitate & tunc cum preuisione & cautela. Et ꝑm ipsummet Gal. vt assumitur per Rabi in principio ad glauconem ꝙ insueti flōmari non sustinent flōiam neq; habentes stomachum debilem neq; corpora dyarijs occupata neq; crapulam seu indigestionem patientes que ꝑm ventrem vt etiam in secundo terap. dicebatur. Et Hyppo. pregnantes excipit saltem quantum ad extremos vel postremos menses. Quicquid sit tamen significatio in prohibendo flōiam que sumitur a virtute omnes alias superat in nono terap. Multi enim propter debilitatem virtutis in flōmijs perierunt. Cōmune aūt est in vtroq; opusculo custodire virtutem. Et hinc est ꝙ omnia illa que debilitant virtutem prohibent flebothomiam vt fluxus ventris ac purgatio alia nimius sudor colica spasmus tremor longa ægritudo superfluus coitus nimium balneum: angustie solicitudines & vigilie labores & id genus. Rasis aūt 4. Almansoris addit ꝙ qui multa carne & nimis rebus dulcibus vti consueuetunt flebothomari optime possunt. Qui vero passi sunt abstinētiam & interiora habent debilia. Et qui flegma-

tici sunt & ægritudines consueuerunt habere frigidas. Ac qui habitant in regione & aere calidissimo non debent flebothomari. Ebrius & fastiditus non flebothomentur donec omnino ista ab eis fuerint remota nisi ex tarditate flebothomie magnus immineret timor in 7. Almanso. ¶ Particulariter autem & exquisite omnes significationes concedentes & denegantes flebothomiã pertractauit optime magister Arnaldus in libello suo superius allegato de flebothomia per considerationem rerum naturalium & non naturalium & contra naturã docendo eas mensurare & ponderare: & de eis facere vnum capitulũ & dare magis instantia ꝯm possibilitatẽ alias non negligendo vel per quantitatẽ in flebothomie vel per alias eas corrigendo ꝯm quod dicetur de farmacis infra: quia tamen istud est magis physicum ꝙ chirurgicum dominis physicis dimitto quantum est de presenti.

¶ Quartum per quas venas est flebothomia faciẽda est notificatum per vniuersum tractatũ. In summa tamen ponit Halia. in 9. sermone partis secunde libri regalis ꝙ vene que minuuntur in hominibus sunt xxiij. quarum duodecim sunt in brachijs: due. s. mediane. due cæphalicæ: due basilicæ: due assellares: due cubitales: due seignales. In capite sunt xiij. due post aures: due in angulis oculorum: due organice: due verticis & vena frontis: vena puppis: vena nasi: due vene sub lingua. In pedibus sunt octo: due in genubus: due saphene: due sciarice: due pectinis pedis. ¶ Albu. vero non ponit nisi xxvj. quarũ decem sunt in capite & decem in brachijs: & sex in tybijs & pedibus. ¶ Gal. autem in libello sepe allegato dicit ꝙ vene que flebothomantur ꝯm cubitum sunt tres: que intus: que extra: & que intra. Illa aũt que intus partibus a collo inferius iuuat: que vero extra in his que supra. media vero iuuat vtraq;: vene vero q̃ inferius sunt duæ. s. illa que est secundũ inguina id est plicatura genu. Alia ꝯm suras & cauillas que propter passiones renum matricis & vesice flebothomãt. Ita etiã & ꝯm oculorũ tm̃ flõmare passiones oculorũ iuuant. Et q̃ ꝯm linguam

flegmonibus faringarum conferunt. Aliarum tamen cō munium precedente flebothomia. Conueniens autē est vniuersales euacuationes precedere particulares: vt clamat tota ista doctrina. ¶ Arterias autem multi dubitauerunt incidere propter periculum sanguinis & embo rismatis. Verūtamen G. per rationem motus in passioni bus spumosis precipiebat incidere ea que ꝭm timpora & que post aures. Et per somnum habuit eas que extremorum. Totalem autem incisionem earum nimis verebat: quam ꝭm partem flebothomiam. ¶ Communis autem in his omnibus sermo est: quoniam incipientes flegmones antispastice cōuenit euacuare: perfectos vero & diu turnatos ex ipsis particulis euacuare conuenit, si est possibile. Si vero nō est possibilis ex proximis in. 5. tera. Et he erant due Hyp. intentiones communes omnis im moderata euacuatio deriuatur & euacuatur ad loca ꝓpinqua. Antispatur ad opposita & lōga capitulum libelli de flebothomia seruādo ꝙ omnis antispasis fiat ꝭm cathesim. i. rectitudinem non transcendendo duas dyametros vt in fluxibus marium emorroydarum & mēstruorum declaratur de superiori ad inferius & de dextra ad sinistrum de anteriori ad posterius.

¶ Euacuatio vero & deriuatio ad proxima vt de epate ad manum dextram. & de splene ad sinistram. Intelligēdo sane de splene quātum ad materiam grossam ipsi paratam nocere que magis stat & euacuatur per partem sinistram. Non autem quātum ad directionem venarum: cum nulla que dirigatur ad manū oriat ab eo vt in anathomia clare manifestat. Et intelligit euacuatiōe deriuatiua & assumptiua: quia de antispatica q̄ cōpetit durante & timēte fluxum semper sit per oppositam partem. Et ita intelligit dictum Auēzoar in suo theisir libro primo tractatu. 16. de pleuresi ꝙ fiat flōia ex basilica brachij oppositi q̄uis vt dicit quidā nouus medicus nostri tp̄is videat ꝙ sit fiēda minutio ex eadē parte egritudinis inducēdo sup hoc verba lōgicalia & sophistica: quod mihi nullatenus videt esse rōnabile neq; verū: imo credo certissime quod facere illud omnino est mors infirmi. Timore

tamen securato de fluxu fiat de eadem parte sicut precipit Hyp. in secundo regimenti. Quando dolor ad spatulas ascendit. &.4. tera. &.13. & vbiq;. Et ista fuit intentio Aui. dum dixit ꝙ in principio morborum repletionaliũ penitus dimittatur flebothomia. s. euacuatiua & deriuatiua seu assumptiua per eandem partem que non debet fieri nisi post statum dum maturatio apparuerit: q̄ autẽ fieri possit & debeat antispatica & subtractiua per partem oppositam & lōginquam non negat: imo concedit in principio appoplexie synantie & in magnis apatibus perniciosis & fortibus doloribus. Et si est necesse vsq; ad sincopim exclusiue: vt tenet schola nr̄a cōis. hoc tñ non debemus facere nisi constet nobis de virtute.

¶ Redeundo ad propositum licet Aui. magis specificauit ad quas egritudines singulares incisiones venarum competunt & conferunt: sufficit tamen chyrurgico in genere quod dictum est per G. Alb. vero modum incidendi venas cōes per longitudinem venas particulares per trāsuersum: arterias per ligaturam & cauterium: vt dictum est in tractatu. Et dat tres formas flōmorū cum cultellari que est lanceta cōis: cum murtino que est lata lanceta: cum frixorio quod est instrumentum equorum & hoc sufficiat de quarto probleumate.

¶ Quintum de mensura flōie dicitur ꝙ non potest dari certa regula: cum oīa medicinalia sunt cōiecturatiua: vt dicitur in libello & tertio terap. Nihilominus mẽsura regulatur ſm Arnaldum sequendo doctrinam Hyp. ꝙ q̄ egrediuntur non q̄titatem solum: sed & tolerantiā con iecturare oportet addendo compl'onem tpis regiōis etatis egritudinum in quibus curam dare oportet. Sunt enī inter ista potiora ad mensurandam q̄titatem flōie q̄titas egritudinis & virtus. Nam si necessitas est magna & fortis est virtus fiat magna in vna vice & vsq; ad sincopim dictam. Si vero virtus fuerit debilis non fiat tāta insimul: sed per sedationes & vices diuidatur. Attendere autem debet vel oportet debilitatem per pulsum: quẽadmodum G. assueuit in flōmijs semper tangere ipsum & quando percipiebat inæqualitatem & minorationẽ statim

statim iubebat cōstringere flōiam. Sanguis autem dum exit est attendendus: qm̄ si mutatur in meliorem disposi tionem illico est constringendus: vt in primo regimenti dicebatur: magna flōia apud Gal. & Aui. confirmātem est de sex lib. minor de media li. media & communis de vna lib. ¶ Et ꝑm Damascenum consulitur quibus in iu uentute semel tantū in anno flōmari cōsuetudo affuerit in quadraginta annorum erunt ad ter. In. 50. aut. 60. se mel conferendum est: vlterius vero ex toto dimittēdum est. ¶ Sextum est de tempore flōie. vbi sciendū ꝑm doctri nam Aui. ꝙ flōia habet duas horas. s. necessitatis & ele ctionis: hora necessitatis est in qua fieri oportet & q̄ tar dari non potest: & in qua res prohibitoria non attēditur absolute & omnino: licet aliqualiter vt dicit Arnaldus: & bene: si illud prohibens magis nocumentum faceret ꝙ̄ iuuamentum. Et tunc illud nocumētum corrigeretur aut ad aliam euacuationē permutando: vt in puero pleu retico fieret scarificatio loco flebothomie. Non obstāte quod Auenzoar filium suum trium annorū flōmauerit & euasit per hoc a morte: vt testaṫ Auerroys in septimo colliget: non tn̄ hoc laudat. Et si fecit erat forte magna sy nocha: & constabat sibi de virtute & si fuit sanatus hoc fuit de raro contingentibus.

¶ Omni em̄ hora diei & etiam noctis presente forti egri tudine & robore virtutis exceptis infantibus potest fie ri flōia: vt dicit Gal. in libro preallegato: hora autem elō gationis attēditur penes radicem inferiorem & superio rem que in corpore agunt: vt in. 3. de creticis dictum est per G. Radix autem inferior attenditur ꝑm G. & Aui. ꝙ in ventre sit digestus cibus & exterius sit expulsa super fluitas a secūda hora diei vsqꝫ ad tertiam & dies sit quie ta & luminosa: non turbata neqꝫ pluuiosa: vt dicebat so cius concordantiarum tempus vernale vel autūnale. Et si declinaret ad hyemē quod eligeretur dies austrina & consimilia. Radix superior attēditur quod luna habeat bonam lucem in. 7. 9. aut. 11. die ascendēdo. 17. 19. 21. descē dendo euitando cōiunctionem & oppositionem. Et sit in loco & signo bono libera a malis; vt in tractatu de

astronomia declaraui. In casu in quo secundum te quod debes ali-
quantulum astrologari non conuenirent ambe radices
in vnum & idem non obstante quod causa primaria plus in
fluat quam secundaria: eo tamen quia radix inferior est effe-
ctus superioris: & cognitio effectuum est nobis medicis
certior quam causarum: & cum hoc idem est iudiciũ ex
secundis stellis & primis: siue sint comete siue quecunque
aeris impressiones per quas intellexit hyp. celeste signũ
pro tãto melius est quod teneatur certum & dimittat incer
tum: anxionalis & dubia est scĩa iudiciorum: & ob hoc
solẽnes phisici vt Auic. & Auer. in medicina in ipsa non
multum curauerunt: de diebus vero egyptiacis licet nõ
sit multum curandum nihilominus propter gẽtium ima
ginationem & locutionem obseruãtur. De illis versicu
lis Luna vetus veteres iuuenes noua luna requires non
multum curo.

¶ Magister tamen Arnaldus in suis afforismis deducit
quod circa medium tertie quadre melior absolute est fle
bothomia: eo quia tunc humiditates non nimis sunt cõ
densate neque reumatizantes: neque de horis motionis hu-
morum quam secuti sunt multi salernitani prefatus ma
gister curauit: bene voluit quod parue vene: quia me-
lius apparent hora vespertina quam matutina: in hora
illa flebothomentur. Etiam vult quod in hyeme fle-
bothomentur sinistre vene in estate dextre: eo quod
humores quos querimus in illis temporibus euacua-
re promptius in partibus illis situantur. Vnde ver-
sus. Ver estas dextrum; autumnus hyemisque sini-
strum.

¶ De regimine flebothomie quod erat septimum consi
derantur tria. primo de regimine flebothomatoris: secũ
do de regimine flebothomati. tertio de regimine & iudi
cio sanguinis extracti.

¶ De primo ostendit G. & Hali. affirmat in nono quod
flebothomator debet esse iuuenis aptus & bene videns
& flebothomando consuetus. Et quod sit munitus de
bonis lancetis diuersarum cuspidum: & quod fricato
loco & a parte superiori cum institia ligato auisata &

inuenta bene vena cum pulpa indicis tenēdo lancetam cum duobus aut tribus digitis suauiter aperiat eam non totaliter perforando sed aliqualiter eleuando vt non ledatur arteria neq̧ neruus. Et facta euacuatione sufficienti & disligato membro diligenter claudatur vulnus cū cotone & ligatura. Sit tamē munitus semper flebothomator de cotone & bindis & pul. rubeo propter emorrosagiam si accideret vt dicit Aui. ¶ Regimen flebothomati tripartitū est in regimine ante flebothomiā & in actu & post actū: anteq̧ fiat flōia regatur flebothomandus si suspicetur quod sanguis est grossus aut tempus est frigidum: quod debet modicū preambulare aut in precedenti die balneum intrare. precipue in flebothomia paruarum venarum manus & pedis. Et si vene nō bene apparerent consulit liber elhandi per diē & horā presentē locum venarū emplastrare cum fermento. Et si dubitaremus de virtute danda est ante flōiam vipa in vino. Et sedeat si est fortis: si debilis iaceat aliquantulum eleuatus. ¶ In actu vero flebothomie debet remouere zonā & lapides si portat in bursa aut in anullis que habēt virtutem sanguinē retinendi. & facta apertura teneat baculum in manu. & ducat digitos & tussiat & percutiatur modicum cum manu per spatulas.

Et si tempus est frigidum aut suspicatur sanguinem esse grossum fiat larga plaga: & in oppositis stricta: verum secundario larga etiam requirit subtractio & antispasis & debilitas virtutis strictam & cum apposorasi.

¶ Non tamen est mirandum si appofores & stricta plaga faciūt apparere pulcrhū sanguinem: quia vt dicit Auicen. talis plaga interdum clarum sanguinem & subtilem fluere facit & spissum & turbidum retinet. Debet etiam esse parata aqua frigida & vocetur & fricetur & cetera fiant que in sincopi sunt dicta.

¶ Post vero flebothomiam si est calefactus detur granatum cum aqua frigida: vt dicit G.

¶ Si vero non est calefactus dentur folia saluie in vino madefacta: vt dicit Arnaldus.

¶ Et reponatur in lecto iacente vel iacēdo reuersus ad

partem non flebothomatam modicum declinando & claudantur ostia ne exuberans claritas offendat visum: & idem consulit Arnaldus. Post autem vnam horam comedat moderate & non ingurgitet se: vt non more gallicano iterata procuretur flõmia vt idem dicit Arnoldus. Et cibus sit bone substantie & qualitatis vt bonũ sanguinẽ generet & prauũ si remãsit rectificet. Pot⁹ augeat̃ respectu cibi nõ respectu cõsuetudinis: vt dicit Ioãnes de sancto amãdo si dormire cõsueuit post duas aut tres horas modicum dormiat authoritate G. nono terap. Sit tamen cautus in custodiendo venã. Immediate tamen post flebothomiam dormire prohibet Aui. ne ex motu humorũ ad extra, ꝓpter phlebotomiã: & ad intra ꝓpter somnũ: ĩ mẽbris fiat cõfractio. Et tale regimen per tres dies ad minus teneat flebothomatus.

¶ De iudicio & aspectione san. post flõmiam multi tractauerunt maxime Gordonius & henricus qui in hoc sequitur eum & dixerunt multas philaterias que nõ sunt in vsu quas dominis physicis dimitto quantum est de presenti. Sufficit em̃ chirurgico letificare flebothomatũ dicendo quod fuit bona. Nam si sanguis extractus est bonus signũ est quod ille qui remansit est melior. Si autem est malus bonum est quod exiuerit.

¶ Sanguis bonus est ille qui in substantia non est nimis grossus; neq; subtilis: sed est frangibilis competenter tẽperatus in colore rubeus purus in odore & sapore amicabilis.

¶ Sanguis malus est ille qui deuiat ab isto: vt ille qui declinat ad subtilitatem & citrinitatem & amaritudinem & odorem habet acutum dicitur cholericus. Qui vero ad grossitiem & nigredinem aut citrinitatem & ad acredinem & odorem habet acetosum est melencholicus. Qui vero ad viscositatem & albedinem & saporem & odorem habet dulcem & aquosum fl'aticus. Qui vero multum habet de aquositate & vrina significat multitudinem potus aut renum debilitatem. Qui vero est granulosus & cinerosus significat lepram. Et modus lauandi in capitulo de lepra fuit dictus. ¶ Color niger & viridis

cinerosus & pauõicus est malus: quia significat corruptionem humorũ & promptitudinem ad febrẽ & apostemata & ad pustulas malas & spissitudo & fortitudo illius cutis superioris que cum difficultate rumpitur cũ virgula cum qua semper debet fieri proba signat promptitudinem ad oppõnes. color autem seposus aliquando signat frigiditatem: aliquãdo adustiones: vt dicunt. Distinctio tñ habetur per corporis habitudinem. Et humor qui non potest coagulari significat innaturalitatem. & qui potest coagulari in debito tẽpore saltim medie hore qñ est infrigidat⁹ est naturalis authoritate Ga. in de cholera nigra. In his enim omnibus consulendum est quod vocentur domini physici qui ordinent eis bonum regimen & purgationem decentem. Alias status eorum est periculosus.

¶ De ventosis.

VENTOSATIO est appositio ventosarum per quam materia intercutata euacuatur. ¶ Est aũt ventosa instrumentũ pixideũ cum orificio stricto & ventre spatioso. Et ẜm Albu. fiunt ex cornibus & ex ere atq̃ vitro & aliqñ cum scarificatione & aliquando sine illa: & qñ fiunt cũ scarificatione extrahunt materias sensibiliter. Illa vero que absq̃ ipsa insensibiliter. Et dicit Aui. ꝙ vẽtose magis extrahunt sanguinem subtilem q̃ grossum & superficialem magis q̃ profundũ. Vnde Halia. in nono sermone partis secunde faciẽs cõparationẽ inter flebothomiã & ventosam ac sanguisugas: quas hirudines vocat. dicit quod flebothomia magis euacuat a profundo ficia que confinia sunt cuti: hirudines que inter corporis profundum & cutim extrahunt. Et propter hoc flebothomie fortior est euacuatio q̃ ficiarum: sicq̃ & hirudinum q̃ ficiarum. ¶ Et quia in conseruatione sanitatis: & curatione ægritudinis in multis subueniunt dũtaxat ꝙ fiat vbi & qñ oportet. Et post vniuersales euacuationes de ipsis duo inquiruntur. ¶ Primo ꝓpter qd fiunt. secundo quomodo fiunt. Primo dicitur ꝙ principalis intentio ventosarum cũ scarificatione est euacuare sensibiliter & tenere locum flebothomie: qñ ipsa ꝓpter

aliquid prohibens fieri nō pōt vt in pueris ante 14. annos: & senibus vltra 70. & sic de aliis. Et illud fuit consilium Gal. in commento regiminis acutorū. & hinc est ꝙ Aui. vocat eas vicarias venarū. Ad quā vtilitatē cōplendā ꝫ consuete sint ponere per operationes in multis locis. Nihilominus loca quinq; vel sex sunt magis in vsu.

¶ Primo ad euacuandam materiā a capite & a partib⁹ eius iubet eas ponere in fontanella colli: & illic tenent locū cephalice. Et ideo valent ægritudinibus oculorum & infectionib⁹ faciei & fetori oris.

¶ Secundo ponūtur in medio spatularū ad euacuandā materiā q̄ in membris continetur spūalibus: & tenent locū mediane. Et ideo valent ægritudinibus asmati pleuresi sputo sanguinis. ¶ Tertio ponuntur super renes & anchas ad euacuādum materiā q̄ est in mēbris nutritiuis & tenēt locū basilice. Et ideo valēt ad oppilationes & apata & dolores epatis renū & scabiei & totius corporis. ¶ Quarto ponuntur in medio brachiorū propter guttam & partium iliarū dolorem. ¶ Quinto ponuntur in medio coxarum & tybiarum & iuxta cauillas & tenent locū saphenarū. Et ideo prouocant menstrua & sanant strāguriā & dolores matricis & vesice & conferūt podagre & viceribus malis. ¶ Sed ventosarū siccarum siue scarificatione intentio principalis est attrahere: propter quā vtilitatē cōplendā ponūtur in xj. locis. ¶ Primo ponūtur sup ypocūdria & ad reducēdū & diuertendum sang. a naribus in quinto terap. Oportet aūt quando fluit ex dextra nare in epate firmare: qn̄ vero ex sinistra super splenē. ¶ Secundo ponūtur sub mamillis ad distrahēdū & diuertēdū fluxū mēstruorū. vn̄ i quinto affōrū mulieri menstrua si velis retinere sicuā maximam ad mamillas appone: nō i ipsis mamillis sed sub eis ex inferioribus partibus: vt dicit cōmentū. ¶ Nonnulli vero & tertio ponunt ventosas super prorā capitis ad eleuandam vuulā & sistēdū reuma. Attrahitur eñ materia de profundo ad exteriora quod est cōsiliū Gal. 13. terap. Et ꝓpter istā intētionē sepissime pouūt in apatib⁹ emūctoriorū: i qb⁹ toto posse ꝑcipit Aui. extrahere materiā &

ſi non cum alio ſaltim cum ventoſis ponũtur etiam ſm Gal. vbi ſupra in coxis ad menſtrua prouocãda. Necnõ & prope apoſtemata iuncturarum vt apoſtema remoueatur & elongetur de iunctura. ¶ Quarto ponuntur vẽtoſe in paraliſi ſuper originem neruorum ad calefaciendum ipſos in tertio canõ. capitulo de paraliſi. Et tertio interiorum de quo contra archigenem probat Gal. ꝙ cerebrum ſit principium virtutis animalis. ¶ Quinto ponuntur ſupra ventrem in colica vt euaporando ventoſitatem ſedetur dolor. xj. terap̃. Dolor demum qui ex ſpiritu ventoſo fit precipuam ſanationem habet per ſiciam cum copioſa flebothomia: ſiue ſit ſm inteſtina: ſiue ſm aliam particulam. ¶ Sexto ponuntur ſuper matricem & inteſtina ad reducendum ea in locis ſuis iuxta cõſilium Aui. in tertio canõ. in capitulis ſitis. ¶ Septimo ponuntur ventoſe in plicatione coſtarum & conſimilium oſſiũ ad reducendum & rectificandum ea. ¶ Octauo ponunt̃ ſuper vias & poros per quos tranſit vrina de renibus ad veſicam ad faciendum deſcendere lapidem ad veſicam vt in tertio canõ. conſulit Aui. ¶ Nono ponũtur ſuper aures & foramina vlcerum profundorum ad extrahẽdũ ſi quid alienum fuerit in ipſa. ¶ Decimo ponuntur ſupra collum ad ampliãdum viam anhelitus & cibi in ſquinãtia. ¶ Vndecimo ponuntur ſupra morſuras & pũcturas & puſtulas venenoſas vt extrahatur ab eis venenum.

CIRCA ſecundum qũo fiunt & circa regimẽ ipſorũ ſunt tria conſideranda: videlicet quid ſit faciẽdum ante operationem: quid in actu: quid vero poſt actum.

¶ De primo eſt Aui. intentio quod ventoſatio ſm quod dicunt antiqui fiat electiue in plenilunio & non in defectu lune. Nam vt ipſe dicit & G. cõcedit in tertio de creticis & Albumaſar. ꝓbat in magno introductorio luna augmentata in lumine augmentat & trahit humores ad ſuperficiem corporis. Et ipſa diminuta humores diminuit & ad interiora claudit: & cum hoc eſt bonum quod dies auſtralis ab hora ſecunda vſqꝫ ad tertiam. Preterea eſt intentio omnium operantium ꝙ ante vẽtoſationem per horam vnam balneetur & fomentet̃ cũ aqua calida

locus vẽtosandus: quod verificat Aui. si san. fuerit grossus. In sanguine autem subtili non est necesse: nam timẽdum esset de nimia resolutiõe & debilitate. Et est preuidendum quod nũq̧ fiat scarificatio nisi precesserit appositio sicce ventose: eo quia oportet sanguinem ante trahere quam euacuare.

¶ Circa autem ventosationem est sciendum q̧ ventose que apponuntur sunt duorum modorum vt dictum est quedam sunt de cornu que applicãtur suggendo: quedã de vitro que applicantur de igniendo. In primo applicatur cornu cum foramine & suggitur & trahitur cũ ore aer & attractionem aeris sequitur eleuatio carnis: vt natura repleat vacuum quod semper euitat vt phisici ꝓbauerunt. In secundo modo ponitur infra vẽtosam parum de stupa sicca carpinata: & cum candela incensa inflammatur & subito applicatur: & cõsumpto aere natura vt succurratur vacuo trahit carnem & materiam in carne coniunctam. Alb. autem assignat alium modũ applicandi ponendo modicum de candela ignita in virgula existente in medio ventose.

¶ Post vero applicata semel aut bis ventosa sicca vbi est necesse in spatio comprehenso fiãt multe scarificationes ordinate & ſm cutem ꝓfunde cum pilo aut rasorio. Et statim post exsiccato loco cum spongia reapplicetur vt prius vẽtosa. Et stet ibi per mediam horam quousq̧ sanguine fuerit semiplena & ipsa remota & euacuata & mundata per eundem modum: iterum applicetur & stet plus. Et post alia quousq̧ fuerit sufficiẽter euacuatio facta de media libra vsq̧ ad libram. j. ſm tenorem virtutis & quantitatem repletionis.

¶ Et post primam appositionem si non sanguisugat bene fricetur locus scarificatus cum orificio ventose aut cũ percussiõe vnguium: aut iterum scarificetur quousq̧ bene fluant. Cauẽdum est tñ ne applicent̃ supra mamillas: neq̧ supra membra mollia quia tante carnis substantia subintraret q̧ ventosa non posset remoueri sine difficultate. Modus tñ remouendi est q̧ fomentet̃ locus circũcirca cũ aqua cal̃a & taliter ducat̃ vt aer possit aliqualiter

subintrare & ipsam eradicare.
¶ Est etiam cauendum q nimis non continuētur iuxta mineras virtutum: quia retro collum nocēt memorie: retro spatulas cordi & i dextro hypocūdrio epati. Et ideo aqua rosata est in eorū facie spargenda: aut vipa seu mala granata sunt eis danda: ducendus est sanguis in actu ventosandi a circunferentijs ventose cum manibus suauiter versus ventosam.
¶ Facta autem ventosatione exsiccetur locus & inūgatur cum oleo ro. aut aliqua axungia sedatiua. Et regatur vt flebothomatus.

¶ De sanguisugis.

SANGVISVGATIO est extractio sanguinis cum sanguisugis. Quid sint autem sanguisuge est notum q sunt quidam vermes nigri ad formam caude muris cum lineis citrinis ſm dorsum & quadam rubedine circa ventrem. Et ille sunt meliores que in aquis bonis reperiuntur. Caueantur tamē ille que sunt horribilis coloris & habent caput grossum & que in malis aquis fuerint nutrite quia venenose sunt.
¶ Circa quod auxilium inquiruntur duo, primo quibus subueniunt egritudinibus, secundo quomodo applicantur & regantur.
¶ De primo dicit Alb. q sanguisuge non administrantur in pluribus nisi in quibus non est possibilis positio ventosarum vt esset labium nasus & gingiue & sicca denudata carne: sicut digiti & iuncture. Et Aui. vult q sunt vtiles serpiginosis & vlceribus malis non supra sed circuncirca & multoties ponuntur super apata emūctoriorum & difficilis maturatiōis: vt dicebat Theodoricus. Nōnulli vero ponūt ipsas ad emorroydas apiendas. Magis eñi trahūt a pfundo q̄ vētose vt supra per Hali. fuit allegatū. ¶ De secūdo est dicendū q tales euacuationes particulares non fiant in corporibus plenis: nisi sufficiens precesserit euacuatio. Post hoc aūt est intētio Aui. q nō administrentur dū recēter sunt capte feruent i aqua mūda

per diem:vt euomant quod in earum existit ventribus. Et post fricetur locus & lauetur donec rubeat aut liniatꝛ cum aliquo sanguine aut scarificetur locus modicum & ab eo aliquis sanguis fluat. Et applicetur cum manibus aut cum cāna. Et ponantur due vel tres vel quot erūt necessarie ad extrahendum tātam sanguinis q̄titatē quantam erit necesse. Et postea qn̄ erūt ingrossate cadēt p se: aut infundātur capita eorum cum aceto:aut cū sale trito aut cum aloe:aut separētur cum filo:aut pilo equino vel cōsimili. ¶ Et post esset vtile suggere locum & lauare cū aqua & aceto. Et si sanguis multiplicaretur emplastretꝛ locus cum boloarmeno & gallis seu balaustijs & alijs q̄ sanguinem restringūt. ¶ Et regatur post vt flōmatus: & si modicum post de tiriaca administretur ꝓpter earum venenositatem esset bonum:vt dicit Arnoldus.

¶ De medicinis purgantibus humores Ca. ij.

QVAMQVAM Galꝛ. in multis locis & non minus in .5. tegni & in cōmēto illius quarti affōrum. Qualia oportet &c. numerauerit multos modos euacuādi velut sunt per flōiam p pharmaciā secessiuā atq̄ vomitiuā per nares per palatū p tussim per vrinas per matricē per emorroydas nedū & per exercitia fricationes sudores & balnea: & ſm accn̄s p cibationes. Nihilominus q̄tū est de p̄nti nō fiet memoratio nisi de illa q̄ per secessum vomitū. Et q̄ cū clisteribus qm̄ de illa q̄ p flōiā dictū est supra. Isti em̄ duo sunt modi euacuationū q̄ magis occurrunt in arte chyrurgicali. Et de istis pauca dicenꝛ: quia magis ꝑtinet ad dn̄os physicos q̄ ad chyrurgicos nisi essent mixti. Multa em̄ pericula imminēt in medicinis laxatiuis vt hebē Mesꝛ. ostendit q̄ de eis euāgelice tractauit. ¶ Medicina aūt purgatiua ſm intētionē. G. in de pharmacijs & per totū est q̄ cachochimiā euacuat. Vnde in cōmēto illius primi affōrū In perturbatiōibus. Purgatio est euacuatio eoꝝ q̄ cōtristāt ſm qualitatē. Medicina aūt ventris solutiua ad sanitatis cōseruationē si vtatꝛ vt opꝫ maximū ꝓbet adiutoriū

in 4. Alman. & bene dicit vt oportet quia vbi nõ oportet vel s3 quãtitatẽ vl'ꝑm qualitatẽ vel tps solutionẽ tã tam fecit: vt dicit Haliab. in secundo sermone secunde ꝑtis libri regalis quod perit homo aut malam in eo facit infirmitatem. Omnis enim medicina purgat & inueterat: vt dicit Aui. in fen. tertia sui primi. ¶ Ad ægritudinum autem curationem est vna trium rerum medicaminis vt totus testificatur cetus medicorum. Est ergo pharmacia vtilis & necessaria. ¶ Circa quod generosum auxilium sex inquiruntur probleumata. Primum qui sunt cum medicina purgandi. Secundum qui sunt illi qui illã sustinere possunt. Tertium cum quibus pharmacijs est facienda. Quartum de mensura. quintum de tempore. Sextum de regimine.

¶ Primum autem inquiritur per Gal. in libello de pharmacijs contra asclipiacicos & era sistraticos ostendens quod omnes humores superflui preter sanguinem per pharmaciã sunt purgandi singulariter & electiue & nõ omnes indistincte. ¶ Soli enim humores tristantes sunt purgandi: & non alij in cõmento preallegato primi afforismorum & hoc ipse declarat ibidẽ dicens. phlegmate super abundãte hoc euacuandũ est. Cholera vero xãta vel nigra molestante dimittendum quidẽ est phlegma: tristantem aũt cholerã euacuandũ. & si serosum qd fuerit illud euacuandum est & non aliud. Si vero sanguinem fuerit ꝙ superabundauerit illius facienda est euacuatio ꝑ fleõiam vt superius est ostensum. Et idẽ dicebat in de viu pharmacorũ per hec verba op3 primo tradere cholericis qđ cholerã purgat. phlegmaticis quod plegma. ydropicis quod aquam: mel'cis quod cholerã nigrã. Si vero extra hoc purgas conuenientia purgas & dimittis incõuenientia quare ad vtrasq3 peccare est: vl'r ig'r dicẽdum ꝙ humores naturales dictos a nutritiõe superabundãtes ꝑ fleõiam sunt euacuandi. Innaturales vero ꝑ pharmaciã: medicinã aũt mox sanguinis eductiuã l3 nõ sit in rerũ natura possibilis ẽ inuenire: vt ĩ libello de pharmacijs narratur de quodã iuuene qui porcellum de suburbio portabat de calu eum super herbas quasdam

applicans videns sanguinem de eius epate emanare cõsiderabat quod sanguinẽ euacuabant ille herbe:deditq; aliquibus gratia experientie qui deperditi fuerunt. Dixit ad certum quod nulli alteri docuerat. Et sic per presidem fuit condemnatus. Ita quidem vt dicit licet talis medicina in rerum natura sit:tacere tamen de ipsa rationabile est. Sicut alia venenosa tacentur ab hominib9 habentibus intellectum. Quatuor enim sunt intentiones propter quas dantur pharmaca laxatiua. Prima est propter cacochimiam expurgandã. Secunda propter ægritudinis fortitudinẽ. Tertia ad distrahendũ. Quarta ad alleuiandum. ¶ De prima cantat Hypp. illam cõmunem cantilenam secundi affõrum. A plenitudine q̃cunq; ægritudines fiunt euacuatio sanat. Duplex est autem plenitudo in quanto & in quali in libro de multitudine & vbiq;. Que vero est ꝑm quantitatem flõia sanat: que ꝑm corruptionem purgatio per pharmaciam in cõmento vbicũq; cibus preter naturam intrat in secundo affõrum & in sexto. Quibuscunq; flõia & pharmacia confert. ¶ De secunda allegat̃ illud 4. terap. Quod secundum eũdem modũ sicut flõia fit non solum propter multitudinem sanguinis: sed propter fortem ægritudinem ita & purgatio propter multitudinem alicuius alius humoris & fortitudinem ægritudinis. Et ad hanc intentionem adducit dicta hyppoc. in libro de vlceribus qui nõ solum considerauit ad multitudinẽ: sed ad ægritudinis fortitudinem in purgando vt in triplici ægritudinum fortitudine exemplificauit propter principalitatem particule vt in capite vel ventre percussio propter magnitudinem dispositionis vt in vulneribus ita magnis quod futura indigeant & propter malam morigerationem vt in articulis quassatis & ĩ quibuscũq; faralisare idest corrumpere periculũ est. ¶ De tertio dicitur ibidem quod non solum indigent laborantes purgatione vt tristantẽ superfluitatem euacuent: sed vt antisparent & euacuẽt. Si enim inquit reuma feratur sursum inferius purgabimus. Si deorsum superius antispasando. Iam autem cessante & firmato reumate per particulam eandem aut

proximam euacuare melius. Et est verbum notabile. ¶ De quarto ad alleuiandum datur sepissime medicina purgatiua incipientibus ægritudinibus iuxta doctrinã Hyppo. secundo afforismorum minorando supple & non eradicando vt vult Aui. in quarto de curatione feb. putridarum. Natura enim alleuiata facilius digeret residuum: vt dicitur in commento & in flebothomia fuit allegatum vndecimo terap. supra.

AD SECVNDVM qui sunt qui purgationes cũ medicinis cõueniẽter tolerare possunt. Respõdet Hyppo. in secundo affõrum quod illi qui circa vmbilicum & pectinẽ habẽt spissitudinem: fortes enim oportet esse: vt dicit G. in commento. Que per inferius. Et que ꝑ thoracem particulas ad bene famulandum purgationibus secundum illam rationem habentes partes superiores fortes non leduntur a vomitu. Et propter hoc dicebatur in quarto afforismorum quod prisicos non duces ad superiores purgationes: sed macros supple ꝑm membra carniformia: non tamen ꝑm radicalia & spermatica vt ibidem notat Albertus bonoñ. In talibus enim est aptitudo vomendi vt plurimũ propter choleram que in eis generatur: vt dicitur in cõmento. Sunt etiam apti ad purgationes ꝑm Rasim in quarto corpora que in regimine sunt peccantia per multam & inordinatam comestionem & que pauco vtuntur exercitio farmacis indigent in primo de custodia sanitatis: & in tertia fen. primi. Et qui eam assueti sunt melius eam tolerant: & propter hoc dicebat Gal. de vsu farmacorum: quando igitur debes alicui tradere medicinam interrogare ipsum oportet si consueuit bibere eam: & qualiter se habet vẽter cum eis. Nam si consueuit melius tolerat. Si non consueuit scire oportet qualiter assellabat dum erat sanus. Et si in sanitate aut qñ consueuit recipere medicinas vẽter eius fuerit obediẽs & bene solubilis leuioribus & minoribus indiget farmacis. Si vero durus & inobediens fortioribus. Tales enim conditiones tolerãt medicinas. Contrarie vero dispositi nequaq̃. Et ideo non sunt farmacandi nisi cum prudentia. ¶ Primo habentes ea que

circa vmbilicum tabefacta & macra fallaces sunt ad inferiorem purgationē ſm Hypp. vbi supra. ¶ Secundo corpora sana non debent purgari: quia cum medicina operetur per similem saltim in forma propoitionali: vt nostra tenet schola: non inueniens malū humorem nocitiuum conuertit se ad carnem & humiditates radicales & eas colliquat & molestat: vt dicit Cōmentator.
¶ Tertio etiā non sunt purgandi qui malo vtuntur cibo. Intellige conuerso in habitum sicut in lepra confirmata declarat Magister Albertus in qua farmacia angustiat & exoluit accipientem. Sed si mali humores in habitum corporis nondum sunt conuersi non est inconueniens purgare: imo necessarium. ¶ Quarto nō debent purgari crudi & indigesti iuxta Hypp. primo affōrum digesta farmacare & mouere nō cruda neqꝫ ī principijs eradicando supple quicquid fiat alleuiando vt dictū est nisi lasciuiāt & materia sit furiosa. Et licet Gal. in commento nō dicat materiā furiosam nisi a motu: nihilominus schola cōmunis accipit furiosam a parte q̄titatis loci & accidentis. Et propter hoc dixit sinocha cū cholica causon squinantes & antrax materias crudas euacuare iubet. Materie em̄ mote & transfluentes de vna ꝑticula ad aliam vt nō faciant impetum ad membra principalia sunt euacuande citius q̄ꝫ homo poterit.
¶ Ille autem que non sunt firmate secundum aliquam particulam non oportet mouere antequam digerantur vt dicit commentator. Sed postq̄ꝫ sunt digeste nisi natura sit sufficiens ad expellendum. Tunc enim debemus eam auxiliari alias dimittatur ipsa operari. Quia secundum Galenum in primo interiorum. Sole enim ille passiones indigent exteriori auxilio: quarum propter magnitudinē nequit dominari natura. Et Aui. in quarto de cura febriū putridarum authoritate Hypp. Medicus est adiutor nature non impediens eā. Et ideo dicebatur in tertio tegni cīm natura opatrix: medicus vero minister.
¶ Quinto nō sunt purgādi inaniti neqꝫ debiles: quia vbi indigentia non opꝫ laborare: vt dicit Hypp. & Auic. ꝙ omni euacuationi annexꝰ est casus virtutis. ¶ Sexto pre

parati ad fluxum vt trauli qui cito a dyaria capiũtur in sexto afforismorum.

¶ Septimo pueri & senes nõ sunt purgandi per pharmaciam pueri: quia propter fortitudinem sufficientes sunt ad expellendum superflua per insensibilem resolutionẽ: vt dicit Ioannes de sancto amando & sunt resolubiles per naturam senes: quia debiles. iuxta illud Gal. in quinto de custodia sanitatis. neq; aloe neq; yera vt quidã cõcedunt debet dari senibus supple in via cõseruatiua: vt dicebat magister Paulus qui autem in via curatiua nõ negat: imo cõcedit iam imminente necessitate ibidem. Et ẜm illam rationem omnia illa que debilitant virtutẽ prohibẽt farmacias vt sudores balnea coitus & alia euacuatio & id genus.

¶ Octauo non debes dare purgationem secessiuã a pate aut excoriatione in ano existente. decimotertio tera. vẽtre aut intestinis incipientibus flebothomare ypelatiuo i. subductiuo non conuenit vti.

¶ Nono laborantibus non conuenit nec competit quia satis in eis consumitur humor. Et cum hoc habent conclusiones effrenes & brutales & barbarinas in septimo colliget qui ex fortibus egritudinibus euadunt sine medico & medicina. ¶ Decimo pregnãtes nõ sunt purgande: quia ꝓpter cõmotionẽ & delacerationem ligamẽtorum abortirẽt nisi expediat ꝓpter materiã venenosam de quo esset timẽdum ꝙ reperet ad mẽbra principalia & interficeret matrẽ & fetum insimul: aut qñ est materia faciẽs aborsum: & tũc securiꝰ fit a quarto vsq; ad septimũ mẽsem. Et certe nõ cũ quacunq; medicina: sed cũ suaui & lenitiua. Et ꝓpter hoc reprehẽsio Au. cõtra Hyp. habet suũ intellectũ vt notat in affõ illo. Nõ tñ vult Ga. ꝙ tales indicatiões cũ necessitate penitus cassent farmaciã Sed vt dictum est de flõmia ꝙ ẜm eundem Gal. in octauo terap. oportet exercitatum mente de ipsis facere vnũ capitulum ad inuicem omnes: videlicet indicationes cõparãdo & si aduersantur dicit in septimo ꝙ nõ oportet alterius extremitatẽ cupiẽtem alterius obliuisci penitus sed amborũ semper reminiscẽtẽ & inquãtũ possibile est

miscere eas: aut minuendo quantitatem aut speciem medicine: aut ad aliud genus euacuationis mutando intendere.

AD TERTIVM cum quibus medicinis facienda est purgatio nõ cum atrocibus: sed cum familiaribus & correctis: vt dicit Gal. in de vsu farmacorũ. Iuxta ꝙ est intelligendum ꝺm intentionem hebẽ Mes. & Aui. quatuor sunt modi medicinarum laxatiuarum. vnus & proprius modus habens proprietatem attractiuam: vt scamonea & turbith. alius modus ꝓprietatem habet compressiuam sicut mirabolani alius proprietatem lenitiuã vt tamarindi cassia fistula alius modus habens proprietatem lubrificatiuã vt muscillago psiliĳ: verũtamẽ quia exempliare singulariter de istis nimis esset longũ, dimitto dominis physicis exquisitam ipsarum pertractationẽ ꝗtum est de presenti. Gratia tamen familiaris doctrine est sciendum iuxta doctrinam hebem Mes. ꝙ medicine magis vsuales simplices euacuantes choleram sunt scamonea. Cuius dosis est a. v. gra. vsqꝫ ad duodecim.

¶ Reubarbarum a. ʒ. ĳ. vsqꝫ ad quatuor. ¶ Aloen. a. ʒ. j. & ß. vsqꝫ ad. ĳ. ¶ Miraboli citrini a. ʒ. iĳ. vsqꝫ ad. ℥. j.

¶ Lupulus fumus terre viole aque casei succus rosarum pruna tamarindi & cassiafistula vsqꝫ ad. ℥. j. & ß.

¶ Composite sunt electuarium de succo ro. Cuius dos. est. ℥. ß. ¶ Dyaprunis dyasinthonidem laxatiuũ quorum dosis est. ℥. j. Dyadactilatũ cuius forma erat semꝑ apud me. ℞. dactilorum enucleatorum quar. j. elixent in aqua decoctionis anisi maratri & ameos: deinde pistẽtur fortiter & colentur & cum quar. j. zuccari coquantur donec incipiat inspissari quod cognosces per inuiscationẽ cum digitis: deinde deponatur ab igne & scamonee grosso modo trite. ℥. j. misceatur & cum spatula agitando recondatur dosis est vsqꝫ ad. ʒ. j. ¶ Medicine simplices euacuantes phlegma sunt turbith. Cuius dos. est. ʒ. ĳ. Agaricus. ʒ. j. & ß. Cartamus. ℥. ß. colloquintida a. ℈. j. vsqꝫ ad iĳ. mirabo. kebuli. ℥ j. composite sunt yerapigra G. cuiꝰ dos. ẽ. ʒ. iĳ. blãca. ℥. ß. benedicta. ℥. ß. Pillule cochie. ʒ. j. & ß. Dyacartamus cuius forma superiꝰ in gutta fuit posita ʒ. iiĳ.

ʒ.iiij.vel.v. Pillule etiam de agarico. Cuius forma ſm hebem Me. eſt talis. ℞. agari ciʒ.iij. radicis lilij celeſtis: praſſi. añ.ʒ.j. turbit.ʒ.v. yerepigre.ʒ.iiij. colloquintide ſarcocolle añ.ʒ.ij. mirre.ʒ.j. confice cum rob. Doſ.ʒ.ij. yerapigra qua ego vtor ſuper omnes nobilis medicina ſumitur a G. ſeptimo tera. & quarto meamir. & continet cẽtum partes aloes & de cinamomo & de xilobalſamo caſſiali. aſaro ſpic. croco & maſtice ſingulorum. añ. partes. vj. vt qui vellet facere.ʒ.ij. de aloe poneret de qualibet ſpecie.℈.ß. & in.ʒ.j. gra.v. Aui. vero & hebem Meſue ad põdus omnium ſpecierum ponunt pondus duplicatum de aloe antidotarium commune ſolum vnicum pondus & eſt debilior. Non obſtante ꝙ yeram acuũt cum turbith. agarico & colloquintida: quia tamẽ ponuntur in parua quantitate non multum vigorant eam. Et ideo cõſueui vigorare eam cum tantundem de ſcamonea quãtum eſt de altera medicinarum. Et quandoqꝫ facio de ipſo pillulas cum ſucco abſinthij: quandoqꝫ dono eam in puluere cũ aqua ordei mellita. Do. eius eſt. a.ʒ.j. & ß. vſqꝫ ad.ʒ.ij.
¶ Medicine ſimplices euacuantes melẽcholiam ſunt ſene. Cuius doſ. eſt in puluere.ʒ.j. In infuſione.ʒ j. epithimus.ʒ.j. eſula vſqꝫ ad.ʒ.j. cum cuſcuta mirabolani indi. Polipodium vſqꝫ ad.ʒ.j. lapidis lazuli.ʒ.j. volubilis lupulus ſine menſura. Compoſite ſunt dyaſene.ʒ.v. catarticũ imperiale.ʒ.v. yera ruffi.ʒ.iij. yeralogodion.ʒ.ß. theodori con.ʒ.j. Et puluis meus communis qui. ℞. liquiri.ʒ.ij. pulueris ſtomachi confortatiui.ʒ.ß. epithimi.ʒ.j. ſene ad põdus omnium fiat pul. Doſ.ʒ.ij.
¶ Humores aquoſos euacuat tartarum ſuccꝰ yreos. Cuius doſ. eſt.ʒ.ß. ſuccus cucumeris agreſtis panis lacticiniorum quem conficit circa inſtans cum farina ordei & ſocius ille ſuper vinum.ʒ.ß. dabat radẽdo & faciebat mirabilia.
¶ Euacuantes autẽ humores omnes eſt tabula mea quã recepi a magiſtro ſtephano arnaldi in montepeſſulano. Cuius forma. ℞. conſerue violarum boraginis. añ.ʒ.ij. cõſerue bugloſſe. cortici citri conditi. añ.ʒ.j.ʒʒ. albi.ʒ.ß. pulueris dyadragaganti frigidi.ʒ.ij. dyagredij.ʒ.iij. turbith.

ʒ.iiij.sene.ʒ.v.panis zuccari.℥.x.fiat electuarium in tabu la. Cuius dos.est ℥.ß.

¶ Ad eandem intētionem est dyacassiasi magistri Thadei. Et est quasi dyacatholicon.℞.cassiasi.lib.j.tamarin dorum recentium quar.j.māne granate quar.ß.sene poli podij.aā.℥.ij.esule.℥.j. dyagredij.℥.ß.ani. maratri. seminis melonum.aā.℥.ß.cinamomi.ʒ.ij.syrupi viola. syrupi ros.aā.quod sufficit fiat electuarium. Dos.sit vsq; ad ʒ.vj.

¶ Cassiasi.simplex datur cōmuniter in colatura.℥.j.large dissoluta cum aqua prunorum vic.&c.

DE MENSVRA euacuatiōis quod erat quartum dirigit medicum Hyppo.in primo afforismorum. & in quarto quod quando euacuantur que peccant & debēt euacuari patientes bene ferunt & eis confert:contrarij vero importune. Quantitas autem humoris peccātis & virtus egrotantis sunt regula totius mensure. Et ad hoc contemplare tempus regionem & etatem:vt ipse dicit somnus autem & sitis sunt signa perfecte euacuationis in quarto afforismorum. Et mutatio egestionum nisi ad malum terminetur. In secundo eorundem & sexto epidimiarum. Allegat a Rasi. Tutius tamen est infra subsistere q̄ totum exquisite euacuare:& melius est multiplicare vices q̄ quantitatem. Et causam reddit Aui.quia illud parum quod dimittit natura multoties resoluit. Cōiecturatur parua q̄titas expulsorū de tribus lib. Magna de.xij.communis de.vj ad viij.

¶ De tempore euacuandi sicut dictum fuit de flebothomia est sciendum quod hora est duplex.s.necessaria & electa. Hora necessaria non habet tempus:vt quādo materia est bene digesta:aut si est furiosa aut magna aut in loco periculoso aut faciens in corpore talia accidentia quod non det inducias vt etiam superius fuit dictū. Hora electa est post digestionem. Et ideo euacuatio non cōpetit incipientibus egritudinibus.vnde Commentator. Nulla euacuatio quam natura facit in principio est laudanda:quāto magis ars que imitari debet naturam. Regulariter tñ operantē saltem in affirmatiuis:vt dicit Al

ber. Natura enim primo digerit: postea diuertit & expellit vt ibidem dicit Commentator: nisi per modum alleuiationis: per quem modū precipit Hypp. incipientibus morbis si aliquid videtur mouendum quod moueatur. In statu vero silendum est. Tempus vero declinationis est eligendū in bona purgatione. Et s̄m etiā tempora anni eligitur per ipsummet Hypp. in sexto tempus veris & Gale. in commento extendit ad autūnum. Tempora aūt excessiue calida & excessiue frigida sunt euitāda quia ante canem & post canem qui sunt 40. aut 50. dies ortus canicule s̄m Gal. de vsu pharmacorum. & secundo alimentorum: quorum romani accipiunt 28. a fine iulij & 20. in principio augusti. moleste sunt farmacie in quarto afforismorum. & non quolibet anno: sed secundū ꝙ consuetum fuit egrotare. dicente doctore subtili in sexto collectorij. & ego dico quod illi qui vtunt potionibus in septimanis annorū aut in medietatibus ipsorum rectius faciūt quā illi qui omni anno purgationem exercent: quia nos videmus ꝙ ægritudines vt plurimum non accidunt hominibus: nisi in circuitibus determinatis: aut circa ipsos. Est ergo in quolibet indiuiduo multum considerandum.

¶Quantum autem ad horam diei h₃ communis practica dare colaturas in mane pillulas de sero. Electuaria in media nocte quorum causæ apud physicos sunt note. Aerem oportet eligere precipue in hieme austrinum: vt dicit Auic. & si esset pluuiosus placeret socio concordātiarum eligēdum est etiam quod luna habeat satis de lumine: vsq₃ ad plenilunium: vt dicit Ioannes de sancto amando: eo quia tunc humores in maiori sunt motu & preparatione: quod est necesse in pharmacando & sit in signis humidis vt sunt cancer scorpio piscis libra a malis etiam non aspecta a ioue: vt in centiloquio dicit Ptolomeus & causæ note sunt apud astrologos & in meo libello de astronomia satis fuit tractatum de hoc.

VLTIMVM est de regimine. ¶Regimen autem purgationis est tripartitum: videlicet in regimine

ante administrationem & in actu administrationis & post actum. Anteq̃ autem administretur medicine precipit Hypp. fluxa facere corpora. i. digerere materiã & aperire & mollificare vias vt Gal. in commento dicit. Digeritur autem materia cholerica cum rebus frigidis & aperitiuis vt sunt herbe 5. capillares: endiuia tenella scariola cicorea rostrum porcinum acetosa femina frigida maiora & minora vinum malorum granatorum acetum & aqua. ¶ Composita sunt oxizacara & syrupus acetosus. Cuius forma secundum magistrum Arnaldũ est hec. ℞. capilli ve adyantos politrici cetrac scolopendrie endiuie tenelle cicoree scar. lactu. rostri porcini añ. M. j. quatuor seminum frigidorum maiorum minorum añ. ʒ. ß. sandal. ʒ. ij. ros. vio. florum nenufar. añ. ʒ. j. succi granatorum quar. j. panis zuccari lib. j. fiat syrupus & dentur mane & sero longe a cena. v. coclearia cum septẽ aque calide decoctionis prunorum.

¶ Digerit phlegma cũ radic. v. calamẽto pulegio ysopo moiorana saturegia. mentha seminibus ani. maratri carui piperis. ʒʒ. spice melle & aceto squillitico.

¶ Composita sunt oximella diuret. & squilliticum & cõpositio syru. mel. Cuiꝰ forma ℞. radi. fen. petro. apij brusci sparagi graminis exfoliati in aceto per diem vnam tẽperatorũ. añ. quar. j. ysopi calamenti origani camedreos abrotani añ. quar. ß. se. ani. mara. carui ameos añ. ʒ. ß. ʒʒ. zedo spice. nardi añ. ʒ. ij. floiũ ãthos florum saluie añ. ʒ. j. aceti radicum predictarũ quar. j. & ß. mellis lib. j. fiat syrupus detur cum aqua cicerum vt supra.

¶ Digerunt melencholiam boragines buglosse fumus terre scolopen. cetrac. adyanthos thamariscus thimus epithimus cappares vinũ aromaticum balneum aque dulcis.

¶ Composita sunt syrupus de liquiri. syrupus de fumoterre & syrupus de buglossa. Cuius forma est hec. ℞. buglosse cum toto lib. ß. fumiterre cum floribus rubeis summitatum lupuli teneritatum salic. añ. quar. j. mediũ corticis fraxini thamarisci scolopendrie capilli ve. & melisse añ. quar. ß. seminis melonũ cuscute. & semĩis vrtice

ani.maratri añ.℥.ß.liqui.rase calami aromatici been albi & ru.añ.ʒ.ij.corticis citri spice nardi añ ʒ.j.florũ absinthij florum genestre añ.℥.j.vuarum passarum mundatarum ℥.ij.aceti squillitici quar.j.vini aromati.quar.ß.mellis lib.j.fiat syrupus detur vt supra cum aqua boraginis.
¶ Et ad summum inquit Aui.naturam mollificare antequam venter soluatur est competens regula in soluẽdo. Regantur ergo interim ꝙ potant syrupum caulibus & iuribus mollificantibus nisi ex natura haberent bonum ventrem aut essent parati ad fluxum. Et cum hoc consulit Auic. quod si fuerit constipatus cum fecibus induratis quod premittatur clistere mollificatiuum.
¶ In actu autem administrationis pharmacie cauendũ est quod eam retineat & non euomat ad minus quousꝙ non facit aliquam operationem. Et hoc cum fricationibus extremitatum & masticatione pomorum & odoratione crustarum in aceto infusarum. Et etiam cauendum est ne superdormiat nisi medicina fuerit in solida substantia. Tunc enim dormiendum est vsꝙquo incipiat operari. Postꝙ autem incipiat operari nõ dormiat nisi vellet eam restringere. ¶ Est etiam consilium Aui. quod post acceptionem medicine quiescat: vt ipsa a natura comprehendatur vsquequo incipiat operari. Et tunc moueatur & intendat paulatius maxime si medicina ad operandum fuerit pigra iuxta doctrinam Hypp. quarto afforismorum. Cum quis biberit elleborum moueatur. Consulit tamen Aui. quod si medicina accepta non operatur si non facit nocumentum quod dimittat. Si autem adesset aliquid timoris melius est quod fiat clistere quã si daretur iterum medicina. Nam vt dicit duas medicinas ventrem soluentes in eadem die administrare timorosum est & extra rectitudinem.
¶ Post autem operationem medicine ad lauandum stomachum & intestina consulit Gal. in septimo terap. potare vinum haustum ptisane. Parisień. tamẽ dant aquã trumeli bouis. Montispedeń. aquam pulli lauato stomacho & intestina. consulit Iohannes de sancto amando antequam comedat transglutire aliquem succũ stipticũ

vt os stomachi calefactum per medicinam cõfortetur. Comestio autem farmacati debet esse moderata & euchimia de bonis gallinis & caponibus & minor solito vt proportionetur patienti per euacuationem debilitato iuxta doctrinam primi afforismorum & secundi regiminis acutorum & ꝑm quod erat materia que peccabat ordinetur qualitas. Nam post euacuationem & abscissionem causæ alteranda est discrasia que remansit in tertio tegni.

¶ De vomitu.

VOMITUS est purgatio facta per os cum medicina vomitiua. Et valet ad cõseruationem sanitatis iuxta illud qđ dicit Gal. in quinto de vtilitate particularũ. Bene igitur antiqui medicorũ eos qui a cibariјs vomitus singulo mense facere consulebant. Hi quidem semel sufficere existimantes: hi autem bis facere significantes: valet etiam ad ægritudinum curationem dicente Auic. ꝙ valẽt cronicis passionibus epilepsie manie lepre podagre sciatice & passionibus renum & vesice. Et est auxilium euacuatiuum & diuersiuum principaliter purgans stomachum: & per consequens alias partes. ¶ Possunt autem tolerare eum habentes partes superiores fortes non debiles & preparati ad ptisim: preparãt autem ad vomitum cibaria multa & diuersa dulcia & pinguia & nauseatiua velut sunt ficus porri cepe fabe carnes porcine ptisana & vini multa potatio. ¶ Prouocatur vomitus tripliciter debiliter fortiter & fortissime.

¶ Debilitet prouocatur cum vno haustu aque calide & olei: & tactu digitorum aut penne vncte immisse infra palatum. Fortiter cum decoctione seminis attriplicis: seminis raphani: seminis eruce porri cepe aut per decoctionem raphani intra quam steterit per duos dies sub terea elleborus: aut per comestionem eiusdem raphani rotulare. Fortissimus fit cum vomitiuo Nicolai. Cuius forma est hec. ℞. tapsie. ℥. iiij. croci ʒ. j. nucis vomice ℥. ß. catapucie ℥. ij. cum succo assari & mellis fiant trocis. ʒ. vnius dẽtur distemperati cum aqua tepida. Datur post cibum iuxta meridiem: & ligẽtur oculi. ¶ Et postquam

compleuerit operationem suam lauetur os & facies cũ aqua & aceto & post horam comedat cibaria leuia & confortatiua.

¶De clisteribus.

ENEMA aut clistere fuit assumptum a ciconia aque pro dolore ventris assumente aquam maris cum rostro & inijciente sibi retro. vt recitat Gale. in introductorio medicorum. Et est notabile auxilium. vt dicit Aui. ad expellẽdum superfluitates que sunt in intestinis primo: & totius corporis consequenter. ¶Et propter hoc supplet vices medicinarum: habet enim securitatem: quia non transit per os neq; per nobilia membra & expellit satis ad vomitum: valet aũt in passionibus intestinorum & renum & membrorum superiorum. Et est triplex mollificatiuum: mundificatiuum & constrictiuum. ¶Mollificatiuum seu lenitiuum sic fit. ℞. aque decoctiõis maluarum aut furfuris matrisuiolarum aut ficuum li. ij. olei cõmunis lib. j. salis. ʒ. ij. fiat clistere. ¶Mũdificatiuum fit cũ ij. lib. aque decoctionis maluarum mercurialis brãce vrsine foliorum sicle añ. M. j. ficuum pinguium. xv. numero anisi maratri assari. añ. ℥. ß. Dissoluantur in ea cassiefi. mundate. ℥. j. yerapigra. Gale. benedicte probate añ. ℥. ß. mellis quar. j. olei lib. ß. salis. ʒ. ij. fiat clistere. ¶Cõstrictiuum fit. ℞. plantaginis M. ij. rosa. M. j. balaustiarum. ℥. j. fiat decoctio vnius lib. in qua dissoluantur puluis ru. ℥. ß. sepi hircini quar. j. albuminis ouorum tria in numero. fiat clistere: & in parua q̃titate inijciatur: fieri autem potest omni hora. Eligibili⁹ tñ fit ante comestionẽ. Stet patiẽs dum recipiet eum dimissa zona curuus super genua sua & teneat os apertum. Et post iniectionem fricet sibi vẽter & vertat se sup locũ dolorosum & sustineat ipsum per vnam aut per duas horas: imo quantũ erit possibile.

¶De suppositorijs.

SVPPOSITORIA fiãt ad modum cãdellarum vni⁹ digiti de melle cocto cũ sale trito & inũgat cũ oleo & si cũ eis incorporet modicũ de stercore muris fortiora

essent.fiunt aliquando de sapone duro:aliquando de la-
do indurato:nonnunꝙ̃ cum mercuriali trita aut fructu
cucumeris asinini depilato.Caueantur tamen in ano vl
cerato:purgant enim & attrahũt feces intestinorum vt
in de colica Aui.ponit.

¶De cauterijs & formis eorum Ca.iij.

CAVTERIZATIO est operatio manua-
lis cũ igne facta artificialiter in corpore huma-
no ad vtilitatem determinatam.Ignis aũt ẜm
omnes doctores est duplex actualis qui subito
operatur cum instrumẽtis metallicis ignitis;aut cum ra
di. Aristol.seu affodilorum summe calefactis;aut cũ sul
fure intenso;aut cum aqua seu oleo bullitis & non a ca-
su;sed scienter applicatum. Alius est potentialis qui nõ
apparet sensualiter in hora;sed post deductionem poten
tie eius ad actum:quod fit cum medicinis causticis & rũ
pentibus. Et quedam imprimunt fortiter & faciũt esca
ram;vt est calx viua cum sapone mel anacardinum:que
dam leuiter & non faciunt escaram:sed vesicam vt can
tarides & flamula atqꝫ pantalupina.

¶Cauteria tamẽ actualia sunt securiora ꝙ̃ potentialia:
eo quia ẜm Alb.actio ignis actualis est simplicior & mi
nus ledit partes vicinas & membra principalia ꝙ̃ actio
ruptorij que membris principalibus multum est suspe-
cta;nisi esset in casu in quo patiens propter eius pusilla-
nimitatem non esset ausus attingere ignem. Aut in casu
in quo vellemus facere cauteria ad euacuandum & deri
uãdum. Tum enim ruptorium propter dolorem & esca
ram grossam quam dimittit debilitãdo locum maiorem
prouocat fluxum. Et licet ꝙ Aui.dicat ꝙ cauteriũ actua
le melius fit cum auro:hoc habet verum in membris te-
neris velut sunt oculi;vt dicit Arnaldus. In alijs autem
securius fit cum ferro;vt dicit Albu.eo quia igneitas in
ferro melius potest mensurari ꝙ̃ in auro. Neqꝫ in argen-
to propter eorum colorem nisi fieret per aurifabrum in
hoc assuetum.

¶ Cauteria ꝭm Alb. competunt in omnibus dispositionibus; precipue tamen humoralibus & maxime frigidis & humidis; calidis autem humoribus licet non contrarientur per se: contrariantur tamen accidentaliter per remotionem cause. Calidis autem & siccis naturis immaterialibus non sunt vtilia; imo in eis faciunt multa mala vt tenet Alb. Brunus Guil. Lanfrancus & Henricus & eorum sectatores.

¶ Et quamuis sit valde vtile medicamē ꝭm Alb. & aui. & de ipsis multa tractauerunt Alb. Hyp. vt testatur Haliab. in. 9. sermone partis secūde. Nihilominus modernis temporibus non habet tm̄ vtum quantum habebat antiquis tpibus: vt dicit Henricus eo quia cōiter exercent per idiotas & operantes imperite & absq; purgatione: propter quod leduntur quamplurimum. Et ita arguēdo per fallaciam accidentis huius magisteriū negligit sicut & multa alia vt Albumasar de astronomia probauit.

¶ Cauterium vero est necessarium auxilium in cōseruādo sanitatem & extirpando egritudinem tenet em̄ locū vlium euacuationum vt flōmiarum & purgationum in hominibus qui ea sustinere non possunt. Et cum hoc reliquias predictarum euacuationum corrigit & emēdat maxime in egritudinibus fortibus & malignis in qbus solum fieri cōsueuit; vt Rabi in sexto epidimiarum allegauit. & propter hoc dicebatur antiquitus vltimū instrumentū medicine nō vltimate finis sed ordinis: quia post dietam & pharmaciam & flōiam debet fieri cauterium vbi conuenit; aliter faceret multa mala. Vlis aūt euacuatio debet ꝑcedere particularē in ordine operatiōis recte.

¶ Et quia istud auxilium est ita generosum circa ipsum inquirantur tria: primo quare fit. secundo quomodo fit. sed tertio regimen ipsius.

¶ Propter autem primum est sciendum ꝙ cauteria fiunt propter vtilitates generales & speciales. Vtilitates generales cauteriorum actualium precipue sunt sex.

¶ Primam ponit Aui. ad confortationem membrorum. Calefacit em̄ cauterium actuale & desiccat membra q̄ vtplm a frigido hebetantur. Et ꝑpter hoc dicebat hyp.

authoritate Gal.quarto tera.Siccum sano est ꝓpinquius humidum vero non sano.¶ Secūdam ponit ipse Aui.ad prohibēdum ne corruptio multiplicetur in membro.Et isto modo precipitur a Gal.in secūdo ad glauconē & ab Aui.in quarto ꝙ fiāt in circuitu estiomenorum & in vlceribus spōte dilatantibus & in ossibus corruptis.

¶ Tertiam ponit idē Aui.ad resoluēdum materias coartatas in particula:& isto modo precipiunt Alb.& Hali. ꝙ fiāt in guttis vel cephaleis & in fortibus doloribus.

¶ Quartam adaptat idem Aui.ad restringēdum sanguinem:quam appropriabat Gal.in.5.tera.dū dicit adinuenerūt ea q̄ ad vocatam escaram operāt.velut sceptrum quoddam ad restringēdum fluxum sanguinis.Operant aūt ipsam per ignem:aut per similē igni pharmaciam.

¶ Quintā appropriat magister Arnaldus ad euacuandū & diuertēdum fluxus inueteratos oculorū & totius corporis & isto modo fiūt setones & cauteria retro collum & in fontanellis lacertorū:vbi lacertus a lacerto distinguitur aut sub eis ad duos vel tres digitos iūcturarū maxime iuxta venas q̄ dirigunt ab membra illa.¶ Sextam ponit Gal.ad intercipiēdum:& isto modo ꝓcipit cauterizare venas timporū:vt nō fluat ad oculos materia:& in ruptura ꝙ intestina nō descēdant & in vicinitate vlcerum malorū.Et de hoc fecit afforismū Arnaldus:manatio q̄ diuerti nequit ad exitum naturalē supple habituatum vicinis cauterijs adducit competēter.¶ Septimam ostēdit vsus ad extirpādum superflua:& isto modo aperiunt āpata resecātur glandule extirpant carnes viue & mortue & id genus.¶ Vtilitates autem particulares licet ponantur.56.ab Albu.&.20.ab Hali.& multa a Bruno Rogerio & suis glossatoribus.Ac etiam a Guil.Lanfrā. & Henrico ſm quod ea in diuersis precipiunt facere locis.Nihilominus moderni operatores nō faciunt ea nisi ſm octimēbrem diuisionē.¶ Primo in capitis summitate in loco vbi pertingit digitus medius extēsa manu de naso a radice palme superius.Cōsulūt alb.Hali.Brunus Guil.Lanfrā.& Rogerius cum suis glossatoribus cauteria rotūda cū oliuari ad euaporādū cerebrū & diuerten

dum materias que ad partes reumatisant subiectas. Et aliqui profundant ea vsq; ad os. Nonnulli radunt aut exfoliant primam tabulam cranei quod non multum approbat Albu. Et ideo valent talia cauteria manie epilepsie & capitis dolori fluxui oculorum ptisicis & omnibus reumatismis. ¶ Fiunt etiam in cornibus capitis & occipite cauteria cum eodem instrumento ad calefaciendum & confortandum caput in paralisi tremore spasmo. & propter lepram palliandam. ¶ In facie autem q̄ est secunda particula fiunt multa & diuersa cauteria ꝓpter speciales vtilitates: fiunt enim in palpebris ad corrigendum & eleuādum palpebras cū mirtillino. In loco pilorum ad claudendū poros pilorū euulsorum vt non renascantur: & hoc cū actuali. In lachrymalibus ad consumendū carnem superfluā cū cultellari paruo. In tanto iuxta nasum pro fistula cum actuali & canna. In timporibus ad claudendū venas pro reumate oculorū cū cultellari. In naso pro polipo consumendo cū actuali & cāna. In labijs pro fissuris cum cultellari paruo. In dentib⁹ pro dolore & putrefactione ipsorum cum actuali & cāna. In vulua pro ea incidenda cum incidente & canali cocleata. In collo fiunt cauteria ad setonem cū tenaculis & acu cetoneta retro in fossa ad diuertendum materias oculorum: vt solus dicit Lanfrancus, licet alij non dixerint, innuerunt tamen precipue glossatores qui viderunt quēdam medicū maxime approbatū per canteria rotunda ibi facta a longo tempore dimissa aperta curare maniacos scotomicos & vertiginosos. Gal. etiam in decimotertio terap. dixit quod ventosa secundum occipitiū facta nobile est auxiliū remutatis oculorum q̄to magis cauterisatū. Et ob hoc in reumate oculorū in pdicto loco cauteriū cū setone facere cōsueui. In pte autem anteriori in collo sub mentone consulunt quatuor magistri cauterium ad setonem p euacuare naturam gutte rosacee & aliarū infectionū faciei & oris. ¶ In homoplate i fontanellis brachiorū ad tres digitos de iūctura vbi lacertus a lacerto manifeste distinguit cū clauali rotūdo cū resta & plata perforata ab itra fit cauteriū ꝓ ægritu-

dinibus faciei & partis anterioris colli. In membris thoracis & ab extra pro ægritudinibus totius capitis & partis posterioris colli. In membris thoracis sub furcula fit cauterium rotundum ad setonem pro asmate & ægritudinibus gule & sub assellis eodem modo. Pro ægritudinibus humerorum & pro mundificando cor & palliando leprosos. In empimate etiam quandoque fit apertura cum ensali cultellari inter costas ad attrahendum sanguinem: est tamen periculosum de fistula aut de morte propter debilitationem cordis ex aere siue alteratione subintrante: vt dicit Albu.

¶ In ventre in parte anteriori supra stomachum fiunt cauteria rotunda aut ad setonem que conuenientius se tenent aperta propter ægritudines stomachi & supra epar & supra splenem propter dolores illarum partium: & subtus vmbilicum propter aquam ydropicalem. ¶ Et Albu. & Haliab. faciunt ea cum clauatibus duplicatis: aut triplicatis. ¶ In anchis fiunt cauteria in inguine propter rupturam. In pectine propter vesicas retro propter renes & gibbositates: cum rotundo aut clauali restato. Et in bursa testiculorum cum setone propter herniam aquosam & ventosam. ¶ Octauo fiunt cauteria in fontanellis sub genu ad tres digitos vbi lacertus a lacerto distinguitur cum clauali rotundo arestato cum plata propter purgationem totius corporis & morbo tybiarum. ¶ Plures autem alias vtilitates speciales faciunt cauteria in predictis locis que superius in singulis capitulis sunt explicata. ¶ Vtilitates autem cauteriorum potentialium sunt quasi eedem sicut & actualium: excepto quod non confortant sed debilitant. Et ideo magis appropriantur ad euacuandum & deriuandum hu. & aperiendum apostemata & fluxum sanguinis restringendum quam actualia. ¶ Particulares vero eorum vtilitates assumuntur a locis in quibus fiunt. Communius tamen ponuntur caustica in locis carnosis: quia trahunt a profundo magis quam actualia. Membris tamen principalibus magis sunt molesta.

¶ Vesiccantia vero in locis ponuntur intercutaneis vt sub mentone retro collum & tota facie & in cauillis pedum

& manuum non enim extrahunt nisi humorem intercutaneum: vt videtur ad sensum. ¶ Propter secundū quomodo fiunt cauteria est sciendum ꝙ cauteria actualia fiunt cum instrumentis precipue metallicis. Potentialia vero cum medicinis causticis. ¶ Instrumenta autem cū quibus fiunt cauteria actualia apud antiquos erant diuersa. Moderni vero ea retraxerunt ad certum numerū. vt Guil. de saliceto ad sex vel ad octo. Lanfrancus ad decem. Henricus ad septem. Ego vero communia cauteria faciebam cum sex formis: specialia vero cauteria faciebam cum proprijs instrumentis formatis iuxta intentionem quam complere habebam: fiant autē de qualibet forma tria instrumenta paruum magnum & mediū.

¶ Prima forma est cultellaris ad formam cultelli facta: & est duplex dorsalis scindens ab vna parte: ensalis scindens vt ensis a duabus. Et cum isto inciduntur carnes superflue & aperiuntur apostemata & rectificantur vlcera. Cuius forma est talis.

¶ Secundum instrumentum est oliuare non ad formam folij oliue: vt putauerunt Guilelmus & Lanfrancus & Henricus: sed oliuarum ossibus simile. vt dicit Haliab. in nono sermone partis secūde de coquendis capitibus. Quod eius operatio etiam ostendit: fiunt enim cum oliuari in summitate capitis: vt docent prefati magistri. Et iuxta iuncturas propter earum dolorem & super neruos: vt non profundetur in eorum substantia dum cauterisantur propter putrefactionem.

¶ Et super ossa propter magis desiccare dum cauterisantur propter corrosionem. Cuius forma est talis.

¶ Tertium instrumētū est dactilare ad similitudinem ossium dactilorū factū: & valet ad omnia ad que oliuare: sed ipsum meliorem formam relinquit post se: quia oblongā: est grossius ꝙ oliuare. Et ideo est precipuū in vlceribus & ossiū corruptionib9. Cuius forma est talis.

¶ Quartū instrumētū est punctale habens cuspidē gracilem & rotūdā cū quo cauterisat sola cutis: & est duplex

cum recta & plata: vt non transeat vltra cutim cū quo fiunt cauteria que cōmuniter vocātur ad nodulum in fontanellis brachiorum & tybiarum. ¶ Aliud est planū longum ad modum radij cū canula vt nō offendat latera cum quo cauterisantur membra vt fistula lachrymalis polipus infra nasum & dentes. Cuius forma prima est. Forma pr mi.

¶ Forma secundi est talis.

¶ Canula est talis.

¶ Quintum instrumētū est cauterium subtile cū quo ponuntur setones cum tenaculis latis & perforatis: valet autem istud cauteriū vt punctalia ad nodulū: sed sunt leuiora & durabiliora: eo quia nodulus egreditur & cadit sepe & indiget ligatura tediosa: seto autē non. Cuius forma est talis.

¶ Tenacule sunt tales in forma vt hic.

¶ Sextum instrumētū est circulare cū quinq; additamētis ad faciendū quinq; cauteria ad nodū cum plata quinq; foraminib⁹ perforata super sciā in dolore ipsius & supra humerū & supra gibbositatē humorosam & dolorosam. ¶ Cuius forma est talis vt hic.

¶ Modus aūt faciēdi cauteria actualia est ꝙ inquiratur bene locus vbi debent poni & exsiccet & signet & applicata plata: aut canula frigida si debent poni aut sine ipsis vbi nō est necesse: firmiter patientem tenēdo: & ignita cauteria bene duo vel quot erunt necessaria vsq; quo rubeāt: quia tunc erunt meliora tradātur magistro caute ꝙ patiens nō videat & imprimātur & teneantur cum quadam reuolutione vt nō adhereant carni fortius tamen in osse: leuius in neruo vsq;quo perdāt rubedinē. Et toties reiterētur quousq; habuerit intentum: & postea regantur. ¶ Medicine vero cū quibus fiunt cauteria potentialia sunt ruptoria: quorum aliqua post se dimittunt escarā vt calx viua & sapo mollis equaliter de quolibet ℥.j. vel quantum sufficiet ad operationē mixta recenter antequam sint infrigidata vt dicit Albu. addēdo quid fuliginis. vt dicit Henricus: aut salis alkali. vt precipit Haliabas. Et de saliua ponit vulgus: & quod

ſtatim applicetur in loco ſignato infra circulum factum de tela cerata.aut de pãno in albumine oui infuſo.aut in aliquo glutinoſo frigido & liget firmiter a.xij.horis vſq; ad.18.dimittatur:& poſtea remoueatur & regatur.

¶ Medicine autem rumpentes que nõ faciunt eſcaram: ſed veſicas ſunt cantarides mixte cum fermẽto aut cum aliquo ſepo vel folia flamule:vel planta lupi vel marciſium piſtata & ſuper locum applicata in quantitate.ʒ.ß. vſq; ad.ʒ.j.& ligentur non ſtricte & dimittãtur ab octo horis vſq; ad.xij.Et poſtea remoueantur:& vt oportet regantur.

¶ De tertio quod eſt de modo regendi cauteria eſt ſciendum ꝙ eorum duplex eſt regimen ante actum videlicet & poſt actum. Ante actum ipſius omni tempore poteſt applicari.vt dixit Alb.dũtaxat quod corpus ſit mũdum & nõ repletum.Communis autẽ eſt admonitio in quarto & decimotertio tera.& vbiq; quod nullum euaporatori nominatorum auxiliorum vti audeas anteq; euacuatione totius corporis vtaris.Et ſi non dicitur ſemper tamẽ intelligatur,Admoneatur etiam patiens ante cauteriſationem de bonitate & ſecuritate cauterij ad hoc ꝙ ipſum melius ſuſtineat.Et ſi neceſſe eſt teneatur firme ꝙ ligetur.

¶ Poſt vero cauteriſationem in primis tribus diebus ponantur ſuper locum & circuncirca albumina ouorum cum oleo roſ.agitata.Et poſt caſus eſcare cum butyro lauto addita modico frumenti farina aut cum aliquo vnctuoſo non ſalito: aut cum aliquo dulci maturatiuo procuretur.Et poſtquam ceciderit eſcara mundificetur & curatione vlcerum curetur:niſi ipſum vellet tenere apertum propter euacuare humores & fumos vaporoſos aut propter conſuetudinem longam ob quam non eſſet ſecurũ claudere ipſum abſq; alia euacuatione equipollente.periculum enim eſſet quod humores qui conſueuerunt exire retenti currerent ad aliquod membrum & ꝙ inducerent maiora mala.vt in de vlceribus eſt dictum:& in prologo iſtius libri premiſſum.Et vt etiã notatur in primo ſexti afforiſmorũ.Emorroydas antiquas

habenti. In casu tñ in quo esset necesse post clausionem ipsum reiterare in eodem loco potest reiterari aut in suo consocio membro aut in alio sibi ꝓximo. iuxta illud Arnaldi. Manatio innaturalis que diu manauit obscurari nequit absq; timore grauioris incommodi nisi manatio consueta ad proxima deriuetur. Cauterisatus a die cauterisatiōis vsq; ad septem vel nouem dies ꝙ igneitas sit refrenata regatur regimine infrigidatiuo. Post vero vsq; ad complementum sue operationis cōfortetur virtus & ordinetur regimē ad oppositum sue cause.

¶ Tempus autem commune tenēdi ipsum apertum ẜm Rogerium & suos magistros est. 40. dierum aut triū mē sium: nam ille est terminus vltimus apostematum in sexto afforismorum & in secundo pronosticorum. Vltra autem illud tempus debilitatur locus & habituatur cachochimia & cum hoc virtus in eo confortans est euaporata. vt dicit Henricus. Teneatur autem apertum cum tentis & nodis de cera simplici. aut in aqua malaxet̄ euforbium seu scamonea vel colloquintida seu elleborus ẜm naturam humoris quem volumus purgare aut cum piso: aut cum nodulo de ligno hedere. aut de gētiana. Et desuper ponuntur folia caulium aut hedere subtus pannos aut supra pannos triplicatos aut retriplicatos. Et aliqua plata de corio. aut de ere aut argento ligata. Et pōt bis in die aut toties quoties placebit remutari.

¶ In cauterio autem potētiali ante actum est necessaria melior euacuatio ꝙ̄ in actuali cum sit maioris lesiōis vt dixi: non est tamen necessarium quod ligetur patiēs. sed perquiratur locus & signetur & vt dictum est applicetur. Et post actum regatur vt de cauterijs alijs est dictū.

¶ Vesicantia vero requirunt custodiam maxime vesice que consueuit ledi ex cantaridarum applicatiōe que cū balneo consueuit corrigi vt inferius dicetur. Eleuate autem vesice incidantur & aperiantur cum forpicibus: aut cum acu. Et post desuper folium caulis & paui applicentur & sicut placebit remutentur. Et quia nō faciūt escaram sed vesicam intra septimum diem vel octauā desiccantur & consolidantur.

¶ De

¶ De operationibus & artificio preparandi antidota que in arte competunt chyrurgie Ca.iiij.

NECESSARIVM & valde vtile est sepissime medicis maxime chyrurgicis vt sciant ad inuenire & componere ac etiam administrare auxilia infirmorum. eo quia multoties contingit eos operari in locis in quibus non reperiuntur apotecarij aut si reperiuntur non sunt ita boni neq̧ omnifarie fulciti. Vel sunt multi pauperes qui non possunt emere res proprias & preciosas, quare cum communibus oportet pertransire. Et propter hoc data est doctrina & modus cognoscendi simplices medicinas a Gal. in primis libris simplicium farmacorum per substantiam saporem & odorem & id genus & conficiendi composita decem septem libris de compositiōe medicinarum quorū decē dicuntur almeanir & septem cathagines. vt Hali. in fine tegni testatur. Ita em̄ refert Gale. ipsummet aliquoties fecisse. vt in sexto meamir in agro existens carens dyamoron in quodam in gargarione patiēte adinuenit dyamicum. Et vndecimo tera. accepit absinthium in paupere mendico ap̄a in epate patiente. qui oleum nō poterat emere nardinum. Ego autem nunq̧ consueui exire extra ciuitates nisi mecum portaui bursam clisteriorum & aliqua communia. Et querebam herbas per campos cum modis dictis ad cito subueniēdum infirmis. Et ita reportabam laudem lucrum & amicorum copiam. Et interim propria ordinabantur & procurabantur.

¶ Porro est etiam vtile scire multas medicinas: quia nō omnia in omnibus locis reperiuntur. vt in meamir superius de ap̄ate aurium fuit allegatum. Et q̧ cōfert vna hora non confert alia: & quod vni proficit nocet alteri. Et totum hoc est propter diuersitatem particularum cōplexionum gentium & auxiliorum qui certis literis nō possunt denotari. vt septimo tera. dicebatur.

¶ Propter hoc est sciendum q̧ operationes chyrurgicalium distinguūtur s̄m virtutes que sunt in eis & eas ha-

bent efficere in corpore humano que triplices numerantur a Gal.& Auer.in quinto quedam sunt prime que dicuntur complexiones & qualitatiue que a qualitatibus dependent elementorum sicut sunt ille que dāt & faciūt caliditatem frigiditatem siccitatem ac humiditatē.Quedam sunt secunde:quia sequūtur primas dictas que suo modo dicuntur substantiales sicut ille que habent repercutere attrahere resoluere remollire maturare mūdificare consolidare regenerare:ac etiam & dolorem sedare. Quedam sunt tertie que hec facere habent in determinatis particulis que suo modo dicūtur specifice seu formales vt medicine laxatiue & vrinatine:ac etiam illuminātes visum acuentes auditum & id genus.Que quidē operationes ꝯm mentem Aui.in secundo canoñ. quandoq͡ꝫ fiunt per medicinas suo modo simplices velut sunt roſ. camomilla atq͡ꝫ plantago:quandoq͡ꝫ per compositas velut sunt vnguenta olea emplastra aque epithimata pulueres & consimilia:laudabilius tamen est operari cum simplicibus si quis potest ꝙ cum compositis:eo quia cū compositis concurrere multa possunt:que multoties in vnum non possunt concordare vt in tertio tera.ostendebatur.Et propter hoc dicebat magister Arnaldus ꝙ potens medicare cum simplicibus dolose aut frustra queris composita.Cogit tamen vt dicit aliquando necessitas componere medicinas quando non inuenitur simplex potens vtiliter complere intentiones propositas & conceptas.

¶Concipiuntur autem intentiones ꝯm eundem Arnaldum ex membris & ex morbis aut ex medicinis ꝯm nobilitatem:aut etiam diuersitatem cōditiōis eorum situs etiam & compositionis.Ex morbis ꝯm cōpositionē quā habent in se & respectu causarum & accidentiū: ex medicinis quando sunt debiles horribiles:aut nimis fortes. Et quia optime ista pertractantur per Aui.in quinto,& per Serapionē in septimo,& per trāslatorem antidotarij Azaranij parte prima,& per Ioannē de sancto amando in suis aureolis non curo in his elōgare sermonem.Nihilominus preparantur medicine & mundanť decoquun-

tur & aduruntur conteruntur: & id genus de causis certis de quibus Serap. sermone euangelico tractauit.

¶ De preparatione medicinarum simplicium.

CAVSA AVTEM quare mundantur simplices medicine est vt remoueant ab eis extranea & lauentur omnes vt magis sint mu͂de & pure. Alique vero vt abiiciatur fex & sordities ab eis. Nonnulle vero vt remoueatur acuitas & acquiratur frigiditas.

¶ De mundificatione herbarum.

EXEMPLVM mundationis & depurationis habetur in herbis & radicibus que quomodo mundentur & depurentur notum est omnibus. Exemplum lauationis vt abiiciatur fex & sordities est oleum & cera.

¶ De lauatione olei.

LAVATVR oleum dupliciter: vno modo cum clepsedra habe͂te duo foramina: vnum in summitate aliud in profundo: & impleta s̄m medietatem aqua ca͂la & oleo claudantur foramina & agitentur fortissime vsq; quo oleum & aqua sint bene mixta. Demum post quietationem aperiatur forame͂ fundi quousq; aqua fuerit extracta: & demu͂ ponatur tantundem de alia aqua & fiat vt prius. Et toties reiteretur quousq; oleu͂ fuerit albificatum. ¶ Aliter autem lauatur magis leniter in pelui scutella vel olla ponitur in scutella cum tantundem aque calide & agitetur cum spatula tm͂ donec albificet: deinde ponatur in sole quousq; sepetur oleu͂ ab aqua: deinde colligatur oleum de superficie aque cum aliquo coclearí & reponatur. Et si sufficienter fuerit mundatum bene. Et si non iterum ponatur de aqua vt prius & secu͂do & tertio donec albescat.

¶ De lauatione & dealbatione cere.

LAVATVR & dealbatur cera fundendo ipsam cum aqua & ipsam eleuando cum lapide: aut cum vitreo rotundo in ea immerso. ¶ Et post immergatur in aqua frigida & separetur a lapide totiens sic faciendo donec tota cera sit extracta. ¶ Et postea appo-

natur ad solem eam sepe vertendo donec sit alba perfecte. ¶ Aliter & magis leuiter accipit cera & coquit in aqua & postea expellitur illa aqua & ponitur alia: & fiat ita sepe donec fiat alba.

¶ De lauatione terebentine.

LAVATVR terebentina vt magis suauis pro neruis efficiatur in scutella cum aqua frigida & tantum cũ baculo ducatur aquã sepissime mutando donec sit alba.

¶ De lauatione butyri.

LAVATVR butyrum antiquum vt salsedo remoueatur & in mollificando efficacius efficiatur in scutella cum aqua frigida & tantum cum baculo ducatur donec fiat album.

¶ De lauatione calcis.

LAVATVR calx vt eius acuitas remoueatur & efficiatur desiccatiua in baccino cum aqua frigida cũ baculo eam miscendo & postq̃ conquieuerit illa aqua expellatur & alia imponatur: hoc septies vel nouies aut toties faciendo donec aqua ad gustum suauis & dulcis reperiatur.

¶ De lauatione & preparatione tucie & consimilium.

PRAEPARATVR tucia primo adurẽdo vt conteratur facilius nouies eam igniendo in carbonibus incensis & nouies eam extinguendo in aceto vel in aqua pluuiali: vel in aqua ro. seu feniculi vel maiorane ſm illud ad quod volueris eam applicare. Post vero lauetur & depuretur vt suauis & frigida efficiatur conterendo eam grosso modo: & in panno & in pelui cum aqua frigida tm̃ fricando ducatur q̃ subtile ipsius in aquam trãsiuerit: & illud grossum de panno abijciatur: deinde cribelletur aqua & subito colando cum alio panno mutet in alio vase & illud grossum quod remanserit in fundo abijciatur: & hoc bis vel ter faciat quousq̃ nihil remanserit grossi: post dimittatur residere quousq̃ descenderit in fundũ: & tunc aqua illa cum illa viriditate que cũ illa supernatat abijciatur & alia aqua ponatur toties reiterãdo quousq̃ aqua dulcis & suauis efficiatur: tunc

deficcetur & ferueť. ¶ Exemplum cōbustionis vt facilius fiat contritio est tucia. Sed vt remoueatur deficcatio & consolidatio est in subtilibus corrosiuis velut ponit Gal. in 3. terap. & 5. & 9. simplicium pharmacorum de cuperose & viride eris.

¶ De combustione cuperosæ & consimilium.

IGNIANTVR supra crucibulum aut testã cũ carbonibus insufflatis donec inflammentur & fundantur & ampullentur: & hoc tantum fiat donec color fuerit mutatus in rubeum seu citrinum & quieuerint ampulle & infrigidetur & referuetur. ¶ Exemplum decoctionis vt virtus in colatura tradatur est syrupis & oleis & infusionibus quibus virtus traditur in decoctione: post sirupantur & oleantur & clisterisantur & gargarisantur & embrocantur. Et decoctio fit quandoq; vt virtus nõ necessaria separetur & necessaria remaneat: vt in caulibus & lentibus euidenter ostendit in tertio pharmacorum Gal.

¶ Exemplum contritionis vt res sint permansibiliores supra locum & magis efficiantur deficcantes sunt in lithargiro & centaurea & in conterendo est iudicium & terminus vt dicit Aui.

¶ De preparatione medicinarum compositarum.

COMPOSITE autem medicine preparantur & conficiuntur ꝭm Ioannem de sancto amando & magistrum Stephanum Arnaldi de montepessulano diuersimode propter diuersas vtilitates & in forma oleorum vnguentorum emplastrorum epitimatum & id genus.

¶ De oleis.

OLEVM est humiditas liquida & vnctuosa: & fiunt ꝭm doctrinam heben Mesue & Azaramij tripľr vз per expressionem vt oleum oliuarum de quo dicit Gal. in secundo pharmacorum ꝙ est sicut materia recipiẽs omnes virtutes: & oleum nucum & amigdalarum mirtinũ lininum laurinũ muscellinum & oleum de ouis & de fermẽto & consimilia. ¶ Fiunt etiã alio mõ p decoctionem ad ignẽ vel ad solem vel infra terrã calam vt oleũ rosaũ camomille de lilio & similia. ¶ Fiũt tertio modo

per sublimationem vt oleũ benedictũ & oleũ de terebẽ. de tartaro de fraxino & iunipero. & id genus. ¶ Causa quare fiunt olea & virtutes ponuntur in eis est duplex: vna est vt oleũ profundius perferat virtutem. secũdo est vt oleum dulcoret acuitatem rerum cũ quib⁹ fiunt. Est tamen intelligendũ ꝙ qñ fiunt olea ex oleo oliuarum frigida debent fieri cum oleo onfacino quod est oleum oliuarum viridium & immaturatarum quando calida debent fieri cum oleo dulci & maturo.

¶ De vnguentis.

VNGVENTVM est res vnctuosa non fluida: sed permanens. Et fiunt ẜm doctrinam cõem. vno modo sine igne pistãdo in mortario: & isto mõ fit vnguentũ album & omnia vnguenta mineralium. Et ad quãlibet ℥. de subtilibus pulueribus ponitur lib. ß. olei de aquis succis: aut aceto quantũ de mineralib⁹. ¶ Alio modo fiunt cum igne fundendo in oleo ceram & pinguedinẽ & vltimo qñ erit tepefactũ pulueres bene triti misceãtur & ad quãlibet lib. olei ponit̃ de cera quar. j. puluerũ quar. ß. in estate: in hyeme vero minus est necessariũ de cera. ¶ Et tertio modo fiunt cum axungĳs & herbis pistando eas: & postea insimul coctas & colatura est vnguẽtum. & ponitur tm̃ de herbis q̃tum de axungĳs. ¶ Causa quare fiunt vnguenta est vt sua materia maneat in superficie & non fluant neq̃ se nimis ꝓfundent. Sunt enĩ media inter olea & emplastra.

¶ De emplastris.

EMPLASTRVM est confectio cerotaria per decoctionẽ solidata & indurata. Et fiunt tripliciter: vno modo qñ sunt mineralia decoquuntur primo cum oleo vsq̃ ad spissitudinem postea adduntur muscilagines: vt in diaquilon. & sine muscilagine: vt emplastrum nigrum. ¶ Alio mõ fiunt sine mineralib⁹ vt oxicroceũ cum gummis cera pice & terebentina & aliquib⁹ pulueribus per istũ modũ contritis gũmis & per noctẽ in aceto vel vino temperatis in mane liquefiant ad ignem & dissoluantur vsq̃ ad cõsumptionẽ vini vel aceti. Et cola

tis addat pix: deinde cera vltimo terebentina & in descensu ab igne ponantur pul. semper cum spatula ducendo. Et proijciantur in aqua frigida & post extrahatur & cum manibus inunctis cum aceto aut oleo malaxandro extrahatur ab aqua: & fiant magdaleones. Signum autē decoctionis emplastrorum est vt gutta ipsorum ꝓiecta in aqua frigida vel ī marmore coaguletur. Et digitis nō adhereat malaxando.

¶ Fiunt etiam & tertio mixto modo cū mineralibus gūmis & pul. vt in apr̄icō est videre. Causa vero quare fiūt emplastra est vt virtus diutius maneat in membro.

¶ De pultibus & cathaplasmatibus.

PVLTES & cathaplasmata sunt quasi idem: nisi quia in pultibus nō intrant nisi farine cum aqua vel succis & oleo seu melle. In cathaplasmatibus ponunt̄ succi & herbe & fiunt ad maturandum; & tunc debēt esse viscose: aut ad resoluendum: & tunc debent esse absq̃ notabili viscositate: eo quia viscositas notabilis claudēdo poros retinet calorem & spūm & materiā que ambo faciūt ad maturationē cū ꝓhibitione resolutionis: vt dicit in. 5. pharmacorū & dicet infra. Nihilominus multoties empl̄a vocant̄: cause ipsorū sunt leuitas ꝑparādi & vtilitas simplicium qui aliter non haberent tantam virtutē.

¶ De embrocis & epithimatibus.

SVNT ENIM ista liquores simplices atq̃ compositi cum aliquibus particulariter fomētātur & balneant̄ membra aut in quibus infunduntur spongie aut pāni & expressi super particulam ponuntur & sepe remutātur. Et cause talium sunt facilitas calefaciendi & infrigidandi & humectādi & resoluēdi cū ꝓfundationis virtute.

¶ De alijs modis.

PLVRES sunt alij modi componendi auxilia vt distillationes aquarum causa decoris & sinapizationes & linimenta & alia que magis fiunt ad apparētiam & votum infirmorum quam ad existentiam: vt dicit Henricus. Stabilis medici est stare in certis & probatis. vagantis animi peregrinare per multa. vt dicit Arnaldus. Et si aliquoties congruum inuenitur fortune ma-

gis attribuendum ꝗ̃ rationi in tertio tera. Cognitorem enim oportet esse medicum propriarum naturarū in quibus operatur & cum quibus vt dicitur per totum.

¶ De antidotis localibus apostematum. Et primo de medicinis repercussiuis & modo repercutiendi Ca. v.

QVIA INTER operationes secundas chyrurgicales repercussio est magis necessaria cū ipsa prohibeat augmentum apātis & ipsius sanationem: que valde sunt suspecta ad dolorem & febrem: & per consequens ad vlcerationem & fistulationem: vt in de iudicijs apātum superius dicebāt. Non obstante vulgari opinione ꝙ in sanatiōe a periculo corpus magis securatur. Pro tanto prius dicendum est de medicinis repercussiuis.

¶ Medicina repercussiua vt dicebatur in de apātibus supra dupliciter accipitur cōiter seu large & ꝓprie seu stricte. Communiter dicitur de oī medicina que refrenat & compescit infrigidat seu ingrossat oppillat & cōfortat. Et licet doctores vt Hali. Serapio & Aui. sepe vnum capiant ꝓ reliquo. Nihilominus differunt inter se: quia medicina refrenatiua & compescitiua est illa que facit sistere materiam cum infrigidatione & talis dicitur ingrossatiua apud Halia. & Aui. velut est semperuiua lactuca crassula vmbilicus veneris lētigo aqua oculi arboris tremule aqua frigida camphora & acetum.

¶ Oppilatiua medicina dicitur illa que sui viscositate & grossitie claudit poros membrorum impedit transitū materierum vt farina volatilis molēdini amidū glutinū & genera gummarum: & omne illud quod est frigidum viscosum sine mordicatione.

¶ Medicina cōfortatiua est illa que temperat essentiam & compōnem membri taliter vt prohibeat ipsum a superfluitatum receptione vt oleum ro. & mirtinū mastix mirra coriādrū sandali berberi absinthiū marrubiū centaurea poma cipressi fructus thamarisci atꝙ crocus.

¶Proprie autem dicitur medicna repercussiua repulsiua seu constrictiua & est ꝯm Gal. in quinto & sexto simplicium farmacorum capitulo secundo que impellit versus profundum humores ad quos appropinquantur. & est duplex frigida & calida. cum stipticitate & grossitie substantiali velut sunt frigide & solatrum plātago folia vitis virga & bursa pastoris rose balaustie ypoqstidos memitha acatia agressa sumac berberis mirtilliꝰ pira coctana nespila glandes galle bolus armenicus argilla chimolea terra sigillata & sanguinariꝰ lapis. Calē vero sunt alumen sal nuces cipressi squinantum blacta bizātia & lupinorum farina & stiptica vina & artificialis cōpressura & ligatura.

¶Composite vero fiunt ex supradictis simplicibus multiformiter ꝯm quod dictum est in singulis capitulis de phlegmone & herisipilla ac de alijs apatibus vltra que gratia plenarie doctrine ponuntur tres forme que cōpetunt in principio oīm phlegmonum & calefactionum quia repercutiendo infrigidant & materiam intercipiūt & corruptionem ꝓhibēt ambulare & locum apatū confortant. ¶Quarum prima est oxicratum G. in secundo ad glauconem quod fit de aqua & aceto in forma potabili mixtis. ¶Secunda est linimentum de bolo totius cōmunitatis & eum ponit Gal. in nono pharmacorū. quod ℞. boliar. partem. j. terre sigillate partem. ß. olei ro. partes iij. aceti vel succi herbarum frigidarum partem. ß. illius puluerizatis rebus subtiliter oleum & acetum miscēdo successiue & paulatim diu in mortario ducendo fiat linimētum. ¶Tertia forma est cerotum Gal. in primo simplicium pharmacorum quod ℞. olei roſ. cere quod sufficit: fiat vnguentum & nouies cum aqua frigida lauādo infrigidetur. ¶Quarta forma est vnguentum de mirtil. & est Guillelmi de sa. ℞. olei mirti. lib. j. cere albe quar. ß. mirtillorum pul. ℥. j. fiat vnguentum.

¶Modus aūt repercutiēdi est ꝙ euacuato corpore si est possibile ꝙ seruatis cōditionibus iam superius dictis applicent̄ repercussiua simplicia vel cōposita ꝯm quod exigit materia si est calida frigida. si frigida ecōuerso. Si mi-

gta, mixta supra & circūcirca locū magis tñ a pte a qua venit materia renouando sepissime & cōtinuādo vsque quo materia sit fluxa & locus alteratus non ad liuorem & duritiem: sed ad colorem & substantiam naturalē & tunc erit cessandum & procedendum ad resolutionē vel ad maturationem ꝑm quod dispositio apostematis requirit.

¶ De medicinis attractiuis & modo trahendi.

AD HOC ENIM inuēte sunt medicine attractiue vt attrahant materias de membris nobilibus & profundis ad ignobiliora & manifesta. sicut in apātibus emunctoriorum & creticorum & venenosorum. Et in sciaticis passionibus & in spinis & sagittis & aliis infixis extrahendis maxime quando sunt in periculosis locis ad incidendum aut patientes sunt timidi ad sustinendū tūc enim trahere debemus & si non cum alio: saltim cum vētosis & suctionibus vt iubet Aui. Et pro tāto post repercussiua quibus sunt contraria in quinto pharmacorum dicere de ipsis.

¶ Medicina attractiua ꝑm Hali. supra est que a ꝓfundo corporis trahit ad superficiem. Et debet esse complexionis calide & substantie subtilis vt velocius & vehemētius valeat profundari. Et ꝑm Gal. vbi supra est duorum modorum: quedam est quasi per se nota: quedam ex putredine accidente habet generationē per se notam sicut est dyaptamū & sordities alueorum tapsia & serapinū armoniacum & si q̄ alia similia his vt sunt euforbiū allia cepe porri napi in nono simplicium capitulo secundo.

¶ Ex putredine vero que ex fermento acri fiunt & que ex stercoribus existunt: non parua tamen in eis est differentia. Nam ꝙ quidem columbarum sufficienter est attractiuum. Alia vero ab hoc equaliter destiterūt versus calidius quod anseris versus frigidius ꝙ galli: deficit aūt ab hoc ꝙ hoim vel porcorum. ¶ Est aūt & aliud quoddā genus attractiuorum que a qualitate substātiali euellūt materias vt sunt laxatiua thiriacalia omnia: quorū speculatio magis physicis q̄ chirurgicis est nota. Auic. vero videtur ponere attrahentia ranas combustas aristo.

radic. canne. Et ideo Ioannes de sancto amando ex secundo cañ. multa alia exempla congregauit vt calamentum pulegium maxime ceruinum ꝟm Arist. octauo de animalibus narcisus centinodium piretrum costus piper lapis spume maris. Ex quibus possunt componi diuersa medicamina vt in de vulneribus ingenio attrahendi fixa composite sunt due forme.

¶ Et gratia manifeste doctrine ponatur alia que est mirabilis compositiõis & mirabilium virtutum & ponitur ab Aui. in quinto cañ. ad andromacum relata. Fugit enim & extrahit ossa corrupta & spinas & furũculos & sciatice passioni confert. ℞. granorum inuentorum in palma baurac ru. idest salis armoniaci. aristol. cretice: radic. cucumeris asinini gũmi alboti que est terebentina: omnium añ. ʒ. xx. piperis nigri & albi armoniaci amomi xilobalsami omniũ añ. ʒ. x. thuris masculi mirrhe resine sicce que est colofonia aldabat dicitur stellio & lacerta de cuius capite ad hanc intentionem scribitur in xj. pharmacorũ añ. ʒ. x. lactis arboris mori. ʒ. x. cere ʒ. xxx. acipis capre ʒ. xv. fecis olei de lilio quantum sufficit fiat emplastrum.

¶ Ad eandem intentionem fit emplastrum apricon antidotarij Nicolai. ¶ Modus autem vtendi istis attractiuis est quod iuxta ignem inungatur suauiter particula cum oleo de lilio: deinde suggatur locus ab aliqua vili persona postea medicamen apponatur & cum lana succida carpinata leuiter cooperiatur: & cum binda fissa in medio ꝟm crucem vt non comprimat locum suauiter ligetur & semel in die sufficit vt remutetur.

¶ De resolutione & modo resoluendi.

QVANDO autem materia non est tota repercussa aut non debet repercuti: aut est in loco tracta: propter causas superius dictas.

¶ Tũc auxilia debẽt adhiberi resolutiua vt dicũt Hẽricus & Lãfrãcꝰ: aut caraxatiões: aut vtrũq; simul: vt in ʒ. regni testat Gale. ¶ Medicina aũt resolutiua aut dyaforetica seu rarefactiua aut euaporatiua ꝙ quasi idẽ reputo ꝙtũ ẽ de pñti ẽ illa cuiꝰ ꝓprietas ꝟʒ Aui. est separãdi

& subtiliandi materiam & facere ipsam euaporare & aperiendo poros extrahere eius partem post partem donec assiduitate sui operis totum extrahatur & euacuet. Et propter hoc oportet quod sit calida & subtilis substantie & non nimis acris: acria vero sunt hec & inferentia horrorem & designantia malum in quinto pharmacorum.

¶ Medicine vero resolutiue: quedã sunt simplices: quedam vero composite. Simplices sunt velut camomilla q̃ inter ceteras obtinet principatũ. Et ideo Aegyptij sapiẽtes in sacrificijs eam dedicauerunt in tertio pharmacorũ vnde in quinto eorundem. Inter resolutiua conceditur eadem camomilla. Et cum hoc altea & quod per ipsam oleum: non minus autem quod per cucumer asininum fit. Sed & quod antiquũ oleũ & de keruа & raphaninũ ex eadem sunt specie. Illa autem que frigida fluxu resoluunt: oportet quod sint abstergentia & exsiccantia: vt dicit Aui. mellilotum anetum maluas bletas paritariam fumum terre caules vrticam ebulos & sambucum furfurem ordei fabarũ & orobi farinas & panis grossi medullam. Addunt Lanfrancus & Henricus ciminũ ysopum calamentũ ac origanũ spicam & costum mirrhã & masticem in contusionibus vsus concedit cõis. ¶ Ex istis autẽ componi possunt auxilia infinita oleorum vnguentorum & emplastrorũ: vt in forma oleorũ est oleũ camomille oleum aneti de lilio de amigdalis: necnon & oleum costinũ nardinũ facta simpliciter. aut cum additione aliorum ꝑm formã in antidotario hebẽ Mesue & Azarami nobis dictã: vnguenta enim fiunt ex istis ꝑm formam dictam. ¶ Specialiter Henricus in materijs calidis. ℞. olei camomille. ℥. iij. cere. ʒ. iij. axungie anatis & galline añ. ℥ j. camomille aneti añ. ʒ. ij. bulliantur & colentur & fiat vnguentũ. ¶ In materijs aũt frigidis Guilelmus hunc consueuit. ℞. seminis feniculi anisi aneti añ. ʒ. ij. farine lupinorũ. ℥. ß. farine fenugreci & seminis lini añ. ℥. j. coquantur in aqua & cocta contundãtur & cum modico de aceto & oleo fiat empl̃m seu cathaplasma.

¶ Plura alia inueniuntur in de apostematibus cõibus

& proprijs oculorum & in squinantia atq; contusioni-bus & gutta. Et breuiter omnia mollificatiua & matu-ratiua in materijs subtilibus & paucis efficiuntur reso lutiua vt habet experientia & Lanfrancus & Henricus hoc etiam testantur.

¶ Modus autẽ resoluendi est talis quod cũ aqua deco-ctionis materierũ resolutiuarum locus fomentetur vsq; quo inflari incipiat & rubere: & tunc tuam applica me dicinam: & bis in die remutetur. Cauendum tamen est de indocta resolutione ꝙ non extrahatur subtile & pe-trificetur grossuꝫ & cogat̃ medicus ad mollitiua trãsire.

¶ De mollificatione & modo mollificandi.

CVM IGITVR materia per indoctam resolutio-nem indurat̃ tunc ad medicamina remollitiua est trans-eundum. Medicina tñ mollitiua duplex dicitur cõiter vcꝫ & proprie. ¶ Cõiter & large dicitur medicina mol-litiua: quicunq; cuius ꝓprietas est quãcunq; mollire du ritiem. ¶ Durum autẽ tripl̃r dicit̃ in quinto pharmaco-rum congelatum extensum & siccum simpl̃r aut cõpo-site. ¶ Proprie vero dicitur medicina mollitiua que ha-bet mollificare durũ per congelationẽ. Cum igit̃ durum per congelationẽ in qua fuerit aliqua materia replẽs ve lut esset humor indocte tractat⁹ in frigidũ & grossuꝫ cõ uersus indigeat ad sanationẽ calefacere & desiccare. Ne cessarium est ꝙ eius medicina sit calida & sicca: non tñ fortiter & velociter: sed sufficit secundi quidẽ vel tertij quinq; gradus calefacientium. primi aũt desiccantiũ. Et ideo qñq; aliquibus conceditur humida: modicũ eñ ꝑm Gal̃. accesserunt neq; a siccantibus neq; humectantib⁹. Et si quid viscositatis & emplastrationis haberent me-liora essent. Non tñ quantum suppuratiua: quia tanto minus euacuatiua. Si tamen a frigiditate & siccitate si mul indurata sunt calefacere quidem & humectare cõ gruit ꝑm mensurã excessus. Si autẽ a repletione sola eua cuare expedit ꝙ replet & extendit. Si aũt sola siccitate humectare vt supius dictũ est in duritie iuncturarũ: & dicet̃ in medicinis algebrarũ. ¶ Exempla aũt molliẽtiũ ꝓpriarũ in quinto pharmacorũ & 14. terap. sunt adeps

caprinus & proprie hircinus & galline. Sed hi quidem sunt debiliores. Fortiores eis sunt adeps anserin⁹ & taurinus & medulla ceruina: & post vitulina & porcina recens & sine sale. Ex eodem genere cū predictis: sed fortius sunt armoniacum storax galbanum atq; bdellium. Meliora autem sunt que sunt noua. Ex hoc genere etiā est oleum nouum & non nimis antiquum & confectū cum lilio & nimirum radic. altee & cucu. asinini & multe alie plante decocte in oleo: aut in aqua remollitiuorū sunt & siluestris malue frondes crudes & etiam cocte. Hec aūt & alia multa simplicia inueniuntur. ¶ Composita enim sunt multarū formarum. Prima est emplastrū Gal. in libro de cathagenorū quod ℞. terebētine cere añ. quar. iij. galbani baurach. añ. ℥. j. thu. quar. ß. medulle ossium cerui ℥. ij. sordicei alueorū ℥. j. & ß. olei laurini sepi vitulini añ. ʒ. ij. misceantur & fiat empl̄m. ¶ Secundo est Aui. quod ℞. stercorū caprarū. ℥. ij. radi. cucu. asinini. ficuum immaturarum añ. ℥ j. statisagrie bdellij farine fabarum amigdalarum amararū añ. ℥. ß. fecis olei antiqui quod sufficit fiat emplastrum. ¶ Tertia est dyaquilon cōmune & ſm Rasim cū radicibus yreos multū in scrophulis appropriatum. quod ℞. lithargiri lib. 5. olei communis quar. iij. muscillagi. altee & fenugreci añ. quar. ij. & ß. fiat emplastrum cum custodia lithargiri: & vnaquaq; lib. malaxetur cum oleo de lilio ℥. j. radicis yreos puluerisate ℥. ij. ¶ Quarta est dyaquilon magnum ab hebē Mesue expertum ad mollificandum & resoluendum omnem duritiem. ℞. lithargiri triti & cribellati ℥. vj. olei hircini olei camomille olei aneti. añ. ℥. iiij. muscillaginis altee & fenugreci & seminis lini & ficuum & succi yreos succi squille ysopi hu. glutinis alcamb. & viscus est cum quo capiuntur aues añ. ℥. vj. & semis terebentine. ℥. j. & ß. resine pini cere citrine añ. ℥. j. conficiantur sicut decet.

¶ Et qui vult addere bdelliū serapinū armoniacū añ. ℥. erit dyaquilon gummatum. ¶ Quinta & multe alie forme auxiliorum talium sunt dicte in apostematibus frigidis & glandulis & dolore iuncturarum: qua-

re si est necesse ibi capiantur. ¶ Modus autem remolliēdi est q̄ stuffata particula & bene balneata cū decoctione predictorum remollitiuorum in aqua: aut in oleo cū flosculo lane succide: quia ysopus humida summe valet in hoc: vt dicit Gal. fomentetur particula: & deinde applicetur medicamen & cum cōsimili lana carpinata cooperiatur & ligēt & de die in diem: aut qñ est necesse remutetur: cauēdo tñ vt dictū est superflua resolutione q̄ nō extrahatur subtile & grossum petrificēt & a supflua humectatiōe: vt nō corrumpatur & putrefiat particula. Et propter hoc quādo videbitur expedire addas vel minuas resolutiua & humectatiua vt iubet Aui.

¶ De maturatiuis & modo maturandi.

PORRO si apā videtur procedere ad exituram & sanationem quod potest dignosci per signa in de apostematibus dicta tunc transeundum est ad suppuratiuam medicinam.

¶ Medicina autem suppuratiua aut maturatiua: non tamen apertiua vt dicit arabica trāslatio est illa que facit caliditatem & similem caliditati membri in quo est apā preter quod consumit aliquid de humiditate ipsius. Et licet conseruet & non alteret membrum: alterat tamen materiam suppurandam cum nihil aliud sit suppuratio in quinto pharmacorum q̄ transmutatio nō illa que fit a calore naturali in cibo laudabili: nec que fit a calore extraneo in materia putrefactibili: sed illa que fit a calore mixto in materia media que est sanies. Quid autē sit sanies & quomodo generetur & inducatur in de apātibꝰ & vlceribus in capitulis primis est dictum. Cum igitur natura humana sit calida & humida & cōtinue quid ab ipsa resoluatur constat ex his q̄ oportet medicinam suppuratiuam esse ca. & hu. cum quadam emplastratiōe & viscatiōe. Sed calor naturalis est qui maturat & digerit non tamē tātum q̄tum mollitiua: sed minus a primo videlicet vsq̄ ad secundū gradū: & in hoc stat differentia ipsarum. Nā suppuratiua saluant humiditatem: mollitiua

ua vero eam minuunt: vt dicit Gal.vbi supra. Quorum exempla in quinto simplicium pharmacorum & secundo ad glauconem dat G. ex embrocis fomentis aquam tepidam & oleum temperatum ex cathaplasmatibus farinam frumentum cum aqua & oleo commensurate coquentes. Et panem ipsum coqui autem & hunc oportet commensurate. Nam quod multum coctum est exsiccatiuum & difficile maturabilibus conuenit phlegmonib⁹ quod vero minus in valde cal'is & ebulliẽtibus. Et si cũ eo ponitur oleum maturatiuior efficitur: & si purus magis suppurat furfureus & ordeaceus desiccatiui sunt & magis resoluunt. Panis etiam purus medius est inter farinam frumenti & ordei.

¶ Ad hoc igitur aspiciens & yscadarum.i.ficuum siccarum decoctionibus ipsarum miscens panem vel farinã: ita igitur & adeps porcinus & vitulinus & pix & resina cum aliquo oleo & cera que in basilicone ingrediuntur incorporata. ¶ Si autem materia esset grossa & frigida cepe cocte atq; allia cortex maluauisci & radix lilij cum fermento seu pasta atq; farina fenugreci cum axungijs eliguntur. Et dyaquilon etiam est ad illud.

¶ Vsus tamen cõis vltra dicta vtitur radice brionie & lapacij malua senissioni branca vrsina violaria caulium fol. vuis passis mũdatis: semine lini melle butyro & axũgia recentibus.

¶ Ex quibus ſm diuersitatem materierum componunt sub formis diuersis maturatiua multa: vt in calidis materijs fieri possunt multe forme.

¶ Prima est de maluauisco preparato cum axũgia porci seu butyro: preparant aũt radices maluauisci ſm Guil. Lanfran. ita accipiuntur radices lauate & abiecto trũco chordoso intrinseco optime coquantur cum aqua dulci & pistentur & fiant magdaleones & seruentur.

¶ Secunda forma est mea. ℞. farine frumenti li. j. aque zafranate decoctiõis ficuũ lib. ij. coquant vsq; ad ĩpissitudinẽ & ĩpinguent cũ axũgia butyro aut oleo & fiat ẽpl'm.

¶ Tertia & plures forme in capitulis de phlegmone & herisipilla inueniunt & infra de sedatiõe doloris empl'm

Iamerij

Iamerij Rogerij in maturando laudatur.
¶ In materijs autē frigidis possunt ēt fieri multe forme.
¶ Prima etiam est de meis. ℞. cep. coctarum allio ū coctorum sub prunis añ. li. j. vitella ouorum coctorum numero. v. radic. lapacij cocte li. ß. farine fenugreci quar. j. fermēti quar. ß. axūgie porci li. j. īcorporent: & fiat ēpl'm.
¶ Alie multe forme inueniuntur in apātibus frigidis & glandulosis, & ideo ibi querantur.
¶ Modus operādi est ꝙ fomentetur particula cum aqua decoctionis predictorum & lana succida: deinde applicetur empl'm tepidum & cooperiatur cum stupis aut lana aut folijs caulium & suauiter ligetur super locū apostematis incidendo bindam per transuersum cruciando vt acumen apostematis non comprimatur & non nisi semel in die remutetur.

¶ De mundificatiuis & modo mundificandi.

MATVRATO apāte & aperto cum lanceta aut cum cauterio actuali seu potentiali: aut in quocunq; loco vulnerato aut contuso: aut alterato in quo sanies aut sordes existat vtendum est mundificatiuis abstersiuis & lauatiuis.
¶ Est ergo medicina mundificatiua tanq; genus ad abstersiuam & purgatiuam & non ad corrosiuam vt dicebat Lanfrancus & Henricus: quia ipsa non mundificat saniem: sed crustas & carnem corrodit & euellit.
¶ Medicina autem mundificatiua abstersiua est que separat sordes & sanies de loco in quo sunt & eas ad superficiem extrinsecam educit. Et licet vtranq; cōueniat esse calidam: nihilominus abstersiuam lauatiuā vt pl'm oportet esse dulcem vt est mel & farina fabarum ordei atq; terebentina & gūmarum genera multa. Expurgatiuam vero amarā velut est orobus atq; lupinus plurima tñ inueniunt facientia vtrūq; vt sunt amigdale & orobi atq; semē vrtice. Est aūt ex hoc genere squilla & yreos & spuma vitri stichados abrotanū & alia multa ex quib⁹ possunt cōponi multe forme diuise ꝑm naturas in debilibus

mediocribus & fortibus. ¶ Quarum prima est communitatis que competit apatibus nouiter apatis: quia suauiter mundificat & mordicationem sedat. Et est de farina frumenti aut ordei siue spelte cum vitellis ouorum incorporata: & si adderetur modicum mellis melius esset.

¶ Secunda forma etiam est communitatis. ℞. farine frumeti ordei atque spelte quar. j. coquatur cum duabus partibus aque & vna mellis ros. & fiat empl'm: & si adderetur modicum de terebentina lauta dum deponit ab igne pro locis neruosis vtilior esset. ¶ Tertia est Gal. in secundo ad glauconem & est incarnatiua. ℞. mellis cocti lib. j. thuris. ℥. ß. mirrhe. ʒ. ij. fiat empl'm. ¶ Quarta est de apio & est Guill'. Lanfranci & Henrici & Parisien. omnium & est de meis quia mundificat & maturat vlcera maligna. quod ℞. succi apij lib. j. mellis quar. iij. farine frumenti vel aliorum quar. j. coquantur ad ignem vsque ad spissitudinem & fiat empl'm. Et si adderetur de succo absinthij non permitteret vlcus infistulari neque incacrenari. Et si vlcus supercalefieret additio succi plantaginis: aut crassule esset vtilis. Et si adderetur farina lupinorum aut orobi seu fenugreci: vt conceditur a Bruno & Theodorico fortior esset. Et si tereb. appropriaret eam ad neruos mirrha etiam ad fetorem & corruptionem mudificadu.

¶ Quinta est de resina & est fortis & valde appropriata membris neruosis: & est bonon. ℞. resine mellis tere. an. lib. ß. mirrhe sarcocolle farine fenugreci: seminis lini an. ℥. j. dissoluatur resina cum melle & terebentina & additis pulueribus fiat emplastrum.

¶ Sexta est de yreos & est montispessulan. & extrahit saniem & expellit eam. ℞. mellis li. ß. tereb. quar. j. frumenti. ℥. j. radicis yreos. ℥. ß. misceantur.

¶ Septima est magistri Dini & est mudificatiuum de gummis pro sanie grossa. ℞. galbani armoniaci resine tereb. picis sepi vaccini cere olei antiqui an. ℥. j. dissoluendo gummas cum aceto liquefiant ad ignem & fiat emplastrum.

¶ Octaua est vnguentum apostolorum quod est proprium ad mundificandum vlcera. quod ℞. cere albe resine armoniaci an. ʒ. xiiij. oppoponacis viridis eris

añ.ʒ.iij.aristologie rotunde thuris añ.ʒ.vj.mirrhe galba⸗ni.añ.ʒ.iiij.bdelij.ʒ.vj.lithargiri.ʒ.ix.olei communis lib. ij.dissoluantur gumme in aceto & misceantur cum li⸗thargiro cum oleo decocto & addatur cera & resina li⸗quefacta & coquantur quousq; incipiat gutta coagula⸗ri.Et in deponendo ab igne misceantur pulueres: & in fine viride es ponatur & fiat vnguẽtum.Et si decoqua⸗tur vsq; quo ingrossatur vocatur ab Heben Mesue vn⸗guentum ceraseos.Et a magistro Anselmo de Ianua.Et a magistro Petro de argenteria in montepessulano gra⸗tia Dei:quia [illegible]re rectificat vlcera maligna.

¶ Nona form[illegible] est vnguentum egyptiacum & ponitur a Gal.& Ras.[illegible] Alb.& eo vtebatur magister meus bo⸗no.& est de me[illegible] quia de eo semper inueni bonã probã in leuiter corrodendo & optime mundificando.℞.mel⸗lis lib.j.aceti lib.ß.floris eris.℥.j.aluminis.℥ ß. coquantur ad ignem donec spissent̃ & ru.efficiãtur & ex hoc bico⸗loratum vocatur propter quod coctũ est minus suspe⸗ctum quam crudum quod remaneat totum viride.Vn⸗guẽta em̃ viridia sunt apud vulgũ diffamata. Et cũ hoc est mirabile quia post operationem perdit rubedinem & reducitur ad viriditatem quam rem credunt vulga⸗res ex malitia ægritudinis fuisse factam.

¶ Decima forma est emplastrum rubeum grecum & est etiam binorum colorum in secundo ad glauconem. Et laudatur a magistro Dino ad rectificandum vlcera ma⸗ligna & difficilis consolidationis.℞.olei lib. ij. aceti lib. j.& semis lithargiri libr. vnam ziniar quod est viride eris.ʒ.j.coquat̃ lithargirũ cũ aceto & oleo donec ingros⸗setur:& tunc ponatur viride es & coquatur donec in⸗spissetur & rubeum efficiatur & fiat emplastrum.

¶ Vndecima forma est vnguentum viride herba⸗rum.

¶ Et illud commendat magister Dinus:quia plagas ve⸗teres mundificat & carnẽ superfluam suauiter cõsumit & consolidat & sanat.℞. celidonie plãtaginis scabiose vrtice leuistici cẽtrum galli galline grasse añ. M.j. con⸗quassentur & cum libr.ij. olei per septem dies tem⸗

perentur: deinde bulliantur & exprimendo colētur cui colature addatur cere. ℥.iij. tereben. ℥.vj. resine ℥.ij. bulliantur donec parum spissentur: deinde tollātur ab igne & misceantur thur. sarcocolle & aloes añ. ℥.j. aristologie longe. florum eris añ. ℥.vj. misceantur & fiat vnguentū. Est enim bonum & probatum. Plura alia ponuntur in de auxilijs incarnatiuis que in carnando mundificant.

¶De medicinis dolorum sedatiuis & ipsarum operationibus.

CETERVM cum dolor sit accidēs quod magis impedit omnem rectam operationem tam in apostematibus quam in vulneribus q̄ aliud vt dictum fuit per totum. Pro tanto medio vulnerum & apostematum tractabitur de eius sedatione.

¶ Dolor ꝫm Aui. est sensibilitas rei cōtrarie. Et licet res contraria inferens dolorem ꝫm Gal. transmutationes nature sint a caliditate & frigiditate violenta illatione & ab alijs que frangere & incidere vel protendere vel corrodere apta nata sunt. Nihilominus a qualitatibus contrarijs sit per se a solone continuitatis per accñs: prout tenet scola cōmunis montispessulani. Et ita Gal. nō habet reprehensionem ab Auer. in tertio colliget. qui bene legit in quarto de ægritudine & sinthomate. Et in distemperātia inequali: profundum tamen est hoc mare in quo me non licet nauigare. Si igitur dolor est sensibilitas rei contrarie. Ita ꝫm Gal. vbi supra sedatio doloris & delitia per appositum est rei conuenientis aut nō sentire rem disconuenientem & contrariam nature. Et ꝓpter hoc apparet euidenter ꝙ dupliciter sedatur dolor. Vno modo remouendo rem contrariam euacuando vel alterando. Alio modo sensum particule tollendo. Sedās tamen certum est primum: vt dicit Gal. in 5. pharmacorum & Aui. Ergo necesse est ꝫm ipsummet Galenum & Auerroym in quinto ꝙ medicine que sedant certa sedatione sint temperate similes calori naturali: aut parum plus excedentes. Et cum hoc sint subtil. substantie: ita ꝙ

possint multiplicare calorem naturalē:& preparare humorem ad digestionem vt sit facile permutabilis a natura. Et res magis conuenientes ad hoc sunt pinguedines & olea & pinguedo galline anatis & anseris que melior est secundum G. de oleis vero oleum de vitellis ouorum vt dicit Azaramus in antidota. magno. Et oleum oliuarum dulce calidum parum in secundo farmacorum. Et generaliter omnes res dulcoratiue & anetum & semen lini euacuando sedant dolorem cum apponuntur super locum vt ponit Aui. Gal. tamen vult in quinto farmacorum quod suppuratiua dicta in maturatiuis: quia habēt calorem similem corpori humano sint sedatiua doloris & per consequens resolutiua domestica vt experientia probat.

¶ Ex quibus simplicibus possunt componi multe forme. Quarum prima est communitatis. ℞. medulle panis albi duri in aqua feruenti infuse & ab aqua expresse li. vnam vitellorum ouorum iij. numero olei ro. quar. β. misceantur & fiat emplastrum. ¶ Secunda est Theodorici & Lanfranci & Henrici. ℞. foliorum maluarum. M. iij. coquantur cum aqua fortiter deinde incidantur & pistē tur & cum aliquantulum de aqua decoctionis misceantur pars. j. de cribatura furfuris: & fiat emplastrum.

¶ Tertia forma est Iamerij multum vulgaris: sedat enī dolorem cum maturatione & resolutiōe. ℞. folia maluarum maluauisci brancæ vrsine viol. volubilis paritarie iusquiami vmbilici veneris an. M. j. mundentur herbe a neruis & coquantur cum aqua & terantur & cū sufficiē tia axungie porci aut anatis sine sale pistentur: deinde accipiatur colatura & inspissetur cum farina frumenti aut ordei; & cum modico de farina seminis lini & parū quid de farina fenugreci nisi fuerit locus inflammatus & cum alijs terendo misceāt & fiant pultes seu empl̄m. Et si poneretur absinthiū esset magis confortatiuū. Rogerius quasi eandem concedit: tn̄ in decoctione ponit parum quid de vino & melle. Et aliquoties extrahit succum herbarū cū quo incorporat farinas. ¶ Multe alie sunt forme leniētes & sedātes dolorē spatularum vētris

renũ & matricis & locorum neruosorũ: vt est vnguentum resumptiuũ. quod ℞. butyri sine sale lib. j. olei viol. li. ß. axũgie galline anatine anserine asinine medulle bouine recẽtiũ añ. ℥. j. cere q̃s sufficit fiat vnguẽtũ. ❡ Alia forma est commu nis vnguẽtũ martiaton vnguẽtũ agrippe oleum laurinũ: oleũ mustellinum & de been & nardinum & si̇ᷓlia que confortant neruos & indolorant eos. Et qui voluerit plura de dolore apematũ & vulnerum ac puncturarum: vel in dolore iuncturarũ de ipsis inueniet copiã. ❡ Modus sedãdi dolorem est quod facta euacuatione proprie per flebotomiam si dolor sit fortis & de materia sanguinea. flebotomia enim dolorem sedat vera sedatione: cum causam subito remoueat. Et ita inter doctores non est contrarietas: vt imponebat Henricus fomentetur & balneet̃ particula cũ aqua tepida & oleo per horam. Deinde exsiccetur suauiter & medicamen applicetur: & leniter cum stupa aut lana carpinata ligetur & sepe remutetur. ¶ Iste est modus vere & essentialiter sedandi dolorem.

❡ Quando aũt ẜm certum & verũ modum non poterit dolor sedari & necessitas vrget ꝓpter sinthoma quod virtutẽ põt mortificare: melius est inducere quid nocumenti ad corrigendũ priusq̃ꝫ permittere dolore hominẽ mori vt in duodecimo terap. deducitur euidenter. Tũc enim oportet transire ad sedantia stupefactiua que non vere sed apparẽter sedant dolorẽ. Ac si dicat aliquis hominem mortuũ non sentire dolorẽ vt dicitur in quinto pharmacorũ. Et talia sunt cõtrarijssima his que vere & existenter sedant. frigida enim sunt & nature contraria velut est opiũ & mãdragore & radix solatrum iusquiamus & papauer: verum siccata sunt saluiora q̃ꝫ viridia. Et consolata cum croco atq̃ꝫ castoreo: vt in filonio & opiatis & suppositorijs: necnõ & in collirijs sunt tutiora. Et q̃ꝫtitas & tẽpus debẽt esse opportuna: vt in eodeꝫ duodecimo tera. dicebatur. Et ex hoc fuerũt suspecti trocisci quos dominꝰ eps̃ regienẜ. consulit domino marsiliensi. episcopo patiente stranguriam dolorosam medicis: quia mortuus fuit soporatꝰ & obdormitatꝰ habebat

enim talem proprietatem ꝙ vnus sumptus statim seda-bat dolorem: quorum forma in toto continente erat ta-lis. ℞. iusquiami albi. ʒ. j. opij. ʒ. ß. seminis citrulli lactuce añ. ʒ. iiij. seminis portulace. ʒ. ij. fiant trocisci cum aqua li quiritie.

¶ Istud idem medicamẽ reperitur in tertio cañ. de vlce-ribus renum sub hac forma. ℞. seminis iusquiami albi se xtam partem vnius. ʒ. lapij karatẽ j. qui sunt. 24. grana or dei in synonimis mondini: seminis citrulli: seminis lactu ce seminis portulace. añ. ʒ. j.

¶ De antidotis localibus vulnerum. Et primo de medicinis constringentibus san-guinem Ca. vj.

SANGVIS EST necessarium quãdo fluit in excessu vt restringatur: alias periret homo. Cum sanguis & spiritus sint thesauri & funda mẽtum nature: vt tenẽt oẽs philosophãtes. San guis aũt multipliciter retinetur vt supra de vulneribus venarum fuit dictum. Inter quos modos qui per medici nas sic pertractabatur nunc & dicetur.

¶ Medicina restrictiua sanguinis est illa que habet con stringere & sanguinem fluentem retinere. Et hoc facit: aut quia frigida acuitatẽ sang. reprimẽdo: aut quia vnit & aggregat orificia venarum: aut ꝙ glutinat & oppilat porositates membrorũ: aut quia desiccat & vrit & esca-ram inducit in membro. Exempla primorum in quinto pharmacorũ sunt aqua frigida semperuiua: portulaca tri bulus viridis psilium auricula muris lẽticula aque acedu la & vmbilicusue. Addit Aui. exẽpla secũdarum. s. plãta gines cauda equina galla psidia grana passularũ reubar barũ bolus ar. terra sigillata gipsum & oĩa stiptica & põ tica terrestria & grossa mordicatione carẽtia. Exẽpla ter tiarũ sunt sang. drac. thus aloe mastix resina glutina ami dum puluis molẽdini. Exẽpla quartarũ sunt calx arseni cum cuperosa vitriolũ & id genus. Ex qbus possunt cõ poni multe forme. ¶ Pria est puluis Gal. cũ albuminibꝰ

ouorum & pilis leporis ad mellis spissitudinem incorporatis quod.℞.aloes thuris an̄.partem.j.fiat puluis.

¶Secunda est de domo & dicitur puluis rubeus.quod ℞.boli ar.partem.j.gallarum frixarum partem aliā san. drac.thuris aloes masticis an̄.partem tertiam illius.pilorum leporis minutim incisorum quartam partem illius fiat puluis.

¶Tertia est Alb.& eam Brunus & Lāfrā.tenēt.℞.thu. partem j.san.drac.par.ß.calcis viue partem tertiā vnius fiat puluis:& est conseruatiuus futurarum.

¶Quarta est Gal.in cathag.℞.balaustiarum.ʒ.iij.aluminis.ʒ.j.cuperose vste.ʒ.ß.fiat puluis & est experta.

¶Quinta forma est Rogerij & Iamerij eius sectatoris ℞.colofonie quar.j.boli armenici quar.ß.masticis olibani sanguinis dra.an̄.ʒ.ß.radi.consolide maioris.ro.an̄.ʒ.j.fiat puluis.

¶De medicinis incarnatiuis & modo incarnandi.

TRES sunt actus communes in cura vulnerum & vlcerum necessarij.

¶Primus est incarnare aggregare & consolidare quod idem reputo pro presenti labia disiuncta.Et iste cōuenit vulneribus inquantum sunt vulnera.

¶Secundus est regenerare carnem vbi deficit qui cōuenit vulneribus & vlceribus concauis.

¶Tertius est cicatrizare & ipsam sigillare qui vulneribus & vlceribus in quibus sola cutis est necessaria congruit.Et omnes isti actus natura operante cum desiccantibus medicinis perficiuntur:ſm tn̄ magis & minus:vt supra in tertio tractatu de vulneribus fuit deductū.Nā incarnatiue siccitate indigent in secundo gradu:regeneratiue in primo:cicatrizatiue vsq; ad tertium.In qualitatibus aūt actiuis nō debet esse excessus nisi discrasia requireret ipsum.Et hoc cum nulla indigent mordicatiōe & vltra dispositionem vulnerum recipiūt diuersitatem in gradibus a conclusione totius & partis & ab etate tēpore & contrariorum indicatione.Et cause istorum omnium ibidem fuerunt assignate.

¶Est ergo medicina incarnatiua aggregatiua seu cōsoli

datiua ꝯm Aui.que exsiccat & inspissat humiditatē stātem inter duas superficies vulneris propinquas:ita vt cōuertatur ad cōgelationem & inuiscationem & adhereat vna cum altera.Et ideo indiget quadam stipticita sicut sunt sang.drac.& aloē:sarcocolla bolus ar.terra sigillata necnon cortex palme malorum granatorum arnoglossa & folia pini & cipressi pentafilon acetosa & folia pirorum siluestrium:flores sorbarum & caude equine rami.pul.molendini ordeum vstum tereben.ac etiam lac acetosum atq; vinum rubeum stipticum ex quibus possunt fieri multe forme compositorum.

¶Quarum prima est totius cōitatis & fit de terebē.lauta & rubeo puluere dicto in sanguinis constrictione.

¶Secunda forma est Gal.in cathagenis & vocatur emplastrum nigrum:& est de meis.℞.litargiri partē.j.olei aceti an̄.partes tres coquātur per diem integram ipsum continue ducendo vsq; ad spissitudinem & nigredinem & fiat emplastrum.

¶Tertia forma est dyapalma a libro cathagenorū sumpta.quod ℞.axungie porci seu vituli li.ij.olei antiqui li.iij.litargiri lib.iij.cuperose quar.ß.coquātur ad modum emplastri nigri & ducatur continue cum spatula de palma viridi aut de canna.& fiat emplastrum.

¶Quarta forma est emplm viride magistri Petri de bonāto.quod ℞.plantaginis consolide maioris & minoris betonice berbene pimpinelle piloselle millefolij lingue canis caude equine an̄.M.j.conquassentur & cum li.iij.sepi mutonis coquantur & colentur postea addat̄ resine cere galbani an̄a.quar.iij.sarcocolle quar.j.terebē.quar.j.&.ß.fundantur & fiat emplastrum.

¶Quinta forma est emplm de centaurea & eo vtebatur magister Petrus de argilata ℞.centauree mi.M.vj.tēperentur per noctē in vino albo:deinde coquant̄ ad cōsumptionē medietatis vini & colent̄ & illa colatura iterum bulliat̄ vsquequo sit redita ad spissitudinē mellis & seruet̄.Et qn̄ volueris facere emplm ℞.tereb.li.j.terre noue quar.j.resine thuris gūmi ara.masticis an̄.ʒ.j.vini dicti de centaurea.ʒ.iij.lactis mulieris.ʒ.ij.fiat emplastrum.

¶ Sexta forma est magistri Dini.℞.betonice centauree an̄.M.iij.conquassentur & cum vino albo bulliātur & colentur & colature addatur tereb.li.ß.resine quar.j.sar cocolle.℥.j.cere.℥.ij.Et iterum bulliātur & super acetum proijciantur & congregentur & cum lacte malaxent̄ & fiat empl̄m.¶ Septima est vnguētum regis anglie.℞. ce re albe resine an̄.quar.j.olei.℥.iij.tereb.lote.℥.j thuris ma sticis.an̄.℥.ß.fiat vnguētum.¶ Octaua est empl̄m quod comes Guil̄.habuit a papa Bonifacio:& ꝙ papa habuit eum a magistro Anselmo de Ianua:qui etiam illud de=derat regi Francie.℞. pimpinelle betonice melangiane berbene vermicularis an̄.M.j.bulliantur in bono vino albo vsqꝫ ad consumptionem duarum partium: deinde colentur & vinum iterum bulliatur & addatur cum eo resine lib.j.cere albe lib.ß.masticis.℥.ij.coquantur:& pij ciatur super lac mulierum & malaxet̄.& fiat vnguētū.

¶ Nona forma est vnguentū glorie & illud faciebat ma gister Ioannes nepos magistri Anselmi de Ianua.℞.olei bedegaris li.j.cere quar.j.se.alba.roß.℥.ß.fiat vnguentū.

¶ Decima forma est vnguentum viride herbarū totius communitatis Rogerij Iamerij atqꝫ Nicolai & totius se cte tholosane.℞.celidonie panis cuculi q̄ dicit̄ alleluya cētrum galli leuistici scabiose an̄.M j.sepi arietini lib.j. olei lib.ß.cere masticis thuris aloes viride eris an̄.℥.j.fiat vnguentum.

¶ Vndecima est empl̄m de vermibus incarnans & con solidans membra neruosa & est Lanfran.℞.vtriusqꝫ cō solide cinaglosse piloselle vtriusqꝫ plantaginis.an̄.M.j. vermium terrestrium li.ß.terant̄ oīa & ponant̄ in li.j.& ß.olei cōis per septem dies:deinde bulliantur modicum & colentur & exprimant̄ & tunc addat̄ sepi arietini mū dati li.j.picis naualis lib.ß.picis grece quar.j.armoniaci galbani oppoponacis tereb.an̄.℥.j.thuris masticis an̄.℥. ß.dissolutis gummis cum aceto:fiat emplastrum.

¶ Modus autem operandi est quod post restrictionem sanguinis & securationem apostematis fomentetur lo=cus vel vulnus cum vino rubeo calefacto deinde desic=cetur.Et post medicamē apponat̄ vt supra stupata bal=

neata in vino rubeo & expressa: & cum ligatura incarnatiua artificialiter ligetur.

¶ De medicinis regenerantibus carnem & modo operandi.

MEDICINA regeneratiua carnis ſm Aui. est illa cuius proprietas est vt permutet sanguinem vulneri in carnem propter quod adequatur complexioni eius & coagulat ipsum cum exsiccatione & quadam abstersione non mordicatiua vt dicitur in quinto pharmacorũ. ¶ Et sunt trium modorũ: debiles, fortes & fortiores. ¶ Debiles sunt olibanum mastix & aloe colofonia farina ordei & fenugreci que debent corporib⁹ & mẽbris humidis applicari. ¶ Fortes sunt aristologia yreos farina lupinorum & orobiclimia quoq; & cuperosa adusta: in qua tñ quantitate posita que debent in corporib⁹ & membris siccis applicari vt supra in vulneribus concauis fuit dictum. ¶ Fortiores sunt que in vlceribus profundis sunt apta velut centaurea & polium glutinum limacie vste plumbum & antimoniũ adustũ: & id genus pix etiam & resina carnem regenerat. Et mirrha generat carnem super ossa denudata. ¶ Ex quibus simplicib⁹ possunt fieri multe forme compositorum. Quarum prima est vnguentum basilicon dictum a Gal. tetrafarmacum. ℞. picis nigre resine cere sepe vaccini olei añ. quantum vis fundantur & fiat vnguentum. Et si poneretur de olibano dicitur maius ab Heben Mesue & a Gal. macedonicum.

¶ Secunda forma est vnguentum fuscum secundum Nicolaum quod in apothecis inuenitur factum. ¶ Tertia forma est vnguentum aureum Heben Mesue in quo vt sit aliquantulum mundificatiuum modicũ addo de melle. ℞. cere. ℥. v. resine quar. j. terebentine lib. j. mellis quar. ß. masticis thuris sarcocolle mirrhe aloes croci añ. ʒ. ij. fiat vnguentum. ¶ Quarta forma est vnguentũ viride Gal. concessum per Aui. ℞. olei cere añ. ℥. vj. liquefiant & in descensu ab igne addatur viride eris. ʒ. j. ducendo

& permiſcendo fiat vnguentum. ¶ Quinta forma eſt vnguentum de lino quod Aui. appropriauit ad conſolidandum. Ego tamen eum plus inueni regeneratiuum. Et ſecundum heben Meſue. ℞. raſure panni linei bene mundati partē ß. oppoponacis partes ij. vini mellis olei roſ. añ. partes v. lithargiri aloes ſarcocolle añ. tertiam ꝑtem illius: fiat vnguentum.

¶ Sexta forma eſt emplaſtrum croceum magiſtri Petri de bonanto. ℞. ſeminis fenugreci quar. j. infundantur ꝑ ix. dies in vino albo donec marceſcat poſtea tere fortiter & cola & adde ſepi hircini quar. iij. & inſimul conterantur & coquantur & poſt muſcillago & pinguedo congregetur quibus addantur cere quar. j. reſine ℥. ij. fundantur omnia & coquantur: & fiat emplaſtrum.

¶ Septima forma eſt vnguentum pretioſum acceptum a cartulario meo cōe in omnibus vulnerib⁹ ſanādis. ℞. arthemiſie ſcabioſe abſinthij gallitrici tamariſci apij verbene lanceole ſenationis pimpinelle linguæ canis celidoniæ piloſellæ millefolij añ. M. j. conterantur omnia mundata a radicibus & extrahatur ſuccus & cum lib. ij. axungie porci veteris & lib. j. ſepi hircini & li. iij. olei & quar. j. mellis coquendo & incorporando in mortario: fiat vnguentum. ¶ Et magiſter Petrus de bonanto vtebatur eo verum addebat in fine decoctionis de thure maſtice aloe viride eris quod ſibi videbatur & laudabat eum. ¶ Octaua forma eſt emplaſtrum gratia Dei acceptum a cartulario magiſtri Petri & eſt commune ad omnia vulnera tam in capite quam in quacunqꝫ parte corporis. attrahit enim ſanguinem & humores viſcoſos a profundo & carnem generat & conſolidat. ℞. cere albe reſine armoniaci añ. lib. ß. terebentine quar. j. galbani olibani maſticis mirrhe clare. añ. ℥. ß. ariſtologie ro. ℥. ij. terenda terantur & fundantur in vino albo in quo decocta fuerint Betonice verbene cōſolide maio. & mino. centauræ pimpinellæ ypericon herbe ſaraceniæ herbe gratia Dei bauciæ ſanabaro. añ. M. j. & poſt extrahatur & malaxetur cum lacte mulieris & oleo roſa. & fiat emplaſtrum. ¶ Nona forma eſt emplaſtrum comitis &

eum tenebat magister Americus de alesto. ℞. cere albe ℥. iiii. armoniaci ℥. ij. terebentine ℥. iij. bulliātur in vino albo & extrahātur & cum lacte mulierū malaxando fiat emplastrum. ¶ Decimā formā faciebat comes Antissiodoreñ. ℞. axungie porci recentis cere albe añ. quar. j. olei camomille lib. ß. masticis ℥. ij. ambre grise ʒ. ij. fiat vnguētum. ¶ Vndecima forma est vnguētum de yreos & est magistri Dini de florentia. ℞. sepi vaccini lib. ß. olei ros. ℥. iiij. cere ℥. ij. radi. yreos ℥. j. thuris sarcocolle masticis aloen aristolo. añ. ʒ. ij. terebēti. quar. j. fiat vnguentum. Isto modo vtebantur barbitonsores montispessulani.
¶ Duodecima forma sunt pulueres varij & diuersi. Insuper puluis Ra. quod ℞. olibani aloen sarcocolle sanguinis draco. radicis yreos. añ. terātur. & fiat puluis.
¶ Porro Lanfrācus dictat istum ℞. thuris masticis fenugreci. añ. fiat pul. ¶ Modus autem operandi est quod lauato vulnere cum vino calido ponatur puluis aut carpia in vul. & desuper stupata balneata in vino & expressa. Et ligatura tenente medicamina ligetur & bis in die remuretur.

¶ De medicinis cicatrisatiuis & sigillatiuis & modo operationis ipsarum.

MEDICINA cicatrisatiua & sigillatiua ſm Auic. est que exsiccat superficiem vulneris ita vt fiat cortex super ipsam custodiens ex nocumentis vsq₃quo generetur cutis naturalis a natura non qualis a natiuitate. Et ideo notabili indiget stipticitate & ponticitate. Et sunt duorum modorum vt dicitur in quinto pharmacorum quedam hoc faciunt per se & proprie vt galle & psidia spina egyptiaca cerusa plumbum vstum & lithargirū chimolea bolus armenus & omnis terra maxime abluta ſm Gal. nono simplicium. quedam hoc faciunt per accidens vt corrosiua stiptica adusta: in parua tamen q̄titate sicut est & squama eris adusta & lauta alumē & cuperosa per idem. Et omnia stiptica carentia mordicatione per se vel per preparationē vt centaurea plātago

& aristo. adusta & corium bouinum vetustarum solearum adustarum & cortice vlmi & quercus & scoriã ferri lotam laudat Arnaldus. Ex quibus componi possunt multe forme. ¶ Quarum prima est forma puluerosa & Guil. de saliceto Lanfranci & Henrici. ℞. balaustiarum aloen san. dra. cathimie argenti eris vsti & loti. añ. partes equales: fiat puluis. Item. ℞. corticis pini. ℥. j. lithargiri ceruse. añ ℥. ß. nucis cipressi centauree mi. aristol. vste. añ. ʒ. ij. fiat puluis. Et si vulnus esset calidũ addit Aui. sandalos & nenufar. & ro. sicce & lanceolata sicca in hoc essent optime. ¶ Secunda forma est vnguentum album totius cõmunitatis. ℞. ceruse. ℥. j. litargiri ℥. ß. olei ro. li. j. aque ro. quar. ß. in mortario fortiter ducendo modo ponendo oleum modo aquã rosa. fiat vnguentum & est de domo. ¶ Tertia forma est vnguentum album appropriatum Raß. quod ℞. olei ro. lib. j. cere. ℥. ij. ceruse ℥. j. camphore. ʒ. j. albu. ouorum. iij. numero fiat vnguẽtum. Et si adderetur aliquantulum de litargiro esset melius. Et si adderetur cum eo minio esset coloratum ad colorẽ rubeum & isto vtuntur barberij curie romane.

¶ Quarta forma est vnguentum de calce & est Auicẽ mirabiliter consolidans & desiccans combustiones & vulnera neruorum ℞. calcis viue lauate septies in aqua frigida donec amiserit acuitatem & cum sufficientia olei rosa. ducendo in mortario fiat vnguentum.

¶ Quinta forma est emplastrum album de cerusa in libro cathagenorum & per Axaramum aliqualiter correctum: & eo vtebatur magister Petrus de argelata in auinione. ℞. cere. ℥. iiij. olei rosa. libr. semis. tereben. quar. j. ceruse. ℥. ij. litargiri. ℥. j. thuris aluminis testarum vstarum limatiarum. añ. ℥. semis post fusionem olei terebentine & cere reliqua misceantur in mortario & fiat emplastrum.

¶ Sexta forma est vnguẽtũ epi Lugdunẽs. qui erat de dnmo arminiaci & appriabat eũ omnibꝫ vlceribꝫ infistulatis & cãcris. ℞. axungie porci mũdate a penulis tẽperate in aceto per nouem dies: acetum de tertio in tertium renouando lib. j. argenti viui extincti cũ saliua li

ʒ.aluminis roche quar.ʒ.pistando in mortario per diem integrum.fiat vnguentum. ¶ Septima forma est vnguentum azurinum multum vtile in pustulis faciei & in scabie & serpigine.℞.axũgie porci preparate vt dictum est li.j.argenti viui extincti quar.ʒ.aluminis quar.ʒ.sulfuris viui.ʒ.j.bugie.ʒ.ʒ.inde de baldac.ʒ.ij.pistando in mortario fiat vnguentum. ¶ Octaua forma est dyapossiligos & laudatur a Theo.& a tota secta sua:quia curat cancrum & cancrenas herisipilam & combustionem.℞.olei ros. cere albe añ.ʒ.v.succi granorũ rubeorum solatri.ʒ.iiij. ceruse lote.ʒ.ij.plũbi vsti & loti ponsiligos vel tucie añ. ʒ.j.thuris.ʒ.ʒ.facto vnguento cum oleo & cera reliqua in descensu ab igne in mortario misceantur:& fiat vnguetum. ¶ Nona forma est lithargirum nutritum & est Ra.& Aui.& fere omnium operantium.℞.lithargiri bene puluerizati q̃tum vis & cum sufficientia olei ros.& aceti tantum ducatur in mortario donec spissetur & tumescat:& reponatur & seruetur.Et si adderetur cũ vna parte sexta pars pulueris facti de ere vsto antimonio plũbo vsto alumine balaustijs radic.rubee curcumo gallis sang.dra.cathimia argenti serico vermibus terrestribus siccatis aña.partem.j.fiat puluis & misceatur in mortario esset vnguentum perutile omnibus vlceribus virulẽtis & difficilis cõsolidationis.Et si fieret in mortario de plumbo & adderetur de cerusa esset melius ad omnes dispositiones cancrosas vt dicit Gale.in prima parte libri meamir.

¶ Decima forma est lamina subtilis plumbea q̃ s̃m magnitudinem vlceris lauato vlcere & circunferentia eius cum aqua aluminis desuper apponatur & stricte ligetur facit enim mirabilia in omni vlcere & dispositione cancrosa.Quod eñ honores habui:cum isto auxilio nouit ille qui nihil ignorat.Sed fingendum est q̃ sit aliud artificium magnum in eis ꝓpter vulgares quibus nõ videtur pretiosum nisi sit sumptuosum.

¶ Modus operandi est q̃ anteq̃ vlcus totaliter carne sit repletum lauetur vlcus siue vulnus cum vino calido decoctionis balaustiarum aut cum aqua aluminosa si est

calefactum & postq̃ fuerit bene exsiccatum ponatur medicamẽ & cooperiatur cum stupis balneatis & expressis in eisdem & ligatura incarnatiua ligetur.

¶De medicinis corrosiuis putrefactiuis & causticis carnem rumpentibus atq̃ cutem.

QVANDO autem est aliquod extraneum in vlcere siue apate quod non põt cum maturatiuis & mũdificatiuis curari tũc est necessarium q̄ extirpetur cum ferrĳs aut cum medicinis. Et licet extirpatio cum ferrĳs sit securior cum cito facta sit & cito trãseat illata impressio q̃ cum medicinis que sunt acute & loco tempore dolores & febres inferentes. Nihilominus quia multi sunt timidi & prius vellent mori q̃ sustinere ferrum. Et cum hoc in aliquibus locis est periculosa incisio oportet vti medicinis extirpatiuis que a Gal. in quinto farmacorum vocantur colliquatiue a vulgaribus corrosiue: de noībus tñ nõ est multum curandum vt idem dicit consequenter.

¶Cuius sunt tres species. s. debiles: fortes: & fortissime. Debiles dicũtur proprie corrosiue. Fortes putrefactiue. Fortissime caustice & ruptorie dicuntur. Et licet oẽs sint calide & quodammodo terrestres: hec tñ minus sunt corrosiue putrefactiue plus: caustice vero in vltimo caliditatis & grossitiei ponuntur. Et ꝓpter hoc corrosiue nõ agũt nisi in carnem mollem & superficialem: putrefactiue in cutem & carnem duram & profundam. Caustice in carnem & cutem duram & mollem superficialem & ꝓfundam. Est autem q̄ quandoq̃ vna facit operationem alterius & hoc est ratione quantitatis aut more aut complexionis patientis & experientia monstrat & Hẽricus idẽ affirmat & dicit.

¶De corrosiuis.

ESTERGO medicina corrosiua ſm Aui. cuius proprietas est vt cõsequatur ex eius resolutione & deuastatione q̄ de substãtia carnis minuatur. Et hoc faciunt qñ caro superflua

ſuperflua eſt in parua quantitate: ſtuppe canabine minutim inciſe & ſpongia in paruis laminibus inciſa necnon & hermodactili pulueriżata & alumen vnguētum apoſtolorum & ſimilia. Quādo autem caro eſt multa neceſſaria eſt cuperoſa viride es & vnguentum viride & egyptiacum & trociſci de calce magiſtri Dini. Cuius forma ℞. calcis viue quātum vis pulueriżetur & paſtetur cum melle & fiant trociſci & in caſula comburanť & deſiccentur. ¶ Et hoc idem faciūt trociſ. affodillorum. Cuius forma ſm Rogerium eſt. ℞. ſucci radicis affodillorum. ℥. vj. calcis viue. ℥. ij. auripigmenti. ℥. j. conficiantur & deſiccentur ad ſolem in menſe auguſti & fiant trociſci. ¶ Ad idem etiam ſunt trociſci aldaron qui dicuntur andromachi. & fiunt ſm Aui. ℞. corticum granatorum. ʒ. x. gallarum. ʒ. viij. mirrhe ariſtol. ro. an̄. ℥. iiij. draga. aluminis iameni. an̄. ℥. ij. zegi quod eſt vitriolum. ℥. iiij. pulueriżenť & cum vino dulci conficiantur & fiāt trociſci. ¶ Ad idē fiunt trociſci calidicon & ſunt Gale. ℞. calcis viue partē vnam auripigmenti ru. & citrini alkali & acatie an̄. partem mediam pulueriżentur & conficiantur cum capitello & fiant trociſci. ¶ Capitellum eſt duplex cōe dictum ſuperius de mundificatione capitis & proprium ſm Dinum aliqualiter per me rectificatum quod ſic fit. ℞. calcis viue ſalis armoniaci an̄. li. j. teranť & paſtentur cum lixiuio cinerum truncorum fabarum & ponātur in olla in fundo minutim ꝑforata, & ponatur alia olla integra deſubtus in qua recipiatur capitellum & ſepelianť in fouea & dimittantur per ſeptem dies & colatura erit valde pulchrum capitellum. Valet autem ad conſumēdum omnem ſuperfluitatem cōburit & corrodit & eius eſcara cito cadit.

¶ De putrefactiuis.

MEDICINA putrefactiua ſm Aui. eſt illa q̄ corrūpendo cōplexionē carnis adducit in ipſam humiditatē fetidā & corruptā nō eſcaroſam ꝓprie ad inſtar carnis cadauerate & eſtiomenale a ſuperabūdāti frigido vel ca

lido ſicco & humido vt innuit Gal. in quinto pharmaco rum. Aſſimilatio vero eſt quia vtrobiq̧ eſt corruptio in dolorosa ſupple quantum ad partem corruptam: qm̄ autem inferant magnum dolorem in parte nō corrupta nō credatis. Et ſunt realgar & arſenicum qui ſuper omnes in hoc obtinēt principatū: oportet tn̄ vt reprimant̄: quia feroces ſunt medicine. Reprimit̄ aūt arſenicum ſm quatuor magiſtros ita ꝙ pulueri zatur & cum ſucco cauliū: aut ſolatri: aut alterius herbe frigide paſtat̄ & deſiccat̄: & hoc fiat ter vel quater. & fiant trociſ. Eodem modo reprimitur realgar ſm Henri. Eodem modo argentum viuum ſublimatum operat̄. ¶ Ad eādem intētionem fiunt aque fortes per diſtillationē inter quas iſta eſt melior. ℞. ſalis armoniaci auripigmēti ru. & citrini cupero. viridis eris an̄. par. j. puluerizentur & ponantur in alembico vitreo bene lutato & diſtilletur cū lento igne. Prima aqua que recipit̄ abijciatur & poſt duplet̄ ignis. Et qn̄ alēbicū fiet rubeum retineat̄ ſecūda aqua & in vaſe vitreo bene cooperto cuſtodiat̄. Eſt em̄ tāte efficacie ꝙ ferrū liquefacit & perforat: & ideo ſola gutta mortificat fiſtulas & liquefacit oēs verucas & excreſcētias. Mod⁹ aūt ſublimādi & diſtillandi alkimiſtis dimittat̄. Iſta aūt nō debēt poni in debilibus & tenerrimis corporibus: neq̧ iuxta principalia membra neq̧ in mollibus & paruis mēbris: qualia ſunt virga labia palpebre naſus digiti & ſimilia: neq̧ applicent̄ in magna q̄titate: quia melius eſt multiplicare vices q̄ q̄titatē vt dictum fuit in glādulis & ruptura. Et debēt applicari in puluere aliquoties incorporata cū dyaltea aut vnguēto albo: & poſt appoſitionem muniatur locus deſuper & circūcirca cum aceto & ſuccis frigidis & teneāt bonam dietam. Et ſi nimis exacerbaret infirmum & voluerit remouere & ſedare dolorem locum cum oleo calido dulci fomēta. Et poſt operationem que durat de arſenico per tres dies & de aquis minus procuretur caſus talis eſcare cum butyro aut aliquo maturatiuo vnctuoſo.

¶ De cauſticis & ruptorijs medicinis.

MEDICINA cauſtica ſclirotica rupturae ſt illa

rumpit & adurit cutim & carnem & complexionē ipsorum. Et ipsa deuastat & mortificat indurat & in carbonem reducit absq; dolore magno: propter quod earū operatio dicitur lenta in quinto pharmacorum. Et sunt quedam debilia que solam cutim rumpunt & vesiccant preparant ad operationē putrefactiuorum que non operantur nisi in carne a cute denudata vt cantarides mel anacardorum allea planta lupina flammula vel marfirium & anabulia. Et ponuntur cantarides pistate cum fermēto aut aliquo sepo in quantitate.ʒ.vnius. ¶ Alia autem per se in quantitate medij manipuli stare debēt per mediam diem: & post incidantur vesicule & ponatur foliū caulis. Et si in patiente prouocarent ardorē vrine quod aliquando faciunt: detur lac ad potandum & ponantur in balneo aque decoctionis maluarum violarum nasturtij aquatici paritarie vsq; ad vmbilicum: & statim sedabitur ardor: fortia autem sunt multa. ¶ Illud autem quod fit de calce viua puluerisata incorporata cum sapone molli & modico de saluia in hoc obtinet principatum: debet autem poni in quantitate auellane.s. aliquātulum plus vel minus ſm quod locus requirit. ¶ Et debet muniri locus taliter q; non diffundatur nisi vbi vult homo. Et hoc cum testa nucis parue vel magne vel cū corio seu panno cerato: vel cū albumine oui seu aliquo glutinoso perforato ſm quantitatem quam operatio requirit. Et desuper & circunquaq; aliquod frigidum applicetur & stricte ligetur & dimittatur per duodecim horas ad minus. Et si vltra procēderetur, melior escara efficeretur. Et facta operatione remoueatur causticum & casus escare cum butyro lauato & cum pauca farina incorporato vel aliquo alio vnctuoso procuretur.

¶ De medicinis fracturarum & dislocationum. Et primo de prohibentibus apostemationē Cap. vij.

MEDICINE fracturarum & dislocationū aliquando fiunt in forma epithimatum: aliquando in forma emplastri: aliquando in forma vnguenti. & vt dicit Aui. in quarto: ali-

quando fiunt ad prohibendam apostemationem & dolorem: quedam fiunt ad glutinandum & indurandum arosboth seu porum sarcoidem. Et quedam sunt ad cōfortandam particulam quedam sunt ad comprimendū porum nimis ingrossatum: quedam vero ad leniendam & mollificādam duritiem que aliquoties remanet post restaurationem. ¶ Medicine vero prohibentes apostemationem sunt frigidantes & quodāmodo repercutientes: velut sunt albumina ouorum oleum ro. atq3 mirtinū que competunt in prima operatione.

¶ De glutinatiuis.

MEDICINE glutinantes & indurantes porum q̄ competunt in secunda remutatione & in sequentibus: vsq3 quo porus sit completus sunt sicut. ℞. farine volatilis molendini vel frumenti partes vj. sanguinis draconis thuris masticis sarcocolle an̄. partem vnam incorporentur cum albuminibus ouorū & fiat epithima seu pultes. ¶ Ad idem dictat Brunus: ℞. aloes mirre boli armenici thuris acatie anisi cipressi dragaganti laudani farine volatilis an̄. partem vnā: puluerisentur: & vt primum incorporentur.

¶ De confortantibus.

MEDICINE confortantes que competunt in fine sunt post fomentationē cum vino salito decoctionis rosa. absinthij mosse albe arboris quercus. ¶ Emplastrum quod dictat Lanfrancus ℞. olei ros. ℥. iiij. resine. ℥. iij. cere. ℥. ij. colofonie masticis thuris an̄. ℥. ß. nucis cipressi cucume. an̄. ℥. j. fiat emplastrum verum oprtet q̄ minuatur oleum & augmentētur gūme: & si adderetur crocus esset melius. ¶ Ad idem dictat Rogerius sparadrapum. ℞. thuris masticis picis farine volatilis boli armenici an̄. ℥. ij. sepi arietini cere albe libr. ß. liquefiant sepum & cera & vltimo puluis ponatur & pannus ibi infundatur sicut fit tela cerata & applicetur. ¶ Ad idē est apostolicon

commune antidota. Et apostolicon chyrurgicum dicta tum per Rogerium commune omnibus quassaturis. ℞. colofonie lib.j. picis naualis lib.ß. galbani serapini armo niaci opoponacis thuris masticis terebentine añ.℥.ß. aceti lib.j. cere.℥.iij. dissolutis gummis cum aceto & bul litis & liquefactis addantur reliqua. & fiat emplastrum malaxando cum oleo laurino. ¶ Ad eandem intentionē est oxicroceum antidotarij Nicolai. ¶ Ad idem est emplastrum magistri Petri de bonanto commune ad omnes contusiones. ℞. cere quar.j. armoniaci quar.ß. picis na ualis.℥.ij. masticis.℥.j. farine fenugreci absinthij camomille cimini añ.ʒ.ij. succi paritarie aceti optimi añ. quar. j. infundatur armoniacum in succis per noctem. in mane ponatur supra ignem & liquefiat cum reliquis vsq; ad consumptionem succorum & pulueres malaxentur cum oleo laurino & fiat emplastrum.

¶ De medicinis remollientibus duritiem: que aliquando remanet post restaurationem.

LICET superius in de sclirosi & de passionibus iuncturarū satis sit dictū de talibus medicinis & modo operationis ipsarum. Nihilominus quia talium operatio est multum difficilis & tediosa videtur vtile medicamina talia repetere sepe. ¶ Medicine remollientes duritiem que remanet post algebras magis debent esse humectatiue quam resolutiue vt in quinto pharmacorum videtur dicere Gal. maxime si durities fuerit īducta propter siccitatem cautam a priuatione nutritionis vel ex vulneratione neruosarum particularum: vel ex longa saniei euacuatione. Et propter hoc dicebat Auic. in quarto ꝙ in talibus oportet incipere ab embrocis aquarum calidarum; & postea procedere ad vnguenta & emplastra lenientia facta ex muscillagine & gummis & adipibus & oleis. Et si ponatur acetum erunt magis profundantia: quia in parua quantitate & mixtum cum alijs calidis non nocet: vt in tertio meamir. Gal. & tertio canon. de curatione sode affirmat illustrissimus Auicen.

In primis igitur embrocetur particula cũ aqua & oleo antiquo temperate calefacta aut cum lacte vaccino aut cum aqua muscillaginosa decoctionis corticis radicis altee vlmi brionie cucumeris asinini enule cãpane achori dactilorum ficuum fenugreci & seminis lini. Aut cum aqua decoctionis capitum & pedum & triparum montonum. Et si loco spongie fieret cum lana succida meli' esset: facta fomentatione per horam exsiccetur particula: deinde iuxta ignem fermentorum non nimis prope flectendo & exigendo familiariter particulam inungatur cum isto vnguento ex dictis Aui. & aliorum assumpto. ℞. axungie porci asini muli vrsi marmotane atq; taxonis añ. quar. j. axungie galline anseris & anatis medulle cruris vituli atq; cerui añ. quar. ß. butyri recentis olei nucis indice olei sisamin olei de been olei muscellini. olei amigd. dulcium muscillaginis altee fenugreci & seminis lini. ℥. quar. ij. storacis calamite bdelij ysopi humide añ. ℥. ß. fundantur omnia & liquefiant.

¶ Et si est necesse modicum addendo de cera fiat vnguentum. Eligantur axungie recentes & sine sale. vt idẽ dicit Aui.

¶ Et si locus videtur infrigidatus modicum ponatur de oleo de castoreo & de communibus gummis. Item ad idem pro communibus. ℞. dyaltee partes. ij. agrippe partem vnam butyri dissoluti partem ß. misceantur facta sufficienti inunctione emplastretur locus cum corticib' radicis maluauisci pistatis & contusis & mixtis cum bona axungia porci: aut cum vnguento remollitiuo iã dictato. aut cum dyaquilone magno superius in de remollitiuis dictato: aut cum isto quod summe laudat Lanfrancus. Recipe axungie porci recen. ℥. iij. pinguedinis anseris anatis & galline cere terebentine aña. ℥. j. cõis olei. ℥. iij. farine fenugreci & seminis lini aña ℥. j bdelij oppoponacis masticis thuris añ. ℥. ß. gumme temperentur cum vino. postea cum axungia & pinguedinibus. cera & oleum dissoluantur & colentur & colature addatur pul. terendorum: & optime incor

porentur & vsui reseruentur. Et si cum eis poneretur de storace & ysopo hu. & laudano melius esset. Et armonia cum in sexto simplicium mollificat illud & in dissoluẽdo poros articulorum est intense virtutis. Et hoc fiat lõgo tempore: nam in septimo terap. tempus cure passiuarum qualitatum est multiplicius q̃ actiuarum.

¶ Modus euaporatiõis cum aceto & lapide marchasite qui competit in tenantibus induratis & sclirosi: & in duritie iuncturarum est dictus. Et in hoc ligature & instrumenta mechanica multum auxiliantur &c.

¶ De gradibus medicinarum Ca. viij.

QVIA GAL. medicorum eximius in primo simplicium pharmacorum dicit q̃ nõ est possibile componere pharmaca nec eorum aliquo vti bene anteq̃ simplicium virtutes sciant: protanto bonum est hic ponere gradus & virtutes medicinarum chyrurgicarum simpliciũ supple: quia compositarum ab ipsis inueniuntur gradus. Gradus aũt s̃m Arnaldum in complexionatis est eleuatio qualitatis alicuius cõplexionis: super temperamẽtum s̃m distantiã integram: quod dicitur ꝓpter metas tres non integras que assignantur in quolibet gradu.

¶ Temperatum autem in quinto simplicium pharmacorum est simplicis cõplexiõis cui adducitur sine hoc q̃ calefaciat aut infrigidet siccet aut humectet.

¶ Ipsum distemperatum est quod eum adducit in aliqua qualitate dominante a qua denominatur talis. Calidum quidem secundum hoc nominantes in primo gradu quodcunque vtique nos calefacit: non tamen manifeste: ita etiam & frigidum siccum & humidum. Quecunque autem manifeste iam calefacere vel infrigidare siccare vel humectare nata sunt secundi gradus hec verba talia dicentur. Que vero quidem iam vehementer: non tamen ad extremum tertij. Que-

cunq; autem infrigidare nata sunt: ita vt mortificẽt: vel ita calefacere vt vrãt quarti. Et in illis assignat quatuor gradus. Idem in primo canoñ. dicit Aui. Siccum autem nullũ est inuenire quarti gradus absq; quod vrat. quodcũq; enim summe exsiccat omnino hoc & vrit: & ideo licet non reperiantur in quarto gradu: sunt tamẽ in fine tertij. Et ita prope quartum: de humido vero dicit Aui. ꝙ non videtur ꝙ possit transire vltra tertium gradum: quia si trãsiret esset res venenosa que corrumpit corpus quare autem calidum in quarto vt allia piper nõ interficiunt; ita sicut opium & alia frigida. Dicit ille socius cõcordantiarum: quia frigidum plus inimicatur nature ꝙ calidum. Sed quantitas augmẽtat gradum & minuit. Et si secunde virtutes sequũtur graduationem primarum. Et quare vna medicina potest habere contrarias operationes & vna planta in diuersis partibus diuersas acquirit naturas maiori indiget perscrutatione. Et vt facilius inueniantur gradus medicinarum sub cathalogo latinorum alphabeti ordinẽtur. Et si inter doctores graduum inuenitur varietas. Aliquando hoc a diuersitatibus originis ipsorum forte occasionem habet. Ego autẽ in gradibus sequar Gale. in vltimis sex libris pharmacorum Serapionem & Auicen. eius interpretem & aliquas experientias meas iuxta posse a litera A. primo incipiendo.

AQVA EST PRIMVM frigidorum & humidorum per totam philosophiam. & ideo est spissatiua & congelatiua in primo simplicium pharmacorum in primo gradu.

¶ Acetum frigidum in primo siccum in tertio compositas tamen habet virtutes cum maxima subtilitate in eodem primo.

Aqua aluminosa abluit repercutit & exsiccat ẜm Gal. ibidem & Aui. in quarto.

Aggresta nota est frigida in secũdo sicca in tertio & est repercussiua.

Acatia succus est prunellorum viridium & est frigida & sicca in tertio vel quasi: & ideo repercussiua fortiter.
Acedula herba frigida & sicca in secundo repercutit & confortat.
Anthera est illud citrinum quod est in medio rose & est frigida & sicca in primo cum repercussione.
Attriplex & spinachia olera sunt frigida & humida temperate cum maturatione & lenitione.
Absinthium herba calida in primo sicca in secũdo cum stipticitate.
Abrotanum herba calida in primo sicca in secũdo cum abstersione.
Apium herba est multas habet species calida in primo sicca in secundo cum maturatione & mundificatione.
Agrimonia herba est calida & sicca in secundo gradu cũ abstersione.
Acusmuscate pes columbinus herba roberti herbe sunt eiusdem generis quasi sunt frigide & sicce cum abstersione.
Arist radix calida & sicca in secundo gradu cum abstersione & incarnatione.
Alleum radix calida & sicca in quarto cum adustiõe & attractione.
Aloen succus cuiusdam herbe spissatus & est calidum in secundo siccum in primo & consolidat vlcera proprie pudendorum.
Auena granum calidum & humidum temperate maturat & abstergit.
Amidum farina frumenti lauata frigidum & humidum in primo cum sedatione.
Axungia nota est calida & humida in primo & plus & minus ꝑm animalia a quibus capitur; & ideo mollificat & maturat.
Argentum viuum frigidum est & humidum in secundo ꝑm aui. Gal. autem in nono dicit de eo nullam habuisse experientiam; vtimur tñ eo extincto in vnguentis

UNIVERSIDAD * BIBLIOTECA * DE LA FACULTAD DE MEDICINA

decoratiuis & de sublimato in corrosiuis.

Anisum & feniculum semina sunt calida in tertio sicca in secundo & sunt resolutiua.

Anetum est semen calidum & siccum in secũdo cum resolutione.

Affodili radices sunt calide & sicce in secundo cũ abstersione & corrosione.

Anacardus pediculus elephãtis calidus & siccus in quarto & est vlceratiuus.

Arsenicum & auripigmentum mineralia & sublimantur & sunt calida in tertio : sicca in secundo: & vltra : quia putrefactiua valde & mortificatiua sunt.

Alumẽ rochinum calidum & siccum in tertio cum magna stipticitate.

Argilla & chimolea terre sunt frigide in primo sicce in secundo cum repercussione.

Antimonium minerale est frigidum in primo & siccum in secundo.

Armoniacum gumma calida in fine tertiј sicca in primo cum mollificatione & attractione.

Assafetida gumma calida & sic.in tertio & vltra abstersiua & attractiua.

Aspaltum spuma est indurata reperta in mari mortuo est calida & sicca circa secundum consolidatiuum vlcerum sanguinolentorum.xј.simplicium pharmacorum.

Atramenta mineralia calida & sicca in tertio cũ stipticitate & corrosione.

BALAVSTIA flos est maligranati frigida & sicca in secundo vel quasi repercussiua.

Berberi fructus arbusti frigidus & siccus in tertio cum repercussione.

Brionia radix est calida & sicca in secundo cũ abstersione & maturatione.

Bolus terra est rubea frigida & sicca in secundo cũ repercussione & restrictione.

Baucia radix pastinace calida & humida in primo & ideo maturatiua.

Borago olus calidum & humidum temperate.

Buglossa herba eiusdem generis est magis tamen sicca maturat & lenit.

Branca vrsina herba est calida & humida in primo gradu maturat & lenit.

Balsamus gumma est vel oleum calidum & siccum in secundo cum magna subtilitate & aromaticitate: & ideo abstergit attrahit & confortat.

Butyrum calidum in primo & humidum humiditate altiori maturat & proprie bubones.

Bdellium gumma est calida in fine primi & vltra cum lenitate & humiditate in primo & est efficacis mollitionis scliratarum in sexto pharmacorum.

Bursa pastoris herba est frigida & sicca cũ restrictione.

Bedegar quid est opi.sunt frigida in primo gradu & sicca temperate & est stiptica.

Borax gluten auri calidum & siccum temperate: verũ aliqui dicunt ipsum esse calidum valde consolidat tantum.

Bugie cortex berberis frigidum & siccũ cõsolidatiuũ

Berbena herba est frigida & sicca sine excessu: & ideo sedatiua & consolidatiua.

Betonica herba calida & sicca in tertio mundificat & sanat.

CRASSVLA herba est frigida in tertio humida in secundo.

Coctanum fructus est frigidum & siccum in secundo: vel quasi confortat.

Cachimia & climia mineralia sunt frigida & sicca equaliter cum abstersione.

Corallus notus est frigidus in primo siccus in secundo cum restrictione.

Cerusa est erugo plumbi frigida & sicca in secundo cõsolidat.

Chimolea terra molle fabrorum frigida & sicca consolidat.

Capillus veneris herba est temperata verum declinat ad quandam caliditatem & siccitatem: vt dicit G. I. subtiliat & dyaforat.
Caulis olus calidum in primo siccum in secundo matu rat & abstergit.
Centaurea herba est calida & sicca in tertio & est con solidatiua.
Camphora gumma est frigida & sicca in tertio cum ab stersione.
Cera est nota temperata est: & ideo materia omnium fit medicinarum cum maturatione.
Crocus flos calidus in primo siccus in secundo vel qua si cum confortat & resoluit.
Camomilla flos calidus & siccus in primo resolutiua & confortatiua.
Costus radix est calida in tertio sicca in secundo cū ab stersione & resolutione
Cinamomum species aromatica calida & sicca in ter tio cum confortatione.
Cepa radix calida in tertio adurens cū quadam humi ditate superflua: & ideo maturat & abstergit.
Ciperus radix calida & sicca in secundo cum consolida tione.
Celidonia herba calida & sicca in tertio abstersiua est
Cuperosa minerale calidum & sic. prope quartum cum corrosione & stipticitate.
Cipressus arbor calida ī primo sicca ī secūdo cōsolidat.
Cauda equina herba frigida in primo sicca in secūdo consolidatiua.
Calx lapis coctus calida & sicca in quarto adustiua.
Curcuma radix est citri forte celidonie calida & sicca consolidatiua.
Consolida calida & sicca conglutinatiua.
Cantarides animalia muscalia viridis coloris parua ca lida & sicca in tertio cum adustione & vesiccatione.
Castoreum testiculi sunt cuiusdam animalis calidū & siccum in secundo confortat membra neruosa.
Canabi semen calidum & siccum maturatiuum.

Capitellum lixiuium forte calidum est & adustiuum.
Cinis notum est calidus & siccus in quarto cum abster
sione.
Cucumer asininus herba est calida & sicca in secundo
radix tamen tantum in gradu: & ideo mollificat.
Cresones herba calida & sicca in secundo apertiua &
dyaforetica.
Ciminum semen calidum in tertio siccum in secundo
carminatiuum.
Calamentum herba est calida & sicca in tertio resoluti-
ua & attractiua.
Caseus recens consolidat: antiquus vero disrumpit. de-
cimo simplicium.
EDERA arbore frigida & sicca cum absterſione &
mundificatione & consolidatione.
Epatica est herba frigida & humida cū repercussione.
Enula herba radix calida & sicca in secundo vel quasi
confortatiua.
Ebulus herba calida & sicca in secundo vel quasi reso-
lutiua.
Euforbium gūma calida & sicca in quarto abstersiua.
Es & flos eius notum est calida & sicca in tertio corro-
siua cum stipticitate.
Ermodactili radix que desiccata est calida & sicca in se
cundo cum quadam abstersione & corrosione.
Emathites lapis ru. nō ablutus est calidus in primo. Ab
lutus vero est frigidus in secundo: & ideo caret mor
dicatione & consolidat & sanat.
FLAMVLA arbustum calida & sicca & adustiua
circa quartum gradum.
Fabaria herba frigida & humida consolidatiua.
Fumus terre herba frigida in primo: vel quasi sicca in se
cundo cum abstersione.
Feniculus herba est cuius semen est calidum & siccum
in secundo cum resolutione.
Frumentum notum est calidum & humidum tempera-
te maturat cum abstersione.
Furfur notum calidum & siccum circa primum gradū

cum resolutione.
Fabe notum est: desiccatiue frigide cum temperamento siccitatis & resolutionis & abstersionis.
Fex cere notum est vel aluear calidior est ꝙ ipsa cera: & ideo mollificat.
Fex olei nota est plus calida & sicca quam oleum.
Ferrum notum frigidum & siccum in secundo constrictiuum & consolidatiuum.
Ferrugo nota est calida & sicca in secundo consolidatiua & constrictiua.
Fenugrecum semen calidum & siccum in primo: & propter hoc dyaforat & feruentes phlegmones exacerbat.
Ficus recentes calide & humide: siccate calide & sicce: quod quasi idem est de dactilis: & ideo maturant & mollificant.
Fermentum cum caliditate & humiditate acre & nitrosum est: ideo virtutem habet mixtam cum attractione.
Fuligo fumalis multum est desiccatiua.
Farina volatilis molendini nota est frigida & sicca cum glutinatione.
Fraxinus arbor frigida & sicca in secundo cum repercussione.
Folia oliuarum frigida & sicca cum stipticitate magna.
Filex herba & radix calida & sicca in secundo cum resolutione & abstersione.
GALLE virides fructus frigidi in secundo sicci in tertio: mature & noue non tantam stipticitatem: tamen habent magnam.
Glandes fructus fri. cum temperamento & sicci in secundo gradu. consolidatiue.
Gratia Dei herba est calida & sicca in secundo cum mūdificatione & consolidatione.
Gariofili species aromatica calida & sicca in tertio confortatiua.
Gluten multipliciter nota est calida & sicca in primo cum glutinatione.

Granatũ acetosum frigidũ & siccũ in secũdo dulce calidum & siccum cum temperamento & refrenatione.
Gentiana radix calida & sicca in tertio absterſiua.
Gallitricum herba calida & sicca incarnatiua.
Gumma arabica & dragagantum frigidum cũ quadam siccitate & glutinositate.
Granum cum quo tingitur pãnus est desiccatiuum sine mordicatione: & ideo consolidat & incarnat proprie neruos in septimo simplicium.
Gipsum calidum & siccum cum glutinatione.
Galbanum gummi calidum in tertio: siccum in secundo cum attractione forti.
IVSQVIAMVS herba frigida in tertio: vel quasi stupefactiua valde.
Isopus herba calida & sicca in tertio resolutiua.
Iatea herba calida & sicca & est consolidatiua.
Ipoquistidos succus est decoctus & spissatus frigidus & siccus in secundo.
Iuniperus frutex calis & siccus cum consolidatione.
Ipericon herba est calida & sicca perforata incarnat cõsolidat & mundificat.
Iarrus est herba cuius radix calida & sicca in secũdo cũ absterſione.
Ireos radix est calida & sicca in tertio resoluit mũdificat & incarnat.
Isopus humida succus est lane humide & est satis temperata & mollificata.
LITARGIRVM merda plumbi cum tẽperamento declinat ad siccitatẽ. & ideo regeneratiuum & cõsolidatiuum.
Lupini fructus calidus in primo siccus in secundo cum absterſione.
Lilium herba est multas habens species: cuius radix calida & humida in secundo: & ideo maturatiua.
Lini semen calidum & siccum maturat & sedat.
Lac satis temperatũ est & ideo mitigat: sed ei⁹ aqua est frigida & sicca cum lautione & consolidatione.
Lapacium herba est multas habens species frigida &

ficca in fecundo & eft abfterfiuum.

Liquiritia radix temperata eft cum quadã familiari humiditate: & ideo incarnatiua.

Litium fuccus eft herbe cuiufdam fpiffatus temperatũ in actiuis cum humiditate in fecundo gradu & ideo mitigatiuum.

Lana fuccina circa temperamentum eft & mollificat.

Laudanum fuccus eft barbe hircorum vltramarinorũ fpiffatus calidum & humidum in primo mollificatiuum eft.

Lentes cum ftipticitate fatis funt temperate & ideo refrenatiue.

Lingua canis herba eft calida & humida in primo cum regeneratione.

Lixiuium notum eft calidum & ficcum circa tertiũ abfterfiuum.

Lacticinia herba ca. & fic. circa tertium cũ abfterfione.

MARGARITE frigide funt & ficce note funt: clarificant & confortant.

Merda ferri nota frigida & ficca confolidatiua.

Marcafita calida in fecundo ficca, in tertio cõfolidat & conftringit.

Malua herba frigida & humida cum temperamento fedatiua.

Maluauifci radix eft cal. & humida in fecundo cum maturatione.

Mercurialis herba ca. & hu. in primo cum maturatione.

Mandragora herba frigida & ficca in tertio cum ftupefactione.

Muft⁹ aq̃ herba frigida cũ ftipticitate q̃dã & repcuffiõe.

Marrubium herba calida in fecũdo ficca in tertio & eft apertiua.

Maftix gumma calida & ficca in fecũdo cum mollificatione & confortatione.

Mellilotum flos herbe ca. & fic. in primo cũ refolutione.

Medulla nota eft ca. & hu. plus & minus fm animalia a quibus fumitur: & ideo mollificat.

Mel notum eft ca. & fic. in fecundo cum mundificatiõe.

Mirra

Mirra gumma ca.& sic.in secundo carnis regeneratiua.
Memitha herba fri.& sic.in primo de succo cuius fiunt sief.& trocisci pro oculorum restrictione.
Mummia caro mortuorum balsamatorum ca.& sic. in secundo cum consolidatione.
Minium fri.& sic.& est rubeum pictorum factum de cerusa per adustionem in nono pharmacorum.
NENVFAR flos est fri.& hu.in secundo cũ quadã soporatione.
Nespila fructus est frigidus & siccus in tertio & est constrictiuus.
Nux fructus est ca.& sic.in secundo cum abstersione.
Nux indica est etiam fructus ca.in primo cũ tẽperamento siccitatis cuius oleum confortat neruos &c.
OPIVM succus est vnius herbe spissatus frigidus & siccus in quarto stupefactiuus & mortificatiuus.
Ordeum granum frigidum & siccum in primo cũ maturatione & absterssione.
Oleum oliuarum est temperatũ:& ideo oĩm recipit virtutes in secundo pharmacorum.
Oleum muscellinum ca᷑m est remollitiuum:& videtur ẜm Hali.& synonima Mũdini ꝙ fiat per expressionẽ alicuius grani:vt oleum de been.
Orobus granum est calidum in primo siccum in secũdo & vltra cum absterssione.
Oua sunt temperata. Albumen tamen vergit ad frigiditatem vitellum vero ad caliditatem cum sedatione.
Ossipie notum est fri.& sic.cum absterssione.
Oppoponacis gumma ca.& sic.in tertio cum remollitione.
PLANTAGO herba multiplex frigida & sicca cũ repercussione & consolidatione.
Portulaca herba frigida in tertio humida in secundo cũ sedatione.
Populus est arbor frigida & sicca cum temperamẽto cũ repercussione.
Papauer est herba frigida & sicca in secũdo cũ familiari

ſtupefactatione.
Pſilium ſe.herbe frigidum in ſecundo humidum in primo cum refrenatione.
Papirus nota eſt frigida & ſicca reſtrictiua.
Pſidia cortex fructus granati frigida in ſecunda ſicca in tertio cum reſtrictione.
Polium herba eſt calida in ſecundo ſicca in tertio.
Paritaria herba eſt in dubio credo ꝙ ſuccus ſit frigidus ſubſtantia tñ calida reperitur: & ideo reſolutiua eſt.
Piper ſpecies granum eſt calidum & ſiccum ꝓpe quartum gradum: & ideo attrahit & abſtergit.
Piretrum radix eſt calida & ſicca in tertio gradu cum attractione & abſter.
Petroleon eſt oleum de petra & eſt calidum & ſiccũ in quarto cum ſubtiliatione.
Pix communis calida & ſicca circa tertium gradum cũ maturatione & abſter.
Pinguedo eſt calida & humida plus & minus ſm aĩalia quorum eſt: & ideo maturat & mollificat.
Palma arbor frigida & ſicca in ſecundo.
Pentafilõ herba eſt ſine mordicatione deſiccat.
Pimpinella herba eſt ca.& ſic.& vulnera conſolidat.
Porrum radix calida & ſicca circa quartum gradum cũ attractione.
Pinus arbor cuius grana calida ſunt & humida & eius cortex frigidus & ſiccus: cum ſtipticitate plurima.
Planta lupina herba eſt calida & vſtiua.
Plumbum frigidum & humidum in ſecundo occultum & mirabilem habet reſolutionem.
ROSA FLOS eſt temperata frigida declinans ad ſiccitatem cum conforratione.
Rubus arbuſtus frigidus & ſiccus ſtipticus & manifeſte conſolidationis.
Rubea herba ca.& ſic.circa tertium cum abſterſione.
Raphanus radix triplex inuenitur & eſt calida & ſicca cum inciſione & abſterſione.
Rapa nota calida in ſecundo humida in primo maturatiua.

Realgar minerale est calidum & mortificatiuum.

SOLATRVM herba est multas habens species frigida & sicca vltra ſm gradum: & est repercussiuũ. Nihilominus resoluit apostemata calida & occulta. vt dicit Auicen. semen tamen eius est duũ: vt in octauo farmacorum.

Salix arbor frigida & sicca in secundo cum stipticitate moderata.

Siligo granum est frigidum & siccum temperate cum absterſione.

Sumac fructus frigidus in secundo. siccus in tertio cum stipticitate.

Semperuiua herba est frigida in tertio sicca in primo vel quasi: & ideo mediocriter repercutit.

Spica nardi species calida in primo: sicca in secundo.

Sticados flos est cum quadam caliditate in primo frigida & sicca in secundo: & est resolutiua.

Sal omnibus notum est calidum & siccum in secundo & vltra: habet enim abstergere stipticare.

Sulfur minerale calidum & siccum in tertio subtiliatiuum & attractiuum.

Squinantum est palea camelorum calidum & siccum & stipticum cum temperamento.

Saluia herba est calida & sicca in secundo cum leui stipticitate.

Sandalus arbor frigida & sicca in secundo cum repercussione.

Spodium quid sit opiniones sunt frigidum in secundo siccum in tertio. & est consolidatiuum.

Scrophularia radix ẽ herba calida & sicca cũ resolutiõe.

Serapinũ gumma calida & sicca in secũdo & mollificat.

Squilla radix est calida & sicca in secũdo cũ attractiõe.

Stercus omne calidum & siccum ſm animal cuius est plus & minus & est attractiuum.

Sepum est calidum & temperatum ſm animal cuius est plus & minus cum maturatione.

Sarcocolla gumma calida in secundo sicca in primo & incarnatiua: & secundum alios est matrissilue.

Sanguis draconis ſuccus eſt herbe cuiuſdam temperatus in actiuis ſiccus in ſecundo & eſt conſolidatiuus & conſtrictiuus

Sanguis animalium eſt ſm naturam animalium.

Scoria nota eſt deſiccat valde & conſolidat.

Sapo notus eſt calidus & aduſtiuus.

Spongia maris nota eſt calida in primo ſicca in ſecundo & eſt ſiccatiua & conſumptiua.

Spuma maris nota eſt calida in primo & ſicca in tertio abſterſiua.

Sinapis ſemen calidum & ſiccum vſq; ad quartum & eſt attractiuum.

Staſiſagria ſemen calidum & ſiccum in tertio attractiuum.

Scabioſa herba eſt calida & ſicca in ſecundo regeneratiua.

Storax gumma calida in primo ſicca & humida cum tēperamento & ideo mollificat & confortat.

Simiſſomis que eſt cardo benedictus herba eſt infrigidatiua & mediocriter dyaforetica.ſexto ſimplicium & cum hoc maturatiua.

Sambucus arbor eſt calidus in ſecundo ſiccus in primo: & ideo reſolutiuum eſt.

Siſamum granum eſt calidum & humidum in primo mollificat.

THVS gumma eſt calida in ſecundo: ſicca in primo carnis generatiua & conſolidatiua.

Terebentina gumma calida & ſicca mundificatiua.

Terra ſigillata nota eſt frigida & ſicca conſolidatiua.

Thucia fumus mineralium frigida in primo ſicca in ſecundo oculorum confortatiua.

Tartarū fex vini deſiccata calida & ſicca in tertio cū abſterſione.

Tanacetum herba eſt calida & ſicca cū cōſolidatione.

Tapſia herba calida eſt & aduſtiua in tertio.

Tapſus barbaſſus herba eſt cum temperamento deſiccatiua & ſedatiua.

Tormentilla radix eſt calida & ſicca.contra fiſtulas eſt

bona.

VINVM notum est calidum & siccum & humidum iuxta eius etatem & maturat & consolidat.

Vua passa racemi sunt calida & humida cum mollificatione.

Viola flos frigida & humida in primo & soporatiua.

Vmbilicus veneris herba frigida & humida in tertio.

Verbena herba frigida & sicca cum resolutione & sedatione.

Vrtica herba est calida & sicca: non multum tamen: mordicatione enim sua prouenit a subtilitate.

Virga pastoris herba est frigida in tertio & sicca temperata: & ideo constringit & consolidat.

Vrina nota est calida & sicca cum abstersione & adustione.

Vernix gumma calida & sicca in secundo incarnatiua & abstersiua.

Vermes terrestres noti sunt calidi & subtiliatiui & neruorum consolidatiui.x.medicinarum.

Vsnea quercina que est mossa alba est calida & sicca cũ temperamento & confortat.

Verdetum calidum & siccum cum corrosione.

Vitrum calidum in primo siccum in secũdo ꝭm aliquos ponitur frigidum in primo cum absterſione.

Vitriolum calidum & siccum in tertio minerale cum stipticitate & corrosione.

Vzifur qui est ru. calidus & siccus in secundo cum stipticitate.

DOCTRINA II. de antidotis particularibus & appropriatis membris: & habebit octo capitula.

¶ De auxiliꝭs propriꝭs capitis & partium eius Ca.j.

TEMPVS est iam transire ad medicinas proprias membrorum. nam vt dicit Gal. in quinto pharmacorum: quod ita sint proprie particule vni quod non iuuent aliam sed in multis vel maxime operando in ea a qua nuncupatione habent a capite vt moris est: incipiendo. ¶ Vulnera capitis habẽt auxilia quinto farmacorũ.

¶Prima est potio vulneratorum & est Theodorici & sociorũ: cuius.℞.cinamomi.ʒ.j.ʒʒ.ʒ.ß.galange granorũ paradisi cardamomi piperis longi & nigri gariofil.añ. ʒ.j.fiat puluis & cum mellis libr. ij. & vini puri.iij. fiat claretum.Et administretur quolibet die vnus gobelet⁹ per iij.dies cũ ʒ.j. istius pulueris.℞. pimpinelle betonice sanamunde valeriane radicis gentiane añ.piloselle quã tum de omnibus fiat puluis:& dicunt si eum retinet est bonum signum.Si vero ipsum euomat malum.

¶Secunda forma est mundificatiuum cerebri & panniculorum eius.℞.mellis ro.colati.ʒ.ij.olei rosᷓ.ʒ.j.misceantur & cum tentis & pannis imponantur. ¶Tertia forma est puluis capitalis incarnatiuus & confortatiuus:& est Gal.& magister Dinus eum laudat & Henricus.℞. radi.yreos aristo.ro.thuris mirrhe aloes sang.drag.farine orobi añ.fiat puluis.

¶Quarta forma est emplastrum de betonica & est parisiensium incarnat confortat & ossa eleuat mundificat & sanat.℞.cere resine añ.lib.ß.terebentine lib.j.succi betonice:succi plantaginis:succi apij añ.lib.j.coquatur cera & resina cum succis vsq͡ʒ ad consumptionem succorum: deinde ponatur terebẽtina & incorporet̃, coletur. & fiat emplastrum.

¶Quinta forma est emplastrum capitale magistri Anselmi de Ianua:& attrahit saniem & eleuat ossa & incarnat & sanat.Et magister Petrus dicebat quod probauit quod caput canis vulneratum vsq͡ʒ ad cerebrum curauit.℞.terebentine partes.ij.cere partem.j. resine partẽ ß.liquefiant ad ignem & colẽtur super acetum & dimittatur per diem & malaxetur bene cum aceto. Deinde secundo liquefiant & proijciantur supra succum istarũ herbarũ betonice ꝑtes.ij.verbene ꝑtẽ.j.& cũ illis succis & lacte mulieris diu malaxẽt & fiat empl̃m.forti⁹ est q͡ʒ primũ.¶Sexta forma ẽ ꝓpria ad eleuãdũ ossa si nõ pñt eleuari ꝑ predicta & fuit magistri Petri.℞.olei antiq ꝑtẽ j.cere sorditiei alueorũ añ.ꝑtẽ ß.euforbij quartã ꝑtẽ illi⁹ arist.ꝑtẽ tertiã illi⁹ lactis titimallli modicũ fiat vnguẽtũ & est probatũ.¶Consequẽter ꝓ tynea gratia collatiõis

ponatur vna forma: & est Gordonij. ℞. litargiri sulfuris viui calcis viue attramenti vitrioli auripigmenti fuliginis viridis eris ellebori albi et nigri aluminis gallarum añ. ℥. ß. argenti viui. ℥. j. picis cere & olei nucum añ. lib. ß. succi lapacij: succi fumiterre scabiose boraginis añ. q̄r. j. bullita cera pice & oleo cum succis vsq; ad consumptionem reliqua incorporentur: & fiat vnguentum diligenter. ¶ Item pro allopiada ad faciendum renasci pilos in cartholario magistri Petri. ℞. succi calcidarum. ℥. j. pulueris sanguisugarum adustarum lacerte viridis adu ste pulueris talparum apum combustarum solearum cō bustarum setarum porci combustarum viridis eris añ: ℥. j. mellis. quod sufficit ad incorporandum fiat vnguentū est enim probatum.

¶ De auxilijs morborum faciei & partium eius. Cap. ij.

ET PRIMO pro gutta rosacea est laudatum vnguentum citrinum totius communitatis in antidotario. ¶ Secundo ponitur gūmera ad albificandum & lauādum faciem: & est Ras. ℞. farine ciceris fabarum ordei amigdalarum excorti. dragaganti aña partem. j. seminis raphani partē ß. fiat puluis & distemperetur cum lacte & liniatur facies de nocte mane cū aqua furfaris lauet̄. ¶ Tertio ponitur aqua preciosa & est gallicana. ℞. tartari calcinati. lib. j. masticis. ℥. j. pistentur cum albumine ouorū ponant̄ in alembico & fiat aqua: est em̄ preciosa. ¶ Lac virgineum ad decorandum & desiccandum pustulas virulentas pānos & lentigines delendum sic fit. ℞ litargiri subtiliter puluerizati. ℥. iij. aceti albi optimi li. ß. misceantur simul bene & dimittantur residere & distillando cum petia triangulata filtri. vel cnm sacculo suscipiatur aqua: deinde illa aqua misceatur cum aqua salis facta c. ℥. j. salis bene puluerisati & lib. ß. aque pluuialis vel fontane & misceant ambe aquæ & colando de albabuntur ad modum lactis. Et fricetur locus infectus cum tali lacte & miraberis. Multi enim per se bulliunt lithargirum cum aceto. Alij vero addunt mo-

dicum de cerusa. Nonnulli loco sal comunis ponunt sal gemma. alij spumam nitri. aliqui alumen.
¶ Consequenter pro oculis ponuntur auxilia.
¶ Primo ponitur aqua magistri Petri de hispania q clarificat & cōfortat visum. ℞. feniculi ruthe celidonie verbene eufragie clarete ros. aut aque eius an. conquassentur & temperentur per diem naturalem in vino albo: deinde ponatur in alembico & fiat aqua. ¶ Secundo ponitur collirium album p colore oculorum & est Gale. ℞. cerufe lote. ʒ. viij. sarcocolle. ʒ. iij. amigdala. ʒ. ij. draga. ʒ. j. opij. ʒ. ß. puluerizentur valde subtiliter omnia: et cum aq pluuiali molliantur super tegulam & fiant sief parui distemperentur cum lacte mulieris: aut aqua ros. & administrentur. ¶ Tertio ponitur collirium de thucia & est montispessul. in fine obtalmie resoluens & desiccans humiditates extraneas oculorum. ℞. thucie preparate lapidis calaminaris an. ℥. ß. gariosi. xv. numero faui cum melle. ℥. j. puluerisanda puluerisentur subtilissime: & ponantur omnia in duabus. ℥. vini albi. & aque ro. quar. ß. camphore. ʒ. j. colentur subtiliter. & fiat collirium. ¶ Quarto ponitur puluis magistri Arnal. desiccans lachrymas & rectificans roborem & fuit p papa Ioanne. ℞. tucie preparate. ℥. j. antimonij. ℥. ß. magaritarum. ʒ. ij. florum corallii ru. ʒ. j. & ß. serici crudi proprie de folliculo vermis minuti incisi. ʒ. ß. fiat puluis subtilissimus & seruetur in pixide erea. ¶ Quinto ponitur puluis Beneuenuti. & est melius pro omnibus maculis. ℞. zuccari candi. ℥. j. tucie preparate. ℥. ß. puluerizentur & cum aqua ros. pistētur: & in pelui spergantur & inuersetur peluis super fumum ligni aloes & thuris & exsiccetur & puluerizetur subtiliter & fiat puluis & seruetur in pixide erea & ponatur in oculis cum stilo argenteo. ¶ Sexto ponitur collirium p rubore & lachrymis & est de domo. ℞. tucie. preparate ℥. j. aloes succotrini. ℥. ß. camphore. ʒ. j. aqua ros. lib. j. & ß. vini granatorum lib. ß. puluerizentur puluerizanda & misceantur cum alijs & calefiant super carbones modicos modica bullitione coletur & seruetur. ¶ In naribus quando aduenit fluxus sanguinis narium dicta sunt au=

xilia. ❡ In vlceribus specialiter pro polipo commendatur a magistro Petro de bonanto tenta de radice arbori tēparata cum oleo de iunipero in quo resoluta fit, scamonea. ❡ In auribus dolor sedatur imponendo lac mulieris: vt dicit Ga. aut oleum roſ. cum modico opij aut collirium album. Vlcera autem mundificantur lauando cum mellero. & imponendo collirium factum cum croco ferri aut spuma eiusdem cum melle: vt dicit G. Aut secundum magistrum Petrum. ℞. nitri carda. añ. ℥. ß. cari carum mundatarum. ℥. ß. decoquantur in succo ruthe & vna gutta in aure distilletur: saniem enim educit & carnem superfluam destruit & sanat. ❡ In dentibus dolor sedatur ſm hebē Meſ. tenendo in ore acetum decoctionis piretri aut herbam cornu cerui in azaram probatā. ❡ Nigredo autem lauatur & fuit probatum in comite Altisiodoreñ. ℞. saſ armoniaci salis gēme añ. quar. j. aluminis quar. ß. puluerizentur & ponantur in alembico & fiat aqua. Calefactiones & cancrene gingiuarum corriguntur cum aqua caprifolij aut plantaginis aluminata. Vel cum isto lauamento. est enim Dini. ℞. roſ. ℥. j. lentiū sumach añ. quar. j. balaustiarum quar. ß. conquassentur & bulliantur in aqua & aceto colētur & fiat lauamētū.

❡ De auxilijs morborum colli Cap. iij.

ET LICET vulnera colli habeant auxilia communia alijs. Nihilominus habent aliquas dispositiones que gratia manifeste doctrine tangentur hic. ❡ Botium colli habet duas formas auxiliorum. ❡ Prima est puluis magistri Dini quod ℞. scrophularie. ℥. ꝛ. ʒʒ. ʒ. j. brionie piretri serpilli matrisilue oliuarum salgēme ossis sepie spongie combuste añ ʒ. ij. gariofilorum piperis cinamomi añ. ʒ. j. fiat puluis in quo sit modicū de alumine. ❡ Secunda forma est emplastrare locum cum dyaquilone yreato aut cum emplastro de stercore caprino aut cum vnguento apostematū phlegmaticorū dicto in apostematibus &c.

❡ De auxilijs humerorum & dorsi Cap. iiij.

PRO dolore humerorum & spatularũ habeatur vnguētum mixtum de marciato et aggripa. ¶ Pro gibbositate laudat Aui. emplastrum de achoro. ℞. achori enule campane saluie añ. quar. j. bdellij quar. ß. castorei. ℥. j. coquantur cum vino & oleo vsq; ad consumptionem vini & de oleo cum cera fiat vnguētum. ¶ Cyragra manuum curatur vt apostemata phlegmatica spāle in ea est emplastrum montipři de caulibus rubeis coctis cum lixiuio cinerum clauellatorum & parum aceti & modicum salis pistati.

¶ De auxilijs pectoris Capi. v.

QVORVM primum est potio resoluens & cōsumens omnem materiam existētem interius & eam per sudorem expellens & fuit magistri Americi & vocatur sudatoriũ. ℞. caude equine terrestris M. j. radicis os mũde quar. j. radi. dragōtee quar. ß. coquantur cũ vino & melle colentur & gobeletus administret eunti dormitum & sudabit. ¶ Secunda est alia potio cōmunis ad omnia vulnera intrinseca: & fuit Ga. ℞. cētauree costi nepite gariofilate pimpinelle summitatum canabis teneritatum caulium tenaceti rubee pentafilō auri añ. coquantur cum vino & melle & administretur gobeletus vt supra: facit exire saniem per vulnus & prouocat vrinam si retinetur. Si vero euomitur non est species curationis vt dicit vulgus

¶ De auxilijs ventris Cap. vj.

ETSVNT primo pro torsionibus laudatur lana succida infusionis vini decoctionis cimini. ¶ Secũdo pro offensionibus & casibus laudatur potio cōmunis & est Aui. & Raß. ℞. mũmie boliarmenie terre sigillate añ. ℥. j. fiat puluis administretur. ʒ. j. cum. ℥. j. aque plantaginis. ¶ Tertio laudantur potiones pectoris pro resoluendo materiam interius congregatam. ¶ Quarto ab extra possunt fieri emplastra in concussionibus formata in hydropisi est optimum prouocare vrinam. Et ideo iuxta doctrinā. G. magister Americus accipiebat grillos aut cantarides mi-

gras: & ablatis capitibus & alis cōburebat infurno & faciebat puluerem de quo de sero administrabat vnum granum & faciebat mingere tantum quod tñ liberabātur multi ab hydrope sua. ¶ In dolore renum & vesicce vidi administrare vnam quar. lixiuij cinerum truncorū fabarum & faciebat mirabilia prouocando vrinam & mundificando vias vrinales saniem & harenulas expellendo & menstrua prouocando. Rabi etiam moyses pro vlceribus renum & vesicce appropriauit aquam distillatam seri lactis caprini sub hac forma. ℞. seri lactis caprini picherios. ii. iuiube sebestem añ. ℥. j. boli ar. ℥. ß. quatuor seminum frigidorum mundatorū añ. ʒ. iiij. seminis portulace: seminis papaueris albi. seminis citoniorū añ. ℥. ij. conquassentur & distillando fiat aqua. Aui. aūt concedit in dyabete aquam seri lactis ouini. ¶ Ego autē pro domino cardinali Tutelleñ. addebam de herba caude equine plātaginis ro. seminis maluauisci & alkekēgi atq; liquiritiam & glandiū cupulas & troci alkekengi. & iniectio lactis cum collirijs scitis.

¶ Et emplastrum ad rupturam inter duas rupturas laudatur. Pro lapide remedia sunt dicta multa famosa.

¶ De auxilijs verendorum & partium eius Ca. vij.

INPRIMIS dolor virge sedatur cum mica panis pistata cum vitellis ouorū & oleo papaueris. ¶ Vlcera virge lauētur cū aqua aluminis & emplastrentur cum vnguento populeon aut inungātur cum vnguento albo aut oleo cum albuminibus ouorum. Et puluis plumbi vsti & ceruse & aloen est pretiosus. ¶ Inflatio testiculorum corrigitur cum empľo de maluis & farina fabarum & cimino bullitis cū aqua. Ruptura h; tria auxilia. ¶ Primū est electuariū qd ℞. cōserue cōsolide maioris li. ß. cōserue ro. quar. ß. pulueris dragagāti frīdi. ℥. j. pulueris dyacimini. ʒ. ß. radicis valeriane semis nasturtij boli ar. lapidis sanguīarij añ. ij. panis zuccarij. li. j. fiat electuarium cū aqua ferrata. Secunda forma est empľm de pelle arietina; & est cōitatis. ℞. picis naualis colophonie

añ.ʒ.iij.lithargiri armoniaci oppoponacis galbani bdelij masticis serapini terebentine sumac radicis consolide ma.& mi.añ.ʒ.j.visci quercini emathitis thuris gipsi mirrhe aloen mũmie boli armenici san.dra. aristologie vermium terrestrium añ.ʒ.ß.sang.humani ʒ.ij. conficiãtur cum pelle arietina cocta cum aqua pluuiali vsq; ad dissolutionem. ¶Tertia forma est Bruni & mea.quod ℞.nucis cipressi acatiæ gallarum balaustiarum añ.ʒ.v. draganti mirrhe sarcocolle thuris gummi arabi. añ.ʒ.iij.sang.dra.boli ar.mũmie aloẽ aluminis añ.ʒ.ij.fiat puluis subtilissimus & pastentur cum aceto & fiat emplastrum est enim expertum & probatum. ¶In emorroydibus est aptissimum sedare dolorem suffumigatione decoctionis tassibarbassi camomille & melliloti: & ab intra ponere lichinia intincta cum vnguento facto de butyro ducto in mortario plumbi vsq; ad nigredinem. ¶Aut si dolor infestaret linimentum Alexandri probatum per me,quod ℞.croci mirrhe thuris litij añ.partem j opij partes.ij.terantur & conficiantur cum oleo ro.muscillagine psilij & vitello oui: & fiat linimentum. ¶Et ab extra cõmendatur a Rasi istud emplastrum.℞.camomille melliloti añ.quar.j.coquantur vsq; quod dissoluãtur vitellorum ouorum elixatorum quar.ß.farine fenugreci seminis lini radicis altee añ.ʒ.j.croci mirrhe aloen añ.ʒ.j.& ß.butyri quod sufficit fiat emplastrum.

¶De auxilijs coxarum & partium inferiorũ.c. viij.

MEMBRA inferiora multa habent auxilia.¶Quorum primum est ad deinflandum tibias coxas & pedes stuffentur & fomentẽtur cum aqua marina aut salsa decoctionis olerum sambuci tribulorum añ.partes.ij.calamenti origani absinthij paritarie añ.partem.j.deinde ponatur supra tumorem emplastrum tale.℞.furfuris partem.j.farine fabarum partem.j. stercoris columbi partem ß.puluerisentur & cum aceto & decoctione affodillorum & succo caulium ru,supra ignẽ incorporẽtur

& fiat emplastrum. ¶ Et hic est tempus iam hunc finire sermonem suppllicando illi qui in eo nauigando gubernauit anchoram: in celesti gloria attrahendo fideles collocet animas. quod mihi & omnibus legentibus concedere dignetur ipsemet deus benedictus: qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

¶ In nomine patris & filij & spiritussancti Amē. quas infirmitates curat aqua & balneum de porecta Cap. j.

AD INFIRMITATES omnes & singulas curandas quibus homines sepissime affliguntur. Aqua de porecta mirabiliter vз & proficit si debito modo sumatur & dieta ordinata post ipsius assumptionem seruetᷓ prout experientia ipsius aque manifeste declarat. & antiquorum hominum in loco vnde originem ipsa aqua recipit verax testimonium adest. ¶ Tollit namqз dicta aque recepta debilitatem cerebri: oculorum defectui subuenit: auditum aurium mirabiliter recuperat: fetorē narium remouet: dolentes caput liberat. Reuma catharicum & humiditatem in lingua existem aut palato consumit: humores in lingua congregatos expellit: raucitatem vocis clarificat: strictum pectus & anhelum grauē & difficilem aspirationem habentes liberat manifeste. Appetitum perditum recuperat. spuentes sanguinem rectificat & sanat. Stomacho bene digerenti iuuamentū salubre prestat: vermes in corpore existentes necat & interficit: ranas & animalia venenosa casu per os intrātia & in stomacho longo tempore nutrita occidit: epar & splenem oppilatum liberat: colorem vigorosum adducit croceum tollendo.

¶ Intestina fece corrupta lauat & humiditatem expellit: ilium dolorem tollit & eius causam remouet: & renum lapsitudinem ac ipsorum dolorem curat & rectificat: arenulas in vesicca aggregatas expellit: mingere nō valentibus sine dolore subuenit: dolorem iuncturarum & podagras nō antiquatas tollit & expellit, antiquatis

iuuamentum prestat:tremori neruorum & paralitico affert iuuamentum. scabieem irradicatã & antiquatã expellit subito:saniem in corpore dispersam consumit & educit. Dicunt antiqui homines de porecta experti quod ydropisim non confirmatam seu antiquatam liberat:sed difficiliori modo:nam oportet quod predicta aqua diebus.xxx.interpolatim assumatur cum prouida dieta. confirmatam autem ydropisim prefata aqua per longum tempus sumpta sanat & interficit:equos etiam bulsos liberat si per duos menses ipsius aque potatio fiat mulieribus grauidis que appetitum perdunt proficit nec partui nocumẽtum affert sed iuuat & firmat qd mirabile ab omnibus reputatur:extenuatos & macros impinguat:febrem tertianam seu quartanam aut antiquam efficialiter sanat.

¶ In quo loco aqua & balneum de porecta est positum Cap.ij.

AQVA de porecta recipit ortum de duob⁹ montibus lastrosis & lapideis positis in comitatu Bononie longe ab ipsa ciuitate per miliaria.xxxiiij. Inter alpes florẽtie & pistorij versus meridiem in medio quorum montium quidam riuulus satis amplus profluit. Ex vtroq; monte dicta aqua manat per duo canalia & aqueduct⁹. Prefata aqua in duobus balneis in dicto loco positis recluditur & continuo per ipsa balnea fluit situatis in mõte sinistro versus partem magis orientalem & in sinistro latere vnus ex riuis coloris est clari pisciculi qua si rubei in ea manent eius sapor parum sulfureus & salitus existit temperate calida & quasi viscosa. Sumpta nullos dolores in ventre facit aut torsiones noxias modicum debilitat. Hec aqua longe delata in vasis ligneis solet aliquando in dictis infirmitatibus iuuamen afferre:sed tamen raro:quia tante virtutis non est quante in loco originis assumpta & faciliter perdit saporem suum originalem:citoq; corrumpitur.

¶ Quo ordine aqua & balneum de porecta est vtenda Cap. iij.

ASSVMENDA est aqua de porecta vt efficaciter prosit & valeat ordine isto. Nã citra medium mensem maij & in mensibus iunij & iulij & per totum mensem augusti si calor moderatus & temperatus & vniforme tempus existat. Mense tamen augusti salubrius confert sumpta. Est autem ad locum predictum de porecta accedendum. Cum igitur ad locum predictum aduenerit subito aquam per potum non sumat. Sed saltem per diem vnum in loco p̃dicto pausam faciat: quia nouum aerem intrat: & vt persona fatigata ex itinere fortificetur. Demum balneum predictum & lapideum intret ante potationem dicte aque & moram faciat in eo per horam vel vsquequo summitates digitorum manuum increspentur: deinde extra & bene fricatus pauset. hora vero prandij & cene ea die leuiter comedat: die vero sequenti de mane in solis ortu accedat ad ipsius aque profluentis aqueductum & incipiat bibere aquã predictam vsq; ad duos vel tres vrceos: & statim post ipsum potum parum & moderatum faciat exercitium successiue alios duos vrceos aque predicte bibat: & post ipsum potum etiam ambulet & totiens aquam per potum assumat paulatim & non impetuose: sed quodammodo ad delectationem quoadusq; ipsa aqua corpus egrediatur superius per os: aut per virgam aut per partem posteriorem: & tantum de prefata aqua bibat quod ipsam emittat p alium ex locis nominatis claram & apertam: prout & sicut aquam ipsam ab aquæductu sumpta per os recepit & assumpsit cuius aque emisse claritatem cum vase vitreo inspicere potest. Aqua igitur clara emissa post spatium aliquantulum & pausam factam intret balneum: & ibidem moram faciat: vt superius est expressum. Ipsum enim balneum non debilitat: sed humores in toto corpore dispersos maturat & disponit ad exitum: fugiat balnea in tinis & vasis ligneis artificialiter per mulieres calefacta. ¶ Nam

aqua prefata modicum alterata suam non prebet virtutem mora competenter facta in balneo predicto ipsum egrediatur & pauset in lecto vel in pãnis iacendo vt virtus fatigata aliqualiter recreetur: deinde accedat ad aq̃ ductum predictum & aquam predictam per potum iterum assumat donec emittat clarã & lucidã prout & sicut clara est assumpta de aqueductu. Nõ enim impetuose & in magna quantitate ac violentia ipsa aqua est assumenda prout quasi omnes assumentes minus perite & inaduertenter faciunt: nam ipsa sine ordine premisso cũ impetu assumpta non ita leuat nec curat: quia nimis vno impetu assumpta in corpore nullam moram faciat. Nec humores perfecte maturat vel disponit.

¶ De hora & modo comestionis tempore assumptionis aque de porecta Cap. iiij.

AQVA ASSVMPTA a balneo p̱ ordinem antedictum aliqualiter pauset in lecto vel in pannis: nullo modo dormiendo quia perniciosum existeret: demũ comedat prandium cibum leuem vt pullos paruulos vsq; ad vltimam decoctionem coctos & elixatos masticet bolum nec rapiendo cibum assumat: quia ipsa aqua acutam famẽ adducit. Et in dicto prandio & in alijs prãdijs medium pullum tantummodo comedat & non vltra. Et in brodio pullorum panẽ balneet vt stomachus faciliori modo digestionem faciat & compleat vinum sine immixtione alicuius aq̃ moderate assumat vice qualibet qua potat comedendo non vltra medium cyathũ vini assumat. Nam melius est vices in potando iterare q̃ multum vna vice bibere. Post prandium vt dictum est nullo modo dormiat. Sed in solatijs stet cum socijs loquendo: non tamen se fatiget corporaliter laborando: nullo modo die potationis aq̃ tenet: sed si hora cene stomachus digestionem fecerit & nimiũ famelicus existeret duo vitella ouorum recentiũ albumine reiecto bibat & assumat cum modica potatione vini & non limphati. Et si oua abhorreat faciat vipam in vino & ipsam comedat: demũ lectũ intret & dormiat & nocte pauset: die

vero

vero sequẽti aquã prefatã non bib a t:sed tota die quiescat propter nimiam agitationem humorum die precedenti factam. Ipsa vero die pausationis añ horã tertiarũ & prandium assumptum: & etiam in vesperis digõne completa intret ea die bis balneum antedictũ: & in eo stet per horam & vsquequo summitates digitorum manuum increspentur: vt est premissum. Et ea die pausationis prandeat: & etiam cenet pullos elixatos tm̃ comedẽdo & temperate: vt superius est expressum Nec aquam prefatam eo die per os assumat vel bibat: sed balneo eo die vtatur bis vt dictũ est. Nam ipsum balneum humores in corpore exñtes disponit ad exitũ & maturos reddit. die vero sequẽti de mane in ortu solis ad aqueductũ accedat superius nominatũ. Et aquam per os bibẽdo sumat donec eam clarificet & comedat iuxta ordinẽ prenominatũ in die prima potationis. Et sic tribus diebus dictam aquã bibat & assumat: interpolatim tñ vt vna die bibat dictã aquam & altera quiescat: ita ꝙ inter vnã diem potationis & alteram diem quietis interponat. Et si infirmitas illius qui ad aquã ꝑdictam & balnea accesserit nimis fuisset longa & antiqua tũc pluribus diebus esset ꝑfara aqua assumẽda videlicet diebus sex: interpolatim tñ & nõ successiue diẽ vnam quietis interponendo inter vnã diem potationis & aliam vna die quiescendo & alia die aque potatione vtẽdo: die tamen quietis bis in die balneando vtatur: & alia die faciat prout superius est expressum.

¶ De obseruatione & dieta facienda post assumptionem aque de porecta Cap. v.

DEBET qui aquam de porecta assumpsit dũ a balneo recedit & repatriat die quolibet equitare modicũ: aut pedes ambulare. Nec exinde cũ recedit in itinerãdo se fatigare: sed plane & moderate incedat & prãdiũ faciat hora tertiarum: nec differat: quia stomachus debilitatur nimiã morã faciendo in assumẽdo cibũ comedat bene masticãdo in prandio & cena: vt est ꝑmissum in proxima rubrica. Vinum quod in eius comestione assumit sit album & non dulce

ſtomacho bibentis conforme nullo modo aquam cū eo miſceat. Et ſi vinum eſſet fumoſum aut potens bucellā panis in cyatho teneat q̄ vapores vini reprimat. elapſis octo diebus vtatˢ vino conſueto. Abſtineat a dormitiōe diurna ſaltem vſq; ad octo dies. In meridie ſi famē pati tur aut ſitim duo tm̄ vitella ouorum recentium albumi ne reiecto: vel vipā bene balneatā & mollem comedat. Prādio aſſumpto morā faciat anteq̄ quieſcat vt cibus ad fundum ſtomachi deſcendat. Et cū itinerat nullo mo do faciat dormitionem. Cenam faciat leuem comeden do & bibendo vt eſt premiſſum. Cibo pullorum elixato rum vtatur: aliquando tamen elapſis quindecim diebus vti pōt carnibus caſtratiuis bene elixatis: brodio pullo rum vtatur in quo panem in prandio & cena mollificet vt ſtomachus faciliori modo digerat. Omni die parum exercitij faciat. Et cum delectatione manus lauet cū vi no non immiſcēdo aquam: abſtineat ab omnibus ciba rijs niſi a prenominatis vt pullis & carnibus caſtratiuis bene coctis & elixatis & non frictis & aſſatis. Summe caueat a fructibus quibuſcunq;: necnon ab aceto: & acu tis vt alijs & cepis caſeo & paſta caulibus & herbis & leguminibus vuis & ficubus & agreſto. Coitum fugiat tanq̄ rem peſtiferam & mortem infallibiliter inferen tem: ſaltem ab ipſo abſtineat vſq; ad menſem ſi perſo na ſit robuſta & fortis complexionis. Si debilis longio ri tempore abſtineat dieta prenotata vtatur ſaltem per dies. xx. aut. xxx. Calidus pannis maneat. Moderate ta men a frigore et vento diligenter ſe cuſtodiat. Predicta aqua de porecta tribus annis elapſis a prima aſſumptio ne eſt reiterāda. Qua potata vt p̄mittiˢ et reiterata vitā ſine anxietate longā p̄ſtat & ſalubrē. Illius gratia inter cedat q̄ benedictus eſt per oīa ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Recepta aque balnei de porecta edita per egregium militem ac legum doctorem & magiſtrum artium me dicine doctorem dominum Thuram de caſtello Bono. ciuem feliciter explicit.

¶ Incipit index.

INDEX.

TABVLA CHYRVRGIAE

Guidonis de cauliaco.

Procemium. char.2.

Capitulum singulare in quo premittuntur quedam val de necessaria cuicunque volenti proficere in arte chyrurgie. char.2.

TRACTATVS PRIMVS.

¶Doctrina prima.

De anathomia & natura membrorum vniuersaliter. cap.1. char.16.

De anathomia cutis & pinguedinis carnis atque musculorum.cap.2. char.18.

De anathomia neruorum ligamentorum & chordarū. cap.3. char.19.

De anathomia venarum & arteriarum.ca.4.char. 20.

De anathomia ossium cartilaginum vnguium & pilorum.cap.5. char.20.

¶Doctrina secunda de anathomia membrorum compositorum & propriorum. char.[illegible]

De anathomia olle capitis & partium eius capitulo 1. char. 21.

De anathomia faciei & partium eius.cap.2.char. 23.

De anathomia colli & partium dorsi. cap.3.char. 25.

De anathomia homoplatis & brachiorum seu manuū magnarum. & partium eius capitulo quarto charta 27.

De anathomia pectoris & partium eius.ca.5. char.29.

De anathomia ventris & partium eius capi. 6.char.30.

De anathomia ancharum & partiū eius cap.7.char.34.

De anathomia tybiarum seu magnorum pedum. capit. 8.char. 37.

TRACTATVS SECVNDVS.

¶Doctrina prima de apostematibus pustulis & exituris a notificatione incipiendo vniuersaliter. capit.1. char. 38.

De flegmone vero & apostematibus sanguineis notificatio.cap.2. char.44.

De herisipilla & apostematibus cholericis.

cap.3.char.51.
De formicis herpetibus & pustulis malis cholericis. char. 52.
De vndimia & apostematibus phlegmaticis.capitu.4. char. 54.
Capitulum adminiculatiuum de apostemate ventoso. char. 56.
Capitulum adminiculatiuum de apostemate aquoso. char. 56.
Capitulum adminiculatium de nodis glandulis scrophulis & omnibus excrescentijs phlegmaticis. charta 58.
De sephyros siue sclirosi vel scliros & apostematibus melencholicis.cap.5.char. 61.
Capitulum adminiculatiuum de sclirosi & apostemate melencholico ex melencholia innaturali per congelationem & indurationem phlegmonis generato. char. 63.
Capitulum adminiculatiuum de apostemate cancroso. char. 64.
¶ Doctrina secũda de apostematibus & exituris pustulis, prout insunt membris compositis.char. 65.
De his que insunt capiti vt sunt apostemata & aqua in capitibus puerorum.cap.1.char. 65.
Curatio aque in capitibus puerorum.char. 29.
De apostematibus faciei & membrorum eius. capit. 2. char. 66.
De obtalmia apostematibus & exituris & sanie retro corneam & de doloribus oculorum.char. 66.
De dolore oculorum. char.68.
De sanie retro corneam. char.69.
De bothoribus & vesiccis. char.69.
De apostematibus aurium. char.69.
De apostematibus colli & dorsi.cap.3. char. 71.
De squinantia. char.71.
De botio. char.74.
De apostematibus dorsi. char.74.
De apostematibus homoplatis & brachiorum capi.4.

char. 76.
De apostematibus post flebothomiam.char. 75.
De apostematibus digitorum fistulosorum car. 76.
De apostematibus pectoris.cap.5. char.77.
Transgressio de mortalitate. char.77.
De apostemate fugilico & indurato in emunctorijs.
char. 79.
De apostematibus mamillarum. char.79.
De coagulatione lactis. char.80.
De apostematibus parietum pectoris. char.80.
De apostematibus ventris. cap.6.char. 81.
De duritie stomachi. char.81.
De duritie epatis. char.81.
De duritie splenis. char.81.
De hidropisi. char.81.
De apostematibus ancharum & partium eius. capi. 7.
char. 84.
De hernia humorali. char.84
De hernia aquosa & ventosa. char.84
De heruia carnosa & varicosa. char 85.
De apostematibus virge & vulue. char.86.
De apostematibus ani. char.86.
De apostematibus coxarum & tybiarum siue pedum.
magnorum. cap.8.char.86.
De elefantia varicibus & vena meden char.86.
TRACTATVS TERTIVS de vulneribus.
char. 88.
¶ Doctrina prima de vulneribus & solutionibus continuitatis vniuersaliter.cap.1. char.88.
De prima intẽtione que est remouere extranea.char.93.
De ingenio extractionis sagittarum & aliorum infixorum.char. 93.
De secunda intentione que est remouere partes distantes. char.94.
De tertia intentione que est conseruare in vnum partes replasmatas. char.9 .
De modo & qualitate ligandi. char.9 .
De modo & qualitate suendi. char.95.

De modo & qualitate plumaceolorum. char.96.
De modo & qualitate tentarũ & lichiniorum char. 97.
De emplastratione. char.97.
De flebothomia & euacuatione. char.97.
De ventre char.97.
De potionibus. char.97.
De dieta vulneratorum. char.97.
De quinta intentione. char.98.
De dolore. char.98.
De apostemate. char.98.
De discrasia. char.98.
De febre. char.98.
De spasmo. char.99.
De paralisi. char.100.
De sincopi. char.101.
De alienatione. char.102.
De vulnere sacro in carne.cap.ij. char.102.
De incisione & vulnere simplici paruo sine perditione substantie. char.103.
De incisione vulnere magno superficiali & non profundo.char. 103.
De vulnere profundo & occulto. char.104.
De vulnere concauo cum deperditione carnis. charta 105.
De vulnere cum cutis deperditione. char.106.
De cicatricibus reparandis. char.106.
De vulnere in quo est caro superflua. char.106.
De vulnere cõtuso & ab aere alterato doloroso & apostemoso. char.106.
De vulnere morsiuo & venenoso. char.107.
De vulnere & fluxu sanguinis venarum & arteriarum cap.3. char.108.
De cura vulnerum, venarum. char.111.
De vulneribus neruorum chordarum & ligamentorũ. cap.4. char.111.
Curatio neruosarum particularum. char.112.
De punctura neruorum. char.112.
De incisione neruorum. char.113.

De neruo denudato. char.114.
De attritione & conquassatione neruorum. char.115.
De vulneribus ossium & cartilaginum.capi.5.char.115.
¶ Doctrina secunda de spāli cura vulnerum. char.116.
De vulneribus capitis. cap.1.char.117.
Signa incisionis cerebri. char.118.
Signa apostematis superuenientis. char.118.
De vulnere capitis facto per incisionem absq; cranei fractura. char.121.
De vulnere capitis facto per incisionem cum cranei fractura non penetrante. char.121.
De vulnere facto cum incisione cum fractura cranei sine deperditione substantie vsq; ad interiorem superficiem penetrante. char.122.
De vulnere cū cōtusiōe & puafractura ossis. char. 122.
De vulnere cū cōtusione absq; fractura cranei.char.122.
De vulnere cū contusione & parua fractura. char.122.
De cōtusione cum fractura magna. char.123.
De correctione accidentium. char.124.
De medicinis capitalibus fit sermo. char.125.
De instrumentis cum quibus fit operatio. char.125.
De vulneribus faciei & partiū eius.capi.2. char.125.
Primo de vulneribus oculorum. char.126.
De intrantibus in oculo. char.126.
Ad tarfen ex sanguine qui intra oculum euenit propter vulnera & percussiones. char.126.
De vulneribus palpebrarum. char.126.
De vulneribus nasi. char.127.
De ligatura nasi. char.127.
De vulneribus aurium & labiorum. char.127.
De vulneribus colli & partium eius.cap.3. char.128.
Pronosticatio. char.128.
De vulneribus homoplatis & brachiorum.capitu.4. charta 128.
Pronosticatio. char.128.
Curatio. char.129.
De ligatura humeri. char.129.
De vulneribus thoracis & partium eius. cap.1.char.129.

De vulneribus ventris & partium eius.c.6.char. 132.
De vulneribus ancharum & partium eius.c.7.char.136.
De vulneribus coxarum tybiarum & pedum capitu. 8.char. 136.

TRACTATVS QVARTVS

De vlceribus. 136.
¶ Doctrina prima de vlceribus in vniuersali.capitu.1. char. 136.
Primo de vulnere discrasiato. char.141.
De vlcere doloroso. char.141.
De vlcere apostemoso. char.141.
De vlcere contuso. char.141.
De carne superflua in vlceribus. char.141.
De vlcere cũ duritie & tenebrositate labiorũ.char. 141.
De vlcere cum varicibus. char.141.
De vlcere cum osse corrupto. char.141.
De vlcere difficulter curabili cum proprietate nobis oc culta. char.142.
De vlceribus proprijs saniosis,& primo de vlcere viru lento & corrosiuo.cap.2. char.142.
De vlcere sordido & putrido. cap.3.char.144.
De vlcere profundo & cauernoso. ca.4.char.144.
De fistula. cap.5.char.146.
De cura palliatiua. char.148.
De cancro vlcerato. cap.6.char.148.
Signa & iudicia. char.149.
¶ Doctrina secunda de vlceribus. char.150.
De vlceribus capitis: vt est talparia & testitudinaria. capi.1. char.150.
De vlceribus faciei. cap.2.char.151.
¶ De nolime tangere. char.151.
De vlceribus & cancrositatibus vesicis ruptis & eleua tione vuee oculorum. char.151.
De ruptura comee & exitu vuee. char.152.
De fistula in lachrymali domestico iuxta nasum char. 153.
De vlceribus & polipo que fiunt in naso. char.154.
De fluxu sanguinis qui a naribus fluit. char.156.

De alcola & vlceribus oris. char.156.
De vlceribus aurium. char.157.
De vlceribus que in collo: & per consequens de his que in dorso. cap.3.char.158.
De vlceribus que sunt in homoplate & brachijs. capitu.4.char. 158.
De vlceribus que sunt in pectore. cap.5.char.158.
De vlceribus ventris. cap.6. char.158.
De vlceribus ancharum & partium eius.ca.7.char.158.
Curatio vlcerum virge & colli matricis. char.159.
Curatio vlcerum emorroydarum. char.160.
Signa & iudicia. char.160.
De ficu que fit in ano. char.163.
De fistulis que fiunt in ano. char.163.
De ragadijs. char.165.
De vlceribus coxarum tibiarum & pedis. c.8.char.165.

TRACTATVS QVINTVS.

¶ Doctrina prima de restauratione fracturarum.capitu.1.char. 165.
Signa & iudicia. char.166.
De speciali reductione fracture cranei ossis nasi mandibule ossium capitis & faciei. cap.2.char.170.
De fractura colli & spondilium dorsi. capi.3.char.170.
De fractura furcule & ossis spatule seu homoplatis.capitu.4.char. 170.
De fractura ossis adiutorij & brachij & totius manus. cap.5.char. 171.
De brachio & focilibus eius. char.171.
De raseta & digitis manus. char.171.
De fractura costarum & partium eius. cap.6.char.171.
De fractura ossis anche & coxe capi.7. char.172.
De coxa. char.172.
De fractura genu & tibiarum totiusque pedis.capitulo.8. charta, 173.
De tybia. char.173.
De calcaneo. char.173.
De raseta pedis. char.173.
De articulis digitorum. char.173.

❡Doctrina secunda de restauratione dislocationum. char. 173.
❡De dislocatione in vniuersali. capi.1.char.173.
Signa & iudicia. char.174.
De dislocatione mandibule. cap.2.char.175.
De dislocatione colli & spondilium dorsi. capitulo 3. charta 175.
De dislocatione humeri & partium homoplatis.cap.4. charta. 176.
De rotula. char.176.
De dislocatione cubiti. cap.5.char.177.
De regimine & cura. char.177.
De dislocatione rasete manus & digitorum .capitulo.6. charta 178.
De dislocatione scie aut coxe. capitu.7.charta.178.
De dislocatione genu & rotule pedis et partium eius. capitu.8. char.179.
De pede & digitis eius. char.179.

TRACTATVS SEXTVS.

De omnibus egritudinibus que non sunt proprie apostemata neq; vulnera:neq; ossiū passiones,pro qbus habetur recursus ad chyrurgicum. char.179.
❡Doctrina prima de gutta & dolore ac duritie iuncturarum. cap.1.char.179.
De dolore iuncturarum. char.185.
De duritie iuncturarum. char.186.
De lepra. cap.2.char.186.
De flebothomia. char.190.
De medicinis laxatiuis. char.190.
De caputpurgijs. char.191.
De stuffis & balneis fricatiōib9 & vnctionib9.char.191.
De administratione serpentum. char.191.
De cauterijs. char.192.
Vltimo est dicendum de correctione accidētiū.char.192.
De morphea serpigine scabie pruritu syronibus pedicu lis & alijs infectionibus cutis. capi.3.char .192.
De morphea, c har.192
De impetigine & serpigine & assap hati. char.194

INDEX.

De scabie & pruritu char. 195.
De pediculis & syoranib⁹ & suis cõsimilib⁹.char.196.
De extenuatione & ingrossatione corporum & membrorum.cap.4. char.197
De casu offensione & distẽsiõe & subuersiõe.char. 199.
De cõbustione aque vel rei ardentis cap.6.char. 201.
De porris & verucis atq; cornubus.cap.7.char. 201.
De membris superfluis amputandis & de corporibus mortuis seruãdis.cap.8. char.202.
Regimen digiti aut articuli superflui. char.203.
Regimen custodie corporum mortuorum. char.240.
¶ Doctrina secunda de ægritudiniuus que non sunt ꝓprie apostemata neq; vlcera: neq; ossiũ passiones pro q̃bus habetur recursus ad chyrurgicum. char.205.
De ægritudinibus capitis.cap.1. char.205.
De allopitia & caluitie atq; casu capillorũ.char. 207.
De canitie & pillorũ mutatione & tinctura.char. 210.
Secundũ cõpletur cũ ad colores appropriatis.char.210.
Facientia capillos flauos. char.211.
Prohibentia pilos renasci radicit⁹ euulsos.char. 211.
De dispositionibus faciei & partium eius in se continens quatuor partes. Pars prima de vniuersali faciei decoratione.cap.2. char.212.
Ad decorandum & faciẽdum colorem borũ.char. 212.
Ad variolas & ad cicatrices ipsarũ. char.213.
De gutta rosacea & pustulis que in facie. char. 214.
Pars secunda de ægritudinibus oculorum que superius non sunt tractate. char.215.
De eminẽtia seu ingrossatione totius oculi:& de ei⁹ opposita macilentia & diminutione. char.217.
D strabositate oculorum. char. 218.
De casu & relaxatione palpebrarum. char.219.
De abbreuiatione & reuersatiõe palpebrarũ.char.220.
De inuiscatione palpebrarum. char.220.
De pilis additis infra oculum inuersis. char.220.
De casu pilorum albedine & pediculis. char.221.
De duritie lupia ordeolo grauedine. tulac & xeruac. char. 221.

De mora & veruca palpebrarum. char,222.
De ægritudinibus coniunctiue que 13. numerantur: & primo de vngula. char.222.
De sebel. char.223.
De ægritudinibus cornee que decem numerantur, & primo agetur de maculis. char.224.
De catharactis & gutta serena. char.226.
De ægritudinibus aliarum partium intrinsecarum oculi ex quibus prouenit debilitatio & nocumentum in visu,char. 230.
Pars tertia de ægritudinibus aurium. char.231.
De apostemate & vlcere. char.232.
De surditate propter sorditiem. char.233.
De aqua ingressa in aurem. char.233.
De lapillo vel nucleo vel bestiola & quocunq; ingrediente aurem. char.233.
De pāniculo veruca seu carne aurem oppilāte,char. 233.
Pars quarta de ægritudinibus aurium. char.233.
De oppilatione in cathesim. char.234.
De fetore anhelitus. char.234.
Pars quinta de ægritudinib9 auris & piū eius,char.235.
De ægritudinibus linguæ. char.235.
De inflatione & magnificatione linguæ char.235.
De ranula & subcarnatione. char,236.
De spasmo & filo contrahente linguam. char.236.
De paralisi & balburie. char.236.
De passionibus dentium. char.237.
De dolore dentium. char.238.
De dente commoto & debilitate. char.240.
De putredine vermibus & corrosione ac perforatione dentium. char.240.
De limositate & feda coloratione dentiū. char.240.
De stupore & congelatione dentium. char.241.
De eradicatione dentium. char.241.
De passionibus labiorū gingiuarū gargariōis,char. 241.
Et primo de inflatione & casu vuule. char.241.
De inflatione & magnificatione amigd. char.242.
De eius medicina si aliquid impediens transglutiuerit.

char. 243.
De ægritudinibus colli: & gibbositate dorsi. char. 243.
De ægritudinibus homoplatis & brachiorũ. char. 244.
De vnguibus. char. 244.
De ægritudinibus pectoris & mammillarum. capitu. 5. char. 245.
De ægritudinibus parietis ventris. ca. 6. char. 245.
De ægritudinibus ancharum & partium procedentiũ ab eis. cap. 7. char. 246.
De ruptura didimali. char. 246.
De cura per chyrurgiam. char. 248.
De lapide in vesicca. char. 251.
De arte mingendi cum medicinis. char. 256.
De cura cum manuali operatione. char. 257.
De arte mingendi cum instrumentis. char. 257.
De incisione lapidis. char. 257.
De passionibus virge. & primo de infrigidatione & malefactione. char. 258.
De priapismo. char. 259.
De calefactione & feditate in virga propter decubitũ cum muliere fetida. char. 259.
De præputij clausura. char. 259.
Mollificatio ossei & elongatio eius. char. 259.
De hermafrodito. char. 259.
De passionibus matricis. char. 259.
De extractione fetus. char. 259.
De mola matricis. char. 260.
De exitu matricis & longaonis. char. 260.
De proprijs ægritudinibus coxarum & tybiarum & pedum. cap. 8. char. 261.
De dolore & mula que est in calcaneo. char. 292.
TRACTATVS SEPTIMVS qui antidotarium dicitur. char. 261.
De flebothomia ventosis & sanguissugis. ca. 1. char. 261.
De ventosis. char. 267.
De sanguisugis. char. 269.
De medicinis purgantibus humores, capitulo secundo. char. 269.

De vomitu. char.275.
De clisteribus. char.276.
De suppositorijs. char.276.
De cauterijs & formicis eorum cap.3. char.276.
De operationibus & artificio preparanndi antidota q̄ in arte competunt chyrurgie.cap.4. char.281.
De præparatione medicinarum simpliciū. char.282.
De mundificatione herbarum. char.282.
De lauatione olei. char.282.
De lauatione & dealbatione cere. char.282.
De lautione terebentine. char.282.
De lautione butyri. char.282.
De lautione calcis. char.282.
De lauatione & preparatiōe thuciæ & similiū. char.282.
De combustione cuperosæ & consimilium. char.283.
De preparatione medicinarum cōpositarū. char.283.
De oleis. char.283.
De vnguentis. char.283.
De emplastris. char.283.
De pultibus & cathaplasmatibus. char.284.
De embrocis & epitimatibus. char.284.
De alijs modis. char.284.
De antidotis localibus apostematum: & primo de medicinis repercussiuis & modo repcutiēdi.ca.5.cha.284.
De medicinis attractiuis & modo attrahendi.char. 285
De resolutione & modo resoluendi. char.286.
De mollificatione & modo mollificandi. char.287.
De maturatiuis & modo maturandi. char.28s.
De mundificatiuis & modo mūdificandi char.286.
De medicinis dolorum sedatiuis & ipsarum operationibus. char.290.
De antidotis localibus vulnerum.Et primo de medicinis constringētibus sanguinē.cap.6. char.292.
De medicinis incarnatiuis & modo incarnādi.char.292.
De medicinis regenerantibus carnē & modo operandi. char. 294.
De medicinis cicatrisatiuis & sigillatiuis modo & operationis ipsarum. char.295.

INDEX.

De medicinis corrosiuis putrefactiuis & causticis carnem rumpentibus atq; cutem. char.296.
De corrosiuis. char.296.
De putrefactiuis. char.297.
De causticis & ruptorijs medicinis. char.297.
De medicinis fracturarũ & dislocationum. & primo de prohibentibus apostemationem capi.7.char.298.
De glutinatiuis. char.298.
De confortantibus. char.298.
De medicinis remolliẽtibus duritiem que aliquando remanet post restaurationem. char.299.
De gradibus medicinarum. char.300.
¶ Doctrina secunda de antidotis particularibus & appropriatis membris. char.307.
De auxilijs proprijs capitis & partium eius. capitulo.1. charta 307.
De auxilijs morborum faciei & partium eius capitu.2. charta 308.
De auxilijs morborum colli. capi.3.char.309.
De auxilijs humerorum & dorsi. cap.4.char 309.
De auxilijs pectoris. cap.5.char.309.
De auxilijs ventris. ca.6.char.309.
De auxilijs verendorum & partium eius.c.7.char.310.
De auxilijs coxarum & partium inferiorum. capitu.8. charta. 310.
Quas infirmitates curat aqua & balneum de porecta. capitu.1. char.311.
In quo loco aqua & balneum de porecta est positum. capitu.2. char.311.
Quo ordine aqua & balneum de porecta est vtenda. capitu.3. char.312.
De hora & modo comestionis tempore assumptionis aque de porecta. cap.4.char.312.
De obseruatione & dieta facienda post assumptionem aque de porecta. ca.5.char.313

FINIS.

BIBLIOTECA DE LA FACULTAD DE MEDICINA

---

vnguento egipciaco a fojas — 290

quando se a de hacer alguna cosa de frio se a de hacer con vn fancino y quando caliente con un completo tratado fojas 283

Diacartamo — 183

unguento por phelegmon — 296

palabras de viejas para curar 6